HORATII CARPANI I.C. MEDIOLANENSIS

In quatuor inſigniores.

NOVARVM MEDIOLANI CONSTITVTIONVM §§.

Nempe { *§. Homicida.* *§. Quicunque.* *§. Collegijs.* } { *de pœnis.* }
& §. Omnium. { *de iur. & priuil. Fiſci.* }

DOCTISSIMI COMMENTARII.

Cum nouis Adnotationibus collectis ex plurimis grauiſſimorũ Virorum Codicibus manuſcriptis per Iulium Cæſarem Ruginellum I.C. Mediolanen.

His acceſſerunt diuerſorum I.C. Comment. tract. & Allegat. in quibus omnibus exactiſſimè declarantur materiæ.

HOMICIDIORVM omnium, ac auxilij ad ea.

PROHIBITÆ ALIENATIONIS in forenſem.

CONFISCATIONIS, ſiuè publicationis bonorum.

DATIONIS in ſolutum, iuxta aliud decretum dd. Conſtitut.

PROHIBITÆ CONVERSATIONIS cum bannitis.

INTERPRETATIONIS proclamatum, &

EXCVSATIONVM à pœnis homicidij, & aliorum criminum.

Cum ſummarijs, & Indice locupletiſſimo.

CVM PRIVILEGIIS, ET SVPERIORVM LICENTIA.



SOC·IESV·BIBL·SEC·COLL·ROM.
IHS
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

MEDIOLANI, Ex Typographia Benedicti Somaſchi. M. D CIX.

Fr. Stephanus de Videgulfo Vicar. Sancti Offic. Mediolani.
Aloyſius Boſſius Can. ordin. Theolog. pro Illuſtriſſimo Cardin. Archiepiſcopo.
Vidit Saccus pro Excellentiſſimo Senatu.

Perilluſtri Viro

NICOLAO DE LEYZALDE

IN DITIONE MEDIOLANENSI

FISCI REGII ADVOCATO

Benedictus Somaſcus Bibliopola. S. P. D.

SI, vt Q. Maximus ſolitus erat dicere, memoria rerum à maioribus ſuis præclarè geſtarum tanquã flamma nobilium virorum in pectore ardet, nec prius extinguitur quàm propria virtus eorum famam, atq; gloriam adæquarit; profectò nullius animus vehementius ad virtutem accendi debuit, quam tuus. Nàm quales ſtimulos ad quamcunque gloriam capeſſendam addere debuit recordatio? tibi patriam contigiſſe Cantabriam, Prouinciam Hiſpaniarum præcipuam, ac nobiliſſimam, ſeminariumq; virorum toga, & ſago celeberrimorum, qui virtutum ſuarum veſtigia non preſſa leuiter ad exigui prædicationem temporis, ſed ità fixa ad memoriam illius Prouincię ſempiternam vbiq; reliquerunt, vt meritò, & Prouinciæ, & exercitus ab omni naufragio ſe tutos exiſtiment, ad quorum gubernacula nobilis aliquis ex Cantabria vir ſedeat. Quæ licet haud leuia ad honores fuerint incitamenta, tamen quàm ardentibus gloriæ igniculis excitari debebas? quoties tibi veniebat in mentem, non ſolùm tibi patriam fuiſſe Cantabriam, ſed etiam familiam tuam à Bardulis illis originem traxiſſe; qui cęteris Cantabriæ viris rebus geſtis domi, militiæque tantùm præcellueræ, quantum Cantabria reliquis Hiſpaniarum Prouincijs antecellit, qui denique ſoli meritò gloriantur ſe neque victos, nec auerſos vnquàm viſos fuiſſe, licet cum bellicoſiſſimis, vt plurimùm nationibus conflixerint. Quorum veſtigijs inſiſtens antiquiſſima tua familia de LEYZALDE, ex his vna, quæ celeberrimum Tholoſę municipium, ac totius Prouinciæ caput condiderunt, ſemper habuit viros magiſtratibus benè geſtis, prælijsque fœliciter confectis conſpicuos, ac patriæ defenſores acerrimos, quibus cum aliquando

commiſſa eſſet ſumma rei militaris contra Gallos, & præcipuè Aquitanos, qui per varia tempora ab illo aditu Hiſpaniam aggrediebantur, eorum maximas copias ſępè parua manu fuderunt, ac deleuerunt, tantumque nationibus illis metum iniecerunt, vt poſtea Hiſpaniam nec laceſſendam bello, nec tentandam putarint. Hiſce igitur domeſticis exemplis inflammatus, cum ſcires nullum ex omnibus eſſe ſtudium, nullamque diſciplinam, quæ magis ad omnes honores aditum, atque viam quam ius ciuile patefaciat, cumque propterea philoſophiæ, ac Iuriſprudentiæ ſcientiarum omnium reginę, in celeberrimo Ticinenſi gymnaſio ſedulò per nouem annos operam nauaſſes, poſteaque in conſpectu I. C. omnium miro ingenij acumine, ac verborum ſplendore, ſummaque doctrinæ ſoliditate propoſitas tibi legum quæſtiones, ac iuris vtriuſque nodos diſſoluiſſes, effectum eſt, vt multo maiore cum gloria, celebritateque quàm alius quiſpiam ea tempeſtate Iuriſconſultus ſis declaratus. Quapropter cum ſummę tuę virtutis fama ad aures Excellentiſſimi COMESTABILIS tunc huius Prouinciæ Gubernatoris meritiſſimi percrebuiſſet, te ſtatim meritò ad honorificos Magiſtratus acciuit, quos per annos quatuordecim ità feliciter geſſiſti, vt neque tanti viri iudicium, neque ſummam apud omnes de te concitatam expectationem fefelleris. Teſtis eſt vrbs Comi antiquiſſima, cuius cum Prętor eſſes, memor quam perſonam ſuſtineres, tam faciles ad te omnibus aditus præbebas, tam patiens eras in audięndis omnium etiam infirmorum quærimonijs, in perſcrutandis cauſarum viſceribus induſtrius, ac laborioſus, in ferendis ſententijs celer, ac prudens, vt non minus reorum, quam actorum animos tibi perpetuò deuincires. Teſtis eſt præterea Vrbs Nouarię Herculea, ac nobiliſſima, quæ ex quo tempore in ea primum Fiſci Regij munus, deinde Prętura m geſſiſti, à turbulentiſſimis inteſtinorum diſſidiorum tempeſtatibus, quibus aſſiduè cōcutiebatur, aliquantulum acquieuit, & paulatim ad ſecuriſſimum quietis, & tranquillitatis portum peruenit, & cùm ea quæ proficiſcuntur à legibus, ſemper ad facilitatem, æquitatemque referres, te alterum Ser. Sulpitium non minus Iuſtitiæ, quam Iuriſconſultum appellauit. Hinc crebræ ad Excellentiſſimos Gubernatores de tua excellenti virtute, ac integritate teſtificationes; Hinc ferè omnium ciuitatum ſupplices libelli, te vnum ſibi præfici depoſcentes; inter quas cum Vrbs Laus Pompea clariſſima deſiderium tui amplius ferre non poſſet, tandiu nihil intentatum reliquit, quoad tandem ſummo cùm honore te ſibi creatum Prætorem non excepit; in qua nihil quòd anteactæ vitæ diſſentaneum foret committens, ità in reſpondendo iure te gerebas, vt omnibus in rebus lux quædam Iuſtitiæ, & æquitatis ciuitati illi oborta videretur, cuius occaſum haud ità multò poſt non mediocri cum dolore vidit: cùm enim Illuſtriſſimus DON PHILIPPVS AB HARO digniſſimus in hac Mediolanēſi ditione Cenſor non ignoraret admirabili prudentia, & doctrina tua Cenſuram longè melius, & iuſtius adminiſtratam fore, te iam in Hiſpania à ſummo Conſilio ſummis precibus expetitum aduocatum

Cenſuræ

Cenſuræ fiſcalem, ſtatim atque ad hanc prouinciam applicuit, ſibi adſciuit: In quo magiſtratu dum in dies magis, ac magis tanti viri iudicio reſponderes, nuper à Potentiſſimo Hiſpaniarum Rege PHILIPPO III. fiſci Regij patronus electus, munus iſtud tanto applauſu, & gratulatione ſuſcepiſti, vt nullus omnino fuerit, cui non grata, non iucunda, non denique exoptata iſta dignitas tua contigerit. Quorum ego in numero cùm ità eſſem, vt nemini concederem, quinimò eò maiorem ex hac recenti honoris acceſſione voluptatem cęperim, quo me tibi plus cæteris debere fateor, pluribus additionibus nuper locupletatos, & impreſſos HORATII CARPANI I.C. ex Venerando Mediolani Collegio celeberrimi, commentarios ad quatuor inſigniores Paragraphos conſtitutum huius Dominij Mediolanenſis, tibi conſecrandos cenſui, quos tanquam doctiſſimos, & ſummæ obſeruantiæ erga te meæ, præſentiſque lætitiæ teſtes, ac tanquàm primitias noſtri in hac Ciuitate typi, tu plurimi ſemper facturum ſpero, atque confido. Vale. Mediolani die 1. Auguſti 1608.

INDEX OMNIVM.

Quæ in hoc volumine pertractantur.

A.

ABSENS non poteſt in contumaciam condemnari ad mortem de iure communi, nec in confiſcatione bonorum 48. §. 3. fol. 137

Abſens ſubditus poteſt in contumaciam condemnari in publicatione bonorum, quo caſu iura antiqua remanent incorrecta, vt non ſequatur pęna corporalis. 49. 50 § 3. fol. 127.

Abſens licet poſſit ex ſtatuto condemnari ad mortem, non poteſt tamen condemnari in bonorum confiſcatione, etiam in caſibus à iure communi expreſſis, niſi ſtatutum id expreſsè dicat 51. 52. limitatur 53 §. 3. 137

Abortui cauſam dans, an comprehendatur ſtatuto imponente pœnam homicidæ. 77. 78 §. 1. 7

Abſolutionem vt obtineat imputatus de vulnere, quod contendunt non eſſe mortale quas probationes faciat 125. vſque ad 130. excluſiuè. §. 1. 10

Actiones actiuæ in vltima voluntate non tranſeunt in fiſcum 413. & quid in actiuis conditionibus natis. 420 421 § 3. 171

Accuſatus de vulnere ſimpliciter non poteſt condemnari de morte, etiam quod poſtea vulneratus moriatur, niſi ſit accuſatus de vulnere, & morte 98. § 1. 8

Accuſatus vti mandans, ſi ex proceſſu conſtat de conſilio tantum non punitur de conſilio 1322. ampliando 1323 & 1324 §. 1. 90

Adminiſtratio bonorum confiſcatorum non interdicitur reo ex iuris diſpoſitione, etiam quod quis ſit deprehenſus in crimine pendente accuſatione, vel ſententia declaratoria, niſi aliud concurrat requiſitum, quod ſe interfecerit dempto crimine læſæ Maieſtatis, & hæreſis, & alijs quibuſdam 670. 671. §. 3. 192

Adultera impunè occiditur per patrem, vel maritum. 53. §. 1. 6

Adulterans filius nouercam impunè poteſt occidi 55. 5361. ampliãdo ad cauſas ingratitudinis 537 §. 140

Adulterus Magiſtratus non poteſt occidi per maritum 527. cum regulariter non poſſit occidi, niſi vilis perſona, cum reliquis circumſtantijs, quæ requiruntur, vt impune tales perſonæ poſſint occidi vſq; ad nume. 535 cum de iure 12. tabul. poſſit maritus quemlibet in flagranti crimine deprehenſum occidere impunè 539 non autem de iure ciuili 540. & latius vſque ad nume. 563 vbi habetur diſpoſitio ſtatuti Mediol. & conſuetud. Neap conformis diſpoſitioni iuris communis & priuis diſpoſitioni iuris canonici 563. 564. vbi affertur exemplum homicidæ, qui Mediol. occiderat quendam repertum ſuper oſtio domus, limitatur tamen, vt non poſſit demandari tale homicidium 565 excepto marito 566 qui poteſt impune adhibere ſocios ad hoc 567. affuturos, & aſtaturos tantum, non autem exequutores 568. aduertendo; præſtantes auxilium mitius puniri, quam maritum 569. qui dotem, amittit, & illa bona, quæ ob adulterium vxoris marito adiudicarentur 570. non autem ob aliam cauſam 571. §. 1. 42

Adulterari impunè non poteſt bannita, licet poſſit occidi 655. § 1. 41

Affectus punitur, etiam ſi non ſequatur effectus 1045. 1047. & 1051. ampliando ad perhibetem falſum teſtimonium 1048. limitatur ſi puniat ſtatutum occidentem tantum. 1049. §. 1. 72

Aggreſſor in dubio quis præſumatur, & qualiter probetur 450. vſq; ad nu. 459. §. 1. 35

Alienationis ſpecies pluries ſunt 28. § 2. 107

Alienationis appellatione comprehenditur omnis contractus, per quem dominium transfertur, in materia ſtricta, & odioſa. 35. §. 2. 108

Alienationis appellatione venit alienatio cum pacto luendi vltra annum. nu. 38 § 2. 108

Alienatio vbi eſt probibita in donatione, & ſtipulat. 31. §. 2. 108

Alienatio etiam cum conditione, ſi fiat ſubditus cenſetur per decretum prohibita. 37. §. 2. 108

Alienatio etiam cum pacto ſoluendi quid minimum cenſetur prohibita 38. §. 2. 108

Alienatio ex cauſa dotis non prohibetur. 54. §. 2. 109

Alienatio prohibita, etiam ſub conditione, ſi Princeps conſenſerit, tenet, vt non poſſit reuocari, niſi Princeps rogatus diſſentiat. 72. §. 2. 111

Alienatio rei facta non ſubdito, vt eam vendat ſubdito, & pretium recipiat, tenet. 73 §. 2. 111

Alienatio pro legitima filij, vel filiæ non ſubditorum, non prohibetur per decretum. 75 § 2. 111

Alienatio quando prohibetur in certum genus perſonarum per verba generalia, prohibetur etiam alienatio per ſucceſſionem ab inteſtato 79 §. 2. 112

Alienatio per vltimam voluntatem expreſſa, ſub decretò comprehenditur, licet id in eo non dicatur. 85. §. 2. 112

Alienatio rei paruæ aut vilis per decretum videtur prohibita, ponderando verbum (aliqua) in eo poſitum. 94. 95. 96 §. 2. 114

Alienatio facta in non ſubditum ex Principis, vel Senatus diſpenſatione ante traditionem, vel apprehenſionem, conualidatur. 189. § 2. 124

Alienatio ſi facta ſit in territorio feudatarij, pœna de-

creti

creti peruenit ad fiſcum feudatarij.192.§.2. 125

Alienatio prohibita per contractum, non prohibetur per delictum.184 §.3. 154

Alienatio facta per delinquentem ante delictum commiſſum titulo oneroſo,ſi nulla fraudis adſit ſuſpicio, tenet de iure, licet poſtea delinquat, & contra eum ſequatur ſententia condemnatoria, nec in ea comprehenduntur bona alienata ante delictum.309.§.3. fol.162.

Alienatio facta per delinquentem ante delictum, ſi appareat de fraude, tenet quidem, ſed à fiſco reuocatur, & ſi fiat titulo lucratiuo ſufficit, ex parte alienantis.310.311 §.3. 162

Alienatio vbi reuocatur propter præſumptam fraudẽ, tunc fiſcus tenetur reſtituere pretium emptori.312. §.3. 162

Alienatio dicitur in fraudem facta etiam quando quis alienat cogitans, & proponens delinquere, quo caſu reuocantur alienationes à fiſco, ſi tamen emptor ſit particeps fraudis 313. & huius fraudis coniectura quæ ſint, remiſſiue 314 §.3. 162

Alienatio, vt in fraudem fiſci dicatur facta, debet liquere de cauſa probabili, quod quis cogitauerit committere delictum.317.§.3. 163

Alienatio vbi reuocetur ob fraudem, ſiue ante delictum fiat, ſiue poſt, opus eſt actione reuocatoria ordinaria, ſecus ſi alienatio ſit nulla, vel ſimulata. 320. §.3. fol.163.

Alienatio facta in fraudem poteſt reuocari non ſolum per fiſcum, ſed etiam per patrem, vel filium, ad quos de iure bona damnatorum ſpectant.321.§.3. 163

Alienatio ſi fiat poſt impictum delictum ſimulatè, ſi abſoluatur, poteſt reuocare alienata officio iudicis non ordinariè.353 §.3. 165

Alienatio facta ex neceſſitate poſt delictum non infringitur, quando eſſet facta ex neceſſitate pro defenſione eius perſonæ in parandis ſcripturis ad hoc, non autem pro alijs neceſſitatibus, veluti dotis 614. 615.§.3. 188

Alienatio quando eſt facta poſt ſententiam condemnatoriam pendente appellatione competit officium iudicis, ex quo reuocantur alienata pendente appellatione aliàs quando ſententia tranſiret in iudicatum, competit rei vendicatio.888.§.3. 213

Alienatio dicitur ex cauſa oneroſa, ſi fiat pro dote filiæ, vel donet propter benemerita, vel alienaret pro redemptione ſcripturarum.903 §.3. 213

Alienatio quocumque tempore facta reuocatur de iure communi per fiſcum, etiam non reſtituto pretio emptori cum bona fide, niſi illud eſſet in bonis, vel tantundem, delinquentis, quando bona confiſcentur ipſo iure, vel interdicta adminiſtratio, & quod crimen ſit occultum, nondum detectum, nec denunciatum 851. §.3. 204

Alienatio per reum poſt delictum poteſt fieri ante ſententiam condemnatoriam de iure communi.764. rationem adducit 795. ampliando, & declarando 796. cum ſeq.num. §.3. 204

Alienatio quod fiat ante accuſationem, vel poſt, differentiam reſultant duæ 798.799.§.3. 204

Alienatio poſt delictum de iure communi non poteſt fieri in fraudem fiſci nec expreſsè, nec præſumptiuè, & coniecturæ, quæ inducunt fraudem alienationis ante delictum militant multo magis poſt delictum. 803. 804.§.3. 206

Alienatio prohibetur poſt delictum de iure communi, vbi ipſo iure bona confiſcarentur, vel reo ſit interdicta adminiſtratio, nec eſt opus reuocatoria 812. ampliatur 816 cum tribus ſequentibus. limitatur 820. cum ſequen §.3. 206

Alienatio bonorum confiſcatorum poſt ſentẽtiam tenet, vbi moriatur condemnatus poſt appellationem interpoſitam.844 §.3. 208

Alienatio vtrum fiat ante ſententiam poſt delictũ, vel ſententiam binæ inſurgunt vtilitates. 845.§ 3. 208

Alienatio tenet poſt delictum, etiam ſtante hoc decreto. vbi non inferatur præiudicium 852. exemplificando. 853 §.3. 209

Alienatio eſt permiſſa poſt delictum, etiam quando confiſcata ſunt bona ipſo iure, vt alia bona reparentur, quæ pariter cadunt in confiſcatione.825.§ 3. 207

Alienatio eſt permiſſa pro alimentis neceſſarijs delinquentis, etiam poſt delictum, vbi ſint ipſo iure confiſcata bona, etiam poſt ſententiam. 826.827.§ 3. fol.209.

Alienatio eſt permiſſa, vbi ſunt confiſcata bona ipſo iure poſt delictum pro defenſione rei, & pro parandis aduocatis, & ſcripturis 828. etiam poſt ſententiam vbi pendeat appellatio 829. ſed Mediolani hoc non ſeruatur.830.§.3. 209

Alienatio non dicitur ex cauſa neceſſaria vbi fieret pro dote filiæ, etiam de iure communi.831.§ 3. 207

Alienatio vbi fiat pro dote filiæ, vel donatio propter benemerita, & redemptione captiuorum, ceſſant coniecturæ fraudis. 832.§.3. 207

Alienatio poſt delictum tenet, vbi ante delictum delinquens promiſiſſet facere inſtrumentum venditionis, & eſſet translatum dominium.836 §.3. 208

Alienatio omnis bonorum confiſcatorum poſt ſententiã, quæ non ſuſpendatur per appellationem, prout ex decreto Mediolani, ipſo iure nulla eſt, etiam de iure cõmuni, ſed ſi ſuſpendatur per appellationem, teneret alienatio, ſed ſequuta confirmatoria reuocaretur per officium iud.841.842.§.3. 209

Alienationem, an poſſit reuocare, qui volens committere delictum in fraudem, vel ſimulatè alienauit aliqua bona, dein cum propoſiti pœnituerit 352.§.3 folio 198.

Alienationem lucratiuam factam filio poteſt mater, quæ per eam excludebatur à legitima, reuocare. 739. §.3. 199

Alienatione facta titulo oneroſo in aliquem ementẽ bona fide ab eo, qui dein deliquit, tenetur fiſcus reuocans alienata ad reſtitutionem pretij, cum etiã alienationes eo caſu ſint permiſſæ fieri per delinquentem etiam poſt delictum. 913.§.3. 215

Alie-

Alienatione probibita per contractum, an cenſeatur etiam prohibita alienatio per vltimam voluntatem. 77.§ 2. 111
Alienatione bonorum immobilium probibita comprehenditur annuus reditus.116.§.3. 116
Alienationes factæ poſt delictum cum bona fide non tenent, quando confiſcantur bona ipſo iure, licet alias tenerent.610.limitatur 611. 612.§.3. 188
Alienationes factæ cum clerico, quæ alias tenerent de iure bona fide factæ, etiam poſt delictum, non irritantur, ex quo clericus non poteſt alligari diſpoſitione decreti. 990 §.3. 188
Alienationes factæ ex pacto publico, vel vbi tantum ex permutatione, vel venditione, eſſet in bonis fiſci, non reuocantur.901.§.3. 214
Alienationes factæ per delinquere volentem, ante delictum, tenent, vbi acquirens non ſit particeps fraudis 906.§.3. 214
Alienare prohibitus, prohibetur etiam permutare, & alienanti conſentire.34.39.§.2. 108
Alienare prohibitus, prohibetur etiam facere pactum de alienando per verba decreti prægnantia, alias non procederet in ſtatutis, nec in pœnalibus.42.43. procedit tamen quoad annullationem contractus, non quoad pœnam.159.§.2. 108
Alimenta alicui legata publicatis bonis huius legatarij non tranſeunt in fiſcum.192.§.3. 154
Alimenta filio debita non confiſcantur publicatis eius bonis, niſi ex ſtatuto poſſet impunè offendi.193.194. §.3. 155
Alimenta non cenſentur reſeruata, & dotes filiarum in reſeruatione legitimæ, quæ debetur iure naturali, etiã in confiſcatione bonorum ex cauſa criminis hæreſis, & læſæ Maieſtatis, vbi etiam legitima filiorum non ſufficeret.765.766.§.3. 201
Alimenta per ſtatutum non poſſunt tolli, nec renunciari etiam cum iuramento.767.768. 201
Alimenta non tenetur fiſcus filio damnati præſtare, vbi ſuccederet ſolum in quadã quantitate.769.§.3. 201
Alimenta debentur filijs, & vxoribus delinquentium petentibus aliquid circa bona confiſcata, donec ſequatur declaratio; & debentur vxoribus etiam nullam habentibus dotem.770.771.§. 3. 201
Alimentorum appellatione quæ veniant remiſſiuè.772. §.3. 201
Aliquis verbum quid releuet, remiſſiuè.74.§.3. 139
Alternatiuis in pœnis cuius ſit electio.1464.1465. quæ dicantur alternatiua.1465.§.1. 100
Amiſsio rei, vt in decreto eſt in reſpectu alienantis, & pretij reſpectu emptoris 177.§.2. 123
Animal brutum occidens hominem punitur vt homicida 79.§.1. fol.7.
Animal irrationale committens delictum non poteſt puniri pœna mortis excepto vno caſu. 961.§.1. 66
Animal priuati poteſt capi pro malefactore ad ſupplicium ducendo, ſoluto tamen competenti pretio eius domino 1028. vbi ratio adducitur. §.1. 70
Animum tantum vulnerandi habens, ſi occidat, punitur vti homicida.83.84.§.1. 7
Animus eſt de eſſentia peccati, & vbi tollatur de medio voluntas, omnis actus eſt indifferens. 1100.§.1. fol.77.
Animo deliberato aliquid facere, & ex propoſito idem eſt.1100.§.1. 77
Animus deliberatus in dubio in delictis non præſumitur 1016 §.1. 77
Animus deliberatus colligitur ex coniecturis.1117.arbitrio iudicis. 1118. quæ ſint coniecturæ exprimitur 1109. vſque ad num.1119. cum ſequen.§.1. 78
Animus deliberatus in hoc dominio quantum grauet delinquentem.1127.vſque 1131.§.1. 78
Animus occidendi ex quibus arguatur 1148. qualiter autem præſumatur in dubio 1136. & an faciat teneri, vel ne 1137.§.1. 79
Animum occidendi habens, licet mors non ſequatur, homicidij pœna tenetur, & è contra de iure etiam communi ſiue in rixa, ſiue aliter 1045. qualiter comprehendatur eiuſmodi animus.1132.§.1. 79
Appellatio in confiſcatione fienda, veluti à declaratoria cẽſetur p clauſulã ipſo iure ſublata 623.§ 3.188
Apoſtata punitur in confiſcatione bonorum, vbi non adſunt filij, vel cognati.108.§.3. 143
Arbitrium Principis, vel Senatus in infligenda pœna corporali reo non exiſtente ſoluendo quo modo reguletur, remiſsiuè.222.§.2. 128
Arbitrium habens inquirendi, & procedendi, pronunciare tamen debet ſecundum terminos iuris. 920. §.1. 63
Arbitrarias in diuerſis criminib. pœnas iudici. 1470. qualiter autem debeat iudex arbitrari.1470.quodq; poſsit arbitrari vſque ad mortem excluſiuè. 1471.ratio adducitur. 1472. limitatur 1476. ampliatur 1474. quod fallit in ſupremis iudicibus 1475. licet conſuetudo ſeruanda 1476. ſequendo qualitatem pœnæ, vt ſi pecuniariam imponat ſtatutum pecuniariam etiam tale imponat iudicis arbitrium 1477. quo quidem arbitrio damnatus in contumaciam non poſsit à Senatu declarationem petere, niſi ſe conſtituat in carceribus 1478. rationem adducit 1479. 1480. §.1. fol.102.
Arma in dubio non præſumi ad delictum commodata 1180.§.3. 83
Aſcendentium appellatione veniunt pater, & mater. 740.§.3. 199
Aſſaſsini puniuntur pœna mortis, & confiſcationis bonorum.93.§.3. 141
Aſsiſtens occidenti dicitur auxiliator, ſi doloſè, & ſciẽter aſsiſtit 1350. & in dubio quid præſumatur.1351. an poſsit torqueri aſsiſtens armatus.1352.§.1. 92
Aſſocians poſt delictum, qualiter puniatur.1459.§.1. fol.100.
Attentans homicidium qualiter puniatur.88.§.1. 7
Attentatum haberi pro conſumato non eſt ſecundum naturam 1050.§.1. 73
Augumentum dotis factum à viro cõſtante matrimonio vxori, quæ dicitur dos præſumpta non publicatur in

bonis

bonis viri confiſcatis, ſed poteſt repeti per eum prout dos 301.§.3. 162
Augmentum dotis, ſeu ſimplex donatio facta extraneo, non computatur in legitimam, quæ reſeruato ex bonis damnati 725.§.3. 197
Authentica bona damnatorum facta fuit vt minueretur pœna corporalis; & pecuniaria 19.§.3. 135
Authentica bona damnatorum non corrigit ius antiquum, vbi bona alio iure deferantur fiſco, quàm ex delicto. 20.§.3. 135
Authentica bona damnatorum correcta eſt per decretum noſtrum, quæ ſolum habet locum in criminibus, in quibus per ſententiam requirebatur confiſcatio bonorum, non autem in his, in quibus ſine ſcientia confiſcabantur bona 622.§.3. 188
Auxiliatorem quem ante delictum commiſſum puniri. 1469. arbitrariè § 1. 82
Auxiliatori denegatur appellatio ſicut à delicto principali 1327.§.1. 90
Auxiliatorem non poſſe cogere delinquentem ad promiſſam indemnitatem damnorum vlla actione 327 fol. 29
Auxiliator pretenſus, & conſulens non poteſt inquiri, nec contra eum poteſt procedi de iure, niſi conſtet, de principali delinquente 1295. etiam quod non conſtet de perſona certa, tamen conſtet, quod alius illud commiſit 1296. ſi tam hoc per teſtes, vel per confeſsionem principalis probetur, non per eius contumaciam. 1213.§.1. fol. 85
Auxiliatori non obeſt ficta confeſsio principalis contumacis habiti pro confeſſo ex forma ſtatuti 1298. an autem obſint probationes contra principalem 1299. & quod non obſint probationes, nec ſententia contra principalem lata 1300. niſi probetur clarè factum principale, & auxilij præſtatio 1301. cum abſolutoria ſententia non iuuet auxiliatorem 1302. & licet fuerit abſolutus principalis, auxiliator tamen poteſt condemnari 1303. diſtinguendo vtrum ſit confeſsio, teſtes ſententia, vel alia acta, ad hoc, vt poſsit præiudicare, vel ne 1304. ſpecificando perſonam auxiliantis & cui præſtitum eſt auxiliũ ad delictum ipſum, vt valeat accuſatio, & inquiſitio 1304. item debet exprimi tempus, & quod factum ſit cum aſſiſtentia 1306. & item debet exprimi auxilium fauor, & ſcientia 1307. & vbi plures fuerint auxiliatores, vltra duos, non procedit inquiſitio, dicens quod alter alteri præſtiterit auxilium 1308. & ſi fuerit homicidium ſequutum, vnus de homicidio, et de auxilio cæteri inquirũtur 1309. quando par eſt pœna in vtroque, non autem contra 1310. quid ſeruetur in ſententia 1311. quid, & ſi duo contulerunt vulnera mortalia tenetur vterq; principaliter, & de auxilio 1312.§.1. 90
Auxiliatorum plures ſpecies 1322.§.1. 91
Auxiliatores an liberentur conuicto, & condemnato principali 1322.§. 90
Auxiliatoribus & pluribus condemnatis, vno ſoluente, an cęteri ſint liberati 1328.§. 90
Auxilium non fuiſſe prſtitũ, qualiter probetur 1326 §.1. 90
Auxilium quid, et quod modis præſtetur 1333.1334. & quibus modis, & armis vſq; ad num. 1354. limitando, & declarando vſque ad numer. 1375.§.1. fol. 93.
Auxilium poteſt contingere in rixa 1443. quod quidem præſumitur potius caſualiter, quàm conſulto 1450. quibus autem conieſturis, & circumſtantijs 1451. aliter autem puniatur 1452.§.1. 99
Auxilium ad homicidium non conſideratur ſine animo occidendi 1453.§.1. 99
Auxilium præſtans poſt homicidium ex decreto antiquo puniebatur eadem pœna 1456. licet obſeruetur in praxi mitius puniri eodem num. in atrocibus turpe eſt non abitrari pœna vltimi ſupplicij 1457. quæ autem pęna ſit iuris 1458.§.1. 100
Auxilij pęna non teneri aliquem non conſumato delicto 1466 quæ autem ſit pœna de iure communi, & quæ ex ſtatuto 1467. quæque ex decreto antiquo 1468.§ 1. 101
Auxilium præſtantes eadem pœna puniuntur 1156. qualiter autem interpretandum ſtatutum, vel decretum puniens ſimpliciter auxilium præſtantẽ 1157. ampliando, limitando, declarando, & diſtinguendo vſq; ad num. 1219. & 1226. vſque ad num. 122. fol.
Auxilium cooperatiuum & ſimplex quando dicatur quis dediſſe 1171. quid ſeruetur in dubio 1175. & 1477.§.1. 102
Auxilium proximum, & remotum ignoranter præſtitum non punitur 1478. 1187.§.1. 83
Auxilium poſt delictum qualiter dicatur quis præſtare 1193. quoq; pœna ſit. 1194 §.1. 84
Auxilium præſtans pluribus delinquentibus qualiter teneatur 1217.§.1. 85
Auxilium præſtans in rixa ſecuto homicidio, non facit vt principalis teneatur aliqua pęna 1218. limitando 1219.§ 1. 85

B

Bannitus licet poſſit capi, an poſſit impune offendi 601. 602. 624. 628. 629. 648. quod poſſit vulnerari. 625. & in priuato carcere detineri. 626. §.1. 45
Bannitus, qui poteſt impunè offendi, habetur pro mortuo. 630 §.1. 46
Bannitus dicitur factus hoſtis ciuitatis illius, à quo fuit bannitus, 631.§.1. 46
Bannum vbi non ſit notorium, non admittitur procurator pro occidente bannitum. 637. quid vero ſit de iure, quidq; in omnem caſum ſeruetur in Ducatu Mediolani §.1. 46
Bannitus inſultatus an poſſit impune ſe defendere 639.§.1. 49
Banniri non poteſt clericus à iudice ſeculari 641. licet bannitus ignorantur, occiſuſque non puniatur eum interficiens. 642. & præmium conſequitur occidens clericum bannitum ignorans eum eſſe ban-

tum

I N D E X.

nitum, & qualiter etiam impunè per clericum occidatur laicus bannitus 645.§.1. 46

Bannitus bannitum poteſt impune offendere 648. & inimicus 649. ſequuta etiam pace tempore banni 650. ampliando ad fœminam bannitam 651. limitando niſi ſit prægnans 652. etiam ſi occidens ignoraret prægnantem, quia perſcrutari debuit 635. licet pater etiam prægnantem non bannitam deprehenſam in adulterio impune occidere poſsit. 654. ampliando ad banniendum de proximo principalem concluſionem 656. niſi ſtatutum diceret debere eſſe deſcriptum in albo. 657. etiam ſi regiſtrum eſſet amiſſum, modo extaret exemplum authenticum. 658. etiam ſi ignoraret bannitum occidens 659. licet eo caſu non conſequatur præmium. 660. etiam minus ritè cãcellatus ex gratia obreptitia à Senatu confirmata. 661. pendente etiam petitione cancellationis 663. habitaque banni gratia, ac ſoluta mulcta, niſi fuerit actualiter cancellatus 664. & vbi ſit deſcriptus in pluribus libris, non ſufficit cãcellatio in vno 665 ſicut etiam ſi ſunt plura banna requiruntur plures abſolutiones. 666. etiam ſi proteſtetur habere ſe gratiam banni, quam tamen non oſtendit. 667. cum habens gratiam poſsit ea vti antequam cancelletur de banno 668. non procedit tamen tale ſtatutum, ſi ante ſententiã occidat 669 etiam ſi occidens fuerit ſciens gratiæ 670. qualiter autem puniatur eo caſu qui ſcire potuit 671. quid vbi ſcientia gratiæ non probatur plenè, ſed tantum per coniecturas. 672.§.1. 49

Bannitus in contumaciam an impune offendi poſsit. 706.707.§ 1. 51

Bannitus licet ab alijs occidatur impune, non poteſt tamen ſe ipſum offendere 733.760.§.1. 54

Bannita vniuerſitate, non poteſt quilibet de vniuerſitate offendi 748.§ 1. 53

Bannitus tractu temporis factus monachus non poteſt impune offendi 752.§.1. 53

Bannitus cum non ſit ciuis non poteſt acquirere, nec ſuccedere aliquo modo in bonis territorij, per hoc præcipuè decretum, etiam quod ſit originarius. 134.§.2. 118.

Bannitus non poteſt habere hæredem ex forma ſtatutorum Mediolani, ex quo banniti poſſunt impune offendi ex generali concluſione, quod qui poteſt impune offendi ex ſtatuto non poteſt habere hæredem 364.365.§ 3. 166

Bannitus poteſt habere hæredem de iure communi in bonis acquiſitis poſt delictum, et confiſcationem. 366.§.3. 166

Bannitus poterit bona ſua poſt delictum, & confiſcationem acquiſita, ne ea fiſcus habeat, per contractũ inter viuos alienare, dum tamen hæc alienatio non fiat in fraudem, tempore ſcilicet, quo alienans hic grauiter ægrotaret 367.368.§.3. 166

Bannito volens relinquere, ne fiſco acquiratur, relinquere poteſt ſub conditione, ſi redierit in gratiam, aliter tranſirent in fiſcum omnia quæſita per damnatum etiam poſt ſententiam 369.370.§.3. 166

Bannito in contumaciam, etiam de iure communi, pœna corporalis non infligitur, nec bona confiſcantur, niſi banniatur ex delicto, ex quo bona expreſſè venirent confiſcanda & hæc condemnatio non nocet tertio 454.§.3. 173

Baptiſmus an pœnam corporalem remittat hebræo. 815.§. 56

Beneficium eccleſiaſticum filij non venit in confiſcatione bonorum patris, etiam in crimine læſæ Maieſtatis 168.214.§ 3. 156

Bona prohibentur dari inſolutum non ſubdito de iure communi, ſtante ſtatuto. 244.§.2. 128

Bona in contumaciam in crimine homicidij, etiam de iure communi amittuntur, & confiſcantur poſt annum 55.§.3. 137

Bona confiſcantur in multis alijs delictis, quam in decreto enumeratis 105.§.3. 143

Bona ſi non publicarentur in aliquo caſu ex diſpoſitione decreti, quæ alias de iure communi publicari deberent, remanerent delinquenti. 116.§.3. 144

Bona ex quo ſimpliciter ex decreto publicarentur, an videantur comprehendi bona deducto ære alieno, ita quod actiones non tranſeant in fiſcum. 117.§.3. fol. 149.

Bona litigioſa veniunt in confiſcatione bonorum. 123. §.3. 149

Bona vendita per delinquentem ante delictum, & nõ tradita, veniunt in confiſcatione bonorum; reſtituto pretio per fiſcum. 124.§.3. 149

Bona vniuerſa delinquentis, de quibus delinquens poteſt diſponere, & quæ tranſeunt in hæredem extraneum fiſco acquiruntur, alias non, vt quis dicatur hæres extraneus hoc caſu, remiſſiuè. 127.128.§.3. fol. 150.

Bona, ſi ex forma ſtatuti ſint publicanda eius, qui habet bona in diuerſis territorijs, veluti in forenſe, qui hic delinquat, an publicentur bona alterius territorij 458. cum num. ſequent.§.3. 174

Bona damnati cur applicentur fiſco, non alteri. 478. §.3. 174

Bona vbi applicantur ex diſpoſitione alicuius ſtatuti filio homicida, tunc in ea parte eo mortuo darentur hæredi filij. 490.§.3. 178

Bona vbi danda eſſent hæredibus occiſi ex diſpoſitione ſtatuti, tunc ſi monachus ſit occiſus, qui habebat filios ante ingreſſum, præfertur monaſterium filijs 491.§.3. 178

Bona confiſcata diuiduntur ad ratam territorij, vbi plures fuerint domini eiuſdem iuriſdictionis. 493. §.3. 178

Bona vbi confiſcatus habeat in diuerſis territorijs, ſeparatis, & diſtinctis, & bonorum confiſcatio ſit omnium, tunc ex quo quilibet fiſcus habet bona in eius territorio, ſequitur, vt quilibet fiſcus ad ratam bonorum confiſcatorum non pro virili teneatur ad onera, & æs alienum, nec creditor ratione eius hypotheca quam habet inſolidum vnius territorij

ad con-

ad conſecutionem eius crediti poteſt agere contra fiſcum alterius territorij, niſi in ſubſidium, vbi non ſufficerent bona cōfiſcata illius territorij. 559. 560. 561. § 3. 182

Bona damnatorum vbi eſſent applicanda pro parte fiſco, & pro parte hæredibus occiſi, ſi occidatur maſculus, qui habebat filios ante monachationem, monaſterium ſuccedit in eius partem, non filij. 563. §. 3 fol. 183

Bona, vel poſſeſſio, quæ ſunt pœnes tertium, impediūt publicationem in fiſcum, licet ius recuperandi poſſeſſionem tranſeat in fiſcum. 583 § 3. 184

Bona, ſi ipſo iure publicentur, abſque eo quod ſententia condemnatoria requiratur, viginti effectus ex hoc inſurgunt 586. cum num. ſequenti § 3. 184

Bona quando confiſcantur ipſo iure, non poſſunt retineri in foro conſcientiæ per cōfiſcatum, licet alias poſſent. 608. §. 3. 187

Bona vbi ſunt confiſcata ipſo iure, de eis non poteſt teſtari delinquens, licet alias vbi requiritur ſententia poſſit teſtari. 616 §. 3. 188

Bona vbi confiſcantur de iure, legitima filijs debetur, quæ ex bonis publicatis reſeruatur ſecundum tempus ſententiæ, & condemnationis in ea calculanda, & facultates delinquentis. 617. §. 3. 188

Bona abſq; ſententia poſſent confiſcari, etiam poſt mortem delinquentis, quando quis eſt confeſſus delictū, vbi confiſcatio fieret ex iuris communis diſpoſitione non autem ſtatuti corrigentis ius cōmune. 615. 652. limitatur 639. §. 3. 190

Bona poſſunt confiſcari poſt mortem delinquētis in caſibus, in quibus memoria defuncti poteſt damnari. 654. exemplificando vt 656. 657 § 3. 191

Bona licet fiant fiſci per incorporationem, tamen non parit præiudicium poſſeſſori, donec ſequatur ſententia declaratoria ſuper facto, & crimine. 669. §. 3. fol. 191

Bona delinquentium, quod habeantur ex decreto noſtro apprehēſa, intelligi debet de his quæ ſunt in bonis delinquentis, aliter non. 689. §. 3. 192

Bona vbi fiſco confiſcantur, non requiritur aditio. nec agnitio, nec quando deferuntur fiſco alio iure, quā hæreditario, veluti ſi ex delicto confiſcentur, acquiruntur fiſco ſine aditione, & idem in eo, quod defertur ex autentica bona damnatorum perſonis ibi nominatis, vt acquirantur ſine agnitione. 682. 683. §. 3. 193

Bona delinquentium etiam quod per fiſcum ex decreto noſtro incorporentur, & acquirantur fiſco ſtatim comiſſo delicto, & habeantur etiam pro apprehenſis, iudices tamen debent prouidere quod interim pendente proceſſu, ſuper crimine illo imputatus, alatur, & defendatur ex bonis confiſcatis etiam in crimine læſæ Maieſtatis, quod idem ſi pendeat lis cum fiſco ſuper bonis omnibus alicuius. 696. 699. §. 3. 194

Bona aduentitia filij non imputantur in eius legitimā. 730. §. 3. 194

Bona publicata reſpectu legitimæ vbi non ſufficiant pro alimentis filiorum, & vxoris, omnia danda sūt, non ſolum vſque ad legitimam. 773. §. 3. 201

Bona ſi publicentur alicui ex diſpoſitione alicuius ſtatuti reſeruata aliqua parte filijs, ex ea parte non debet ali pater. 780 §. 3. 202

Bona vbi ipſo iure ſunt confiſcata, vel interdicta adminiſtratio, prout ex hoc decreto, competit etiam de iure communi rei vendicatio fiſco, quando reuocantur alienata ante ſententiam, quod idem eſt ſi fiat reuocatio alienationis, quæ non poterat reuocari prout in datione libertatis. 883. 884. limitatur. 885. § 3. 213

Bona omnia ſtatim commiſſo delicto in hoc Ducatu deſcribuntur, & apprehenduntur per fiſcum, & etiā habentur ſemper pro apprehenſis, ita quod ſemper debeant capi à manu fiſci factis proclamationibus ſuper dictis bonis. 191. §. 3. 154

Bona damnati alicui creditori pignorata an veniant in confiſcatione, ita vt præiudicium poſſit inferri ipſi creditori. 196 §. 3. 155

Bona, quæ expirant poſt mortem ciuilem alicuius, non confiſcantur. 197. §. 3. 156

Bona filij in poteſtate patris exiſtentis non publicantur eo condemnato cum bonorum confiſcatione. 215. §. 3. 156

Bona eccleſiæ, quæ tenet clericus condemnatus, eius bonis publicatis, non publicantur. 276. §. 3. 159

Bona, quorum ſola detentio erat pœnes delinquentem, an veniant in bonorum confiſcatione, & publicatione. 269. §. 3. 160

Bona, quæ quis tenet ſine titulo, ſed bona fide longo tēpore, non veniunt in confiſcatione bonorum. 270. §. 3. 160

Bona dotalia vxoris non publicantur, bonis viri damnati publicatis, imò vxor poteſt ea apprehendere propria auctoritate, etiam quòd à viro detinerentur tempore confiſcationis. 275. 276. §. 3. 160

Bona eccleſiæ per clericum, cuius bona confiſcantur, poſſeſſa, non confiſcantur. 307. §. 3. 165

Bona futura, & ex poſt acquiſita non veniunt in confiſcatione bonorum ex cauſa etiam de præterito. 354. §. 3. 166

Bona futura retinet bannitus, & confiſcatus donec viuat, ſi ſint acquiſita ex contractu iuriſgentium, & futura dicuntur à die criminis, vel ſententiæ. 356. 357. vide num. 359. cum aliquod ſequentibus, §. 3. fol. 166

Bona quæſita per confiſcationem, per delinquentem quandocunq; apprehenderit, vel haberet pœnes ſe, fiſcus, retinet tanquam legitimus, & iuſtus occupator, ex quo ſunt bona banniti: ſi verò reperiantur pœnes alium, non poteſt fiſcus, ea petere, ſed debent remanere prius occupanti. 371. §. 3. 167

Bona banniti poſſunt depredari, auferri, & ſpoliari, tam per fiſcum quam per priuatum, bannito viuente, non poſt mortem, quādo bannitus ex ſtatuto poteſt impune offendi. 372. limitatur. 374. §. 3. 167

Bona ſi fuerint communia cum delinquente, & alio, pars delinquentis tantum confiſcatur, non alterius 444. §. 3. 172

Bona delinquentis non deuaſtantur in præiudicium dotis vxoris, cui ſunt hypothecata; & idem in alio creditore delinquentis. 438. 439. §. 3. 172

Bona emphyteutica vbi habentur à priuatis, ſiue laico, ſiue clerico de patrimonialibus tamen, regulariter tranſeunt in fiſcum, cum ſint tranſitoria ad hæredes extraneos, niſi adſit pactum in contrarium, alias vbi non ſint tranſitoria ad hæredes extraneos non tranſeunt in fiſcum. 129. 130 §. 3. 150

Bona emphyteutica eccleſiæ non tranſeunt in fiſcum, ſed ad eccleſiam, vel ad filios ſi ſint vocati regulariter, cum non poſſint tranſire in extraneum, & hoc ipſo iure; quod etiam procedit in capit. fælicis §. ſi quis verò de pæn. in 6. 134. 135. 136. limitatur. 138. 140 141. 142. §. 3. 153

Bona emphyteuticæ eccleſiæ, quæ tranſeunt in fiſcum, fiunt irreuocabiliter fiſci, vbi eccleſia intra biennium non declarauerit velle redimere. 148. §. 3 fol. 153

Bona immobilia in diuerſis territorijs, quæ confiſcentur domino, & fiſco illorum territoriorũ, quando bona omnia confiſcantur, limitatur procedere quando ei auferentur uti indigno, quia tunc confiſcatur fiſco loci teſtatoris. 476 §. 3. 175

Bona ſubiecta fideicommiſſo licet non confiſcentur, tamen vbi fideicommiſſum eſt ſimplex abſque prohibitione alienationis, ita quod reſtituantur in euentum alicuius conditionis, vel poſt mortem interim pendente conditione, vel donec donans viuit, fiſcus percipit fructus bonorum illorum fideicommiſſo ſubiectorum 170. 171. §. 3. 152

Bona ſubiecta fideicommiſſo non confiſcantur, nec etiam durante vita grauati, & prohibiti alienare, vbi adeſt ſimplex prohibitio alienationis, ſi modo facta ſit condemnatio in præſentem, etiam quod aufugiat, quia amittit libertatem, & ciuitatem, ſecus ſi in abſentẽ, niſi ex forma ſtatuti poſſet condemnari, vti præſens. 173. 174. §. 3. 153

Bona ſubiecta fideicommiſſo, licet non tranſeant in fiſcum ex prohibitione illa alienationis, ſed perueniant ad vocatos in prohibitione, tamen penes eos ſunt reuocabiliter, vt natis filijs vocatis poſt mortem damnati, de iis illa habeant, quod procedit non ſolum ſi ſit factum expreſſum fideicõmiſſum in caſu alienationis, ſed etiam quando poſt fideicommiſſum addita ſit clauſula: Quia volo quod bona ipſa remaneant in familia, vel agnatione, quia tunc ex ea inducitur fideicommiſſum ſimplex; & prædicta concluſio videtur habere locum, etiam ſi prohibitio nõ ſit extra certum genus perſonarum, ſed ſimplex, dummodo in prohibitione adſit clauſula. 175. 176. 177. 178. 179. §. 3. 153

Bona feudalia regulariter non tranſeunt in fiſcum, cũ non comprehendantur in generali diſpoſitione, nec tranſeant ad extraneos hæredes, ex quo commoditas illa annexa eſt perſonali præſtationi, quæ non poteſt præſtari per fiſcum. 144. 145. §. 3. 153

Bona feudalia nõ veniunt bonorum appellatione. 147. §. 3. 153

Bona hæreticorum in verbo hæreticus. §. 3. 155

Bonis alicuius confiſcatis, omnia, quæ tranſeunt in hæredes extraneos, tranſeunt in fiſcum, alias non; & veniunt ſolum præſentia, non futura. 118. 119. §. 3. fol. 149

Bonis publicatis, veniunt etiam actiones, & nomina debitorum, non tamen comprehenduntur ſi dicatur bona ſua, vel vbi dictum eſt bona mobilia, & immobilia. 120. 121. 122. §. 3. 149

Bonis domini publicatis, proprietas rei feudalis non confiſcatur ſed conſolidatur cum vtili dominio. 167 §. 3. 152

Bonis alicui creditoris publicatis confiſcantur ſolum quæ ſua ſunt ratione vtilis, vel directi dominij. 168 §. 3. 152

Bonis vbi quis priuatur ipſo iure per delictum, debitores non poſſunt ſoluere damnato; alias ſi ſententia requireretur, poſſent tutò ſoluere, & liberarentur. num. 619. §. 3. 188

Bonis quando delinquens non priuatur ipſo iure, ſed expectatur ſententia, non impeditur interim agere, & proſequi ius ſuum; ſecus ſi ipſo iure priuatur; quia tunc obſtat exceptio excluſiua iuris ipſius agentis 625. §. 3. 189

Bonis alicuius confiſcatis ſi is fuerit ad nouas defenſiones admiſſus poſt condemnationem, an recuperet bona confiſcata 686. 687. §. 3. 189

Bonis filij publicatis licet ſecundum aliquos publicetur peculium caſtrenſe, vel quaſi eiuſdem, non tamen publicatur legitima patris in bonis filij emancipati damnati 737. §. 3. 198

Bonorum pars tantum in aliquibus caſibus confiſcatur, 112. § 3. 143

Bonorum confiſcatorum ipſo iure dominium etiam, quod applicetur ſtatim fiſco, & ſecuta ſententia retrotrahatur ad tempus delicti, tamen hoc habet locum, ſi fiſcus voluerit, & petierit, & non aliter, data etiam nullitate alienationis impoſita per decretum noſtrum, & licet interim confiſcata bona non poſſint alienari, dum dominium ſtatim ſit fiſco applicatum tamen emptor, in quem tranſlata eſt poſſeſſio, poteſt gaudere bonis, donec fiſcus declarauerit hanc ſuam voluntatem 688. 655. 660. §. 3. fol. 191

Bonorum confiſcatio in verbo, confiſcatio.

Bona fides quæ dicatur, & quomodo intelligatur, remiſſiuè 907. §. 3. 214

Bona fides in dubio præſumitur. 908. §. 3. 214

C

Cancellatus, iniuſtè à banno quis dicatur 662. fol. 191

Captus amore qui aliquẽ occidit mitius punitur 787 fol. 203

Capi

INDEX.

Capitalis condemnationis ad ſententiam qualiter deueniri debeat.946.§ 1. 64

Carceratus qualiter impunè occidat cuſtodes. 880. §.1. 59

*Carceris perpetui pęnā imponi pro pęna mortis.*890. §.1. 60

Caſus omiſsi à decreto non confiſcante, remanent in diſpoſitione iuris communis, cum decretum ſit ſtrictè interpretandum vti correctorium iuris communis. 75. § 3. 140

*Cautelæ aduocatorum vt adiuuent imputatum de lęthali vulnere.*130.§.1. 10

*Ceſsionarius fiſci poteſt proteſtari, & conſequi pęnā per decretum impoſitam.*196.§.2. 125

Ciuis præſumitur manere in ſua Ciuitate. 1437. §. 1. *fol.* 47

Ciuilitas concedi debet de conſenſu partis, & ſi fiat ab ſente, eius ratificatio requiritur, & retrotrahitur ad tempus conceſsionis in præiudicium tertij. 227. §.2. 129

Ciuilitas acquiſita patri acquiritur filio. 228. §.2. *fol.* 129

*Clauſula. eo amplius, repetit præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus.*242.§.2. 131

*Clauſulæ, ipſo iure, & facto in decreto poſitæ idem important.*178.§.3. 153

Clauſula, ipſo iure, & facto, in decreto poſita, importat, vt id debeatur non ſolùm in foro fori, ſed etiam in foro conſcientiæ. 180.§ 2. 124

Clauſula. ipſo iure, & facto. alios plures importat effectus. 181.§.2. 124

*Clauſula annullatiua contractus vbi in decreto non adeſſet, an contractus talis eſſet nullus ſtante prohibitione alienationis, remiſsiuè.*197.§.2. 126

Clauſula. ipſo iure, & facto, in decreto confiſcante appoſita, infert quod non requiratur aliqua ſententia in confiſcatione bonorum, quæ aliàs requireretur, vbi delictum committeretur extra rem. 584. §.3. 185

Clauſula, ipſo iure importat vim latę ſententiæ in omni diſpoſitione. 585 §.3. 186

Clauſula, ipſo iure, in decreto confiſcante appoſita licet operetur, vt amittatur ſolum dominium, & non poſſeſſio, habet tamen fortius, & plenius ius, quàm is, in quem non transfertur dominium ipſo iure. 595.§.3. 186

*Clauſula. ipſo iure. in decreto confiſcante appoſita, aliqua præſcriptio non currit contra fiſcum, bonorum interim alienatorum, quinquennij ſcilicet, & vlterioris temporis.*631.§.3. 189

*Clandeſtinum delictum, an puniatur mitius, quàm palam.*852.*quid Neapolis.*853.§.1. 58

*Clericorum bona, etiam in prima tonſura, & patrimonialia, non comprehenduntur ſub decreto bona cōfiſcante.*42.§.3. 137

Clerici bona in caſibus, in quibus confiſcantur propter homicidium per eum commiſſum non confiſcantur ipſo iure, ſed requiritur ſententia priuationis, vnde datur cautela quod ante ſententiam priuationis renunciet beneficium alicui amico, & de illo faciat prouideri per Papam, vel ordinarium. 43. 44. *limitatur.*45.§ 3. 137

Clericus vbi tenet prædium aliquod in emphyteoſim à domino temporali, in confiſcatione eidem D. temporali applicatur. 46.§ 3. 137

*Clerici bona de conſuetudine Franciæ non applicantur Epiſcopo in eorum confiſcatione, ſed ſeculari Principi, vel alteri ius habenti.*47 §.3. 137

Clericum ſuſpectum, & electum ad beneficium poteſt Princeps laicus non admittere. 644. §.1. 46

*Clerico qualiter etiam de iure canonico ſit permiſſum homicidium.*646 *ſicut & occidens bānitum Clericū ignorans ex eius cęde reportat p̄mium.*647.§.1.47

Clericus factus poſt delictum, an mitius puniatur. 816.§.1. 56

Clericus parricida traditur curiæ ſeculari, etiam non ſecuta irregularitate. 48. §.1. 5

Clericus pro homicidio non poteſt puniri, nec tradi morti à iudice ſeculari regulariter 926. 927. *quibus autem caſibus degradetur.* 928. *quando etiam fiat irregularis, & beneficium amittat.* 929. 1230. 1231.1232.1241.1242 §.1. 86

Clericum morti damnatum prius degradandum. 926. §.1. 63

Collegium conſtituitur ex ſocijs publicorum victualium, fodinarum, & ſalinarum. 11.§.2. 105

*Collegij, & vniuerſitatis appellatione non veniunt ſingulares perſonæ, nec e conuerſo.*15 §.2. 105

Comitans, & aſſocians qualiter teneatur. 1195. §.1. *fol.* 64

*Computatio miliaris intra quod homicidium committens punitur, qualiter ſit facienda.*234 *qualiter autem ſi tractetur de auditu.*235.§.1. 23

*Confeſſio ſpontanea delicti mitius punitur.*830 *quando autem dicatur ſpontanea.*831.832.*ampliando, & limitando vſque ad nu* 837.§ 1. 57

Confitentis ſe occidiſſe, ſed ad neceſſariam defenſionē, qualitas illa an poſsit pro parte acceptari, & pro parte non 480. *vt verū poſsit torqueri.* 481.§.1.36

*Confeſſus occidiſſe tunc viuentem, ſi poſtea moriatur, poteſt puniri.*949 § 1. 64

Conſuetudo praua excuſatur à delictis. 867. §. 1. *fol.* 59

*Conatus qualiter puniatur.*969. *ampliando. limitando, exemplificando, & conſiderando actum proximum, atrocitatem delicti, atque omnes circumſtantias de iure, atque ex conſuetudine vſque ad nume.* 932.§. 1. 64

Coniectura, quæ arguunt deceſſiſſe vulneratum ex vulnere, vel ex mala cuſtodia ac negligentia, vel mixtim. 180.§. 1. 13

*Coniectura animi deliberati.*1120.§. 1. 78

Coniecturis etiam probari quod quis eſſet facturus, vel non. 1370. §. 1. 93

Conſcij non reuelantes, & participes parricidij qualiter puniantur. 51.§. 1. 6

INDEX.

Conſcij conſentientes, & aſſiſtentes delicto, quod prohibere poſſent, qualiter non puniantur, licet non ſit ſine ſcrupulo occultæ ſocietatis. 1270. 1277. quid diſtinguatur à iure ciuili, vel canonico. 1280. limitando vſque. 1290. § 1. 88

Conſilium præbens ad delictum eadem pœna tenetur, qua delinquens. 1234. licet ſecundum alios mitiori pœna puniatur. 1235. ampliando, limitando, & diſtinguendo vſque ad num. 1245. 1249. & vſque ad num. 1266 §. 1. 88

Conſilium, & perſuaſio quid ſit, an eadem ſit cum inſtigatione, & perſuaſione. 1325. unde inferunt ſcribentes, quod inquiſitio pro vno, probato altero eorum ſuſtinetur. 1376. §. 1. 94

Conſilium, & mandatum in quo concordent. 1378. in quo diſcordent. 1379. 1380. §. 1. 94

Conſilium, quod poteſt haberi ad bonum, & ad malum poteſt conſulens interpretari. 1392. 95

Conſilium quis dicatur præſtare. 1393. quibus autem modis. 1394. 1395 §. 1. 95

Conſilium qualiter differat ab auxilio. 1396. 1397. 1398. §. 1. 95

Conſilium in dubio cauſam delicti præſtitiſſe non cenſetur. 1406. § 1. 95

Conſulens qualiter puniatur. 1381. 1382. ampliando declarando, limitando vſq. ad num. 1409 §. 1. 95

Conſultor qualiter poſſit conſilium reuocare. 1407. 1408. § 1. 95

Contumax delinquens non plus punitur quam ſi præſens eſſet, & ita Senatus ſanciuit nu. vlt. §. 1. 102

Creditor, qui habet auctoritatem capiendi debitorem fugientẽ impunè, qualiter occidere poſſit illum debitorem. 777. ampliando ad procuratorem. 778. §. 1. 54

Credita, & nomina debitorum non comprehenduntur in decreto. 107. & 108. §. 2. 115

Creditores hæreditatis, in qua ſuccedit ſubditus ratione immobilium, & non ſubditus ratione mobilium, et ſe mouentium, agunt ad ratã contra utroſq; eorum. 245 §. 2. 131

Credulitate leui, & ex iniuſta cauſſa motus ad delinquendum quis excuſatur. 858. § 1. 58

Culpa in vulnerato præſumitur non adhibito medico. 118. §. 1. 9

Culpa ſola ſi adſit, non habet locum pœna decapitationis in homicidio. 228. §. 1. 23

Culpam præſumi in prouocante. 439 §. 1. 34

Culpoſum homicidium quod dicatur. 293. qualiter autem culpa leuis, vel leuiſſima criminaliter non puniatur. 294. cum nec peccet in foro cõſcientiæ. 295. niſi in ſubſidium, vbi non poteſt ſatisfieri. 296. exẽplificando culpoſum homicidium commiſſum cauſſa libidinis, quod pœna extraordinaria puniatur. 297. idem ſi committatur per volentem aliter delinquere. 298. idem inuolentem occidere auem, ſi occidat hominem. 299 idem ſi vnum pro alio occidat 300. in quam autem incurrat pœnam vide vſque ad num. 315. §. 1. 28

D

Statutum loquens de pœna capitis qualiter intelligatur. 951. etiam ſi addat pœnam confiſcationis bonorum. 952. & pecuniariam. 953.954. limitando. 955.957.§.1. 66
Statutum pro vulnere condemnans in centum, quibus non ſolutis intra menſem, quod manus amputetur, condemnato appellante à ſententia menſe lapſo cõfirmata ſententia prima, poſſit ne condemnatus ſoluere centum. 1084.§.1. 75
Statutum puniens percutientem, et vulnerantem cum armis non habet locum in percutiente ſe ipſum. 1086 §.1. 75
Statutum, vel decretum loquens de auxilio qualiter intelligatur. 1330. de auxilio, conſilio, & fauore ſimul amplectitur omnem operam. 1373 §.1. 94
Statuta pœnalia de alienationibus loquentia, non niſi ad proprias alienationes extenduntur. 157.§.2. fol. 121
Statuta pœnalia regulariter non ligant pupillum. 17. §.2. 105
Statutum prohibitorium ſi loquatur per verbum acquirere, prohibetur per illud etiam pignoratio, etiã ſi fiat ex cauſa magnæ neceſſitatis. 32. 33.§.2. fol. 108
Statuentes poteſtatem non habent ſtatuendi ſuper rebus extra territorium ſitis. 113.§ 2. 115
Statutum valet, quod delinquente filio, & eo damnato pater teneretur ei dare legitimam, quæ fiſco defertur, modo ſit factum à Ciuitate, non ab vno Collegio. 244.255. limitatur. 257. cum aliquot nume. ſeq.§.3. 159
Statutum, quod bona delinquentis ſint deuaſtanda, licèt non valet de ſtricto iure, maximè in domibus, ne ciuitates, & alia loca deformentur, tamen ſeruatur de facto. 445.§.3. 172
Statutum confiſcans bona per probationes priuilegiatas, non præiudicat, nec nocet tertio, ſed tantùm delinquenti, ampliando. 455.§.3. 173
Statutum ſimpliciter confiſcans bona, intelligitur de bonis ſitis in territorio. 456.§ 3. 173
Statutum Mediolani confiſcans bona vbique ſita, cum ſit correctorium iuris communis, eſt ſtrictè intelligendum de bonis ſitis in dominio Mediolani. 457. §.3. 173
Statutum nunquam cenſetur præiudicare iuri tertij in materia confiſcationis bonorum, etiam ſi loquatur generaliter. 761.§.3. 201
Stipulationes conditionales tranſeunt in fiſcum, non autem ius ſucceſſionis conditionale. 382.§.3. fol. 168
Subditus ex quo prohibetur alienare, pariter prohibetur per hoc decretum non ſubditus acquirere per regulam correlatiuorum. 21.§.2. 106
Subditus, vel non, quis dicatur, remiſsiuè. 124.§.2. fol. 117
Succeſsio, & hæreditas ſubditi, in quo adſunt immobilia, mobilia, & credita, & pecunia diuiditur ſtante hoc decreto inter ſubditum, & non ſubditum. 245.§.2. 131
Succeſſor non tenetur vltra vires, & ſucceſſores non habent neceſſe adire, ſed eis bona quæruntur ipſo iure. 819.§.3. 206
Suſpendens iudex aliquem hominem ex quo moriatur, punitur vti homicida. nume. 81.§.1. 7
Suſpenſionis pœna ignominioſa. 840. & ideo nobilibus non infligenda. num. 841.§.1. 58

T

TEli appellatione quid veniat. 1099.§.1. 76
Tempus commiſsi delicti in applicandis condẽnationibus eſt ſpectandum, ad id quo finis trahitur, cum finis habeat neceſſariam conſequentiã ad principium. 504. limitatur. 510.§.3. 180
Tempus ſententiæ factæ mulctæ, vel condemnationis, vbi quis ſit mulctatus, ſi infra quoddam tempus nõ fuerit aliquid actum, mulcta ſpectat ad eum, qui tẽpore aduenientis conditionis eſt dominus. 512.§.3. fol. 180
Tempus ſtatutarium, vel legale, eſt peremptorium, nec poteſt à iudice, vel partibus prorogari. 232. §.2. 129
Tempus ſtatuti debet ad unguem obſeruari, aliàs actus ſit irritus. 236.§.2. 130
Territorium alienum quod ſit. 710. § 1. 51
Territorium, quid ſit, & quid veniat eius appellatione remiſsiuè. 109.§.2. 115
Teſtes qualiter deponere debeant ſuper inſultu, et vulnere impoſita vtrique pœna. 1015.§.1. 69
Teſtis varius quando probet. 467.§.1. 35
Teſtis deponens per verbum credo, qualiter probet pro inquiſito. 943.§.1. 64
Teſtis eſſe non poteſt exiſtens in ſocietate defuncti. 944.§.1. 64
Teſtibus duobus affirmantibus magis quam mille negantibus quo caſu credatur. 465 §.1. 35
Timor iuſtus, vel impetuoſus animi affectus animi deliberati ſuſpitionem tollit. 1121.§.1. 78
Tiro per imperitiam delinquens mitius punitur. 788. §.1. 55
Tolerantia vt proſit qualis eſſe debeat. 134.§.1. fol. 10
Tortura an euitari poſſit in præſumpto criminis homi-

mi:

micidio. 481.§.1. 36

Tractatum frater ſciens, & non reuelans relegatur. 145. vaſſallus, Monachus, ſeruus, & ciuis non reuelantes domino delictum ſunt puniendi. 1290. §.1. 88

Traditio dicitur facta etiam per conſtitutum ſpeciale in inſtrumento alienationis appoſitum. 65.§.2. fol. 110

Transfuga quis diceretur antiquitus. 600.§.1. 44

Tutelæ inculpatæ moderamen qualiter habeatur. 432. 433. an ſit de iure naturali gentium, & ciuili. 434. qualiter differat ab exceſſu defenſionis exceſſus inculpatæ tutelæ. 435.§.1. 34

Tutelæ inculpatę modum excedens an teneatur de exceſſu, vel de morte in totum. 469.§.1. 35

Tutelæ inculpatæ terminos difficiliter cognoſcere turbatum mortis cognitione. 470.§.1. 35

Tutelę inculpatæ modum excedens non ex propoſito non punitur. 472.§.1. 35

Tutor, & curator carnaliter cognoſcens pupillam, vel minorem punitur pœna relegationis, & confiſcationis bonorum. 110.§.3. 143

V

Venditionis appellatione quid veniat remiſſiuè. 27. vide etiam num. 60.§.2. 106. 110

Veneficium non comprehendi ſtatuto generaliter, & indiſtinctè loquente de homicidio. 33.§.1. 5

Veneficij criminis pœna eſt mortis, & confiſcationis bonorum. 81.§.3. 140

Verba generalia comprehendunt omnes perſonas, nec patiuntur aliquam reſtrictionem. 1399.§.1. 95

Verba per indirectum in decreto poſita quid importent. 26.§.2. 106

Verba, ipſo iure, & facto, in decreto poſita, important, vt dominium applicetur fiſco, potius quam alijs, quibus facta fuit alienatio. 179.§.2. 123

Verba, ipſo iure, & facto, in decreto poſita, an importent, quod ſi non ſubditus fiat ſubditus, & ciuis poſt alienationem, & ante traditionem venditio teneat in præiudicium fiſci, nec ne. 118.§.2. 116

Verba, ipſo iure, & facto in decreto poſita, important, vt non requiratur aliquod factum hominis, vel poſtulatio partis. 181.§.2. 124

Via, & res publica poteſt præſcribi ex præſcriptione immemorabili, bona tamen fides in ea requiritur. 792. 793.§.3. 203

Vile, quod dicatur vſque ad aureum vnum. 199.§.3. fol. 155

Vilia non veniunt in confiſcatione bonorum. 198.§.3. fol. 155

Vindictam quis non poteſt ſumere propria auctoritate 918.§.1. 63

Vnciæ duæ debitæ filio naturali ſunt quarta bonorum. nu. 399. & an poſſint tranſmitti. 411.§.3. 170

Vniuerſitas quæ ſit, & quibus modis dicatur. 13.§.2. fol. 105

Vniuerſitas Ciuitatis, & Caſtrorum ſit ex conſiliarijs, qui hodiè loco decurionum ſunt ſubrogati. 14.§.2. fol. 105

Vniuerſitas, & collegia inſtar pupilli habentur. 17. §.2. 105

Volens occidere vnum, ſi alium ſimul occidat, tenetur de duobus homicidijs. 302.§.1. 27

Voluntas, & conatus puniuntur in parricida non ſecuto effectu. 49.§.1. 5
Exemplificando in præparante venenum, vt illud patri daret, licèt non dederit, eodem numero, quod in alijs quoque locum habet. 50.§.1. 6

Vſufructus non venit appellatione rei immobilis. 118. §.2. 116

Vſufructus, qui debetur patri in bonis aduenticijs, & profecticijs, publicatis bonis patris, an publicetur, durante patris vita. 207. 208.§.3. 156

Vſufructus, qui debetur patri in bonis aduenticijs, & profecticijs non publicatur publicatis bonis patris, vbi illum pater remiſiſſet. 209.§.3. 156

Vſufructus, qui debetur patri in bonis aduenticijs, & profecticijs quando publicatur, & pater nihil alicuius habet, quam illum vſufructum, quis interim alat filium viuente patre, & durante patria poteſtate, cum pater teneatur ad alimenta filij. 210. §.3. 156

Vſufructus vbi ſolùm relinquatur patri peculij aduenticij, & profecticij, & nihil aliud habeat, tenetur dotare filiam ex illo, cum nullus eam velit accipere, cum nuda proprietate ad eam pertinente, dum tamen relinquatur patri tantum, vnde ſe alere poſſit, & cæteros filios, vel dare in dotem filiæ illi proprietariæ, quæ daret in ſua domo eam alendo. 212. 213.§.3. 156

Vulnus mortale qualiter probetur. 110. 111.§.1. 9

Vulnus præſumi mortale, niſi probetur contrarium. 121. 122. per medicos, & chirurgos iuramento ſuo firmantes vulnus fuiſſe leue, vt ibi. 122.§.1. 9

Vulnus mortale vnde dignoſcatur. 138.§.1. 11

Vulnus quid ſit. 1075. qualiter differat ab vlcere. 1080.§.1. 75

Vulnerans hominem, qui ſtatim cadens in terram caput diminuit, vnde moriatur, qualiter teneatur. 69. §.1. 6

Vulnerans non lęthaliter non poteſt accuſari, vel inquiri de morte priuſquam moriatur. 96.§.1. 8

Vulneratum culpa ſua deceſſiſſe qualiter probetur. 108. 109.§.1. 9

Vulnerantem læthaliter condemnans iudex, ſi poſt ſententiam latam moriatur vulneratus, an ſententia teneat. 99.§.1. 8

Vulnerans etiam leuiſſimo vulnere tenetur ad expenſas. 1081.§.1. 75

Vulnerans vno ictu pluribus vulneribus qualiter puniendus. 1082.§.1. 75

Vulnerans in faciem non dicitur vulneraſſe in re ſua. 1083.§.1. 75

Vulnerantes ſe inuicem in rixa, licèt conuicti, non ideo

mitius

mitius puniuntur. 1081. §.1. 75
*Vulnerari poteſt baunitus.*625.§.1. 45
*Vulnerato decedente poſt longum interuallum an debeat vulneraus condemnari; aut abſolui ex iudicio medicorum.*171.172.*lataque ſententia an ſit retractanda vſque ad num.*176.*incluſiuè*.§.1. 13
*Vulnerato decedente ex interuallo, an poſsit iudex poſt publicatum proceſſum examinare teſtes deficiente iudicio medicorum.*179 §.1. 13
Vulneratus etiam lethaliter non comprehenditur appellatione occiſi in ſtatuto loquente de occiſo.89. *niſi ſit mortuus.*90.91.§.1. 68
*Vulneratus lethaliter qui dicatur.*95.§.1. 8
*Vulneratus lethaliter æquiparatur mortuo.*97 §.1. 8
Vulneratus moriens non obſtante exculpatione, quando præſumatur, ex vulnere deceſsiſſe. 142.143. §.1. 11
*Vulneratus quando dicatur ex uulnere deceſsiſſe.*167. 168.177.§.1. 13
Vulneris de qualitate non poteſt eſſe rogatus notarius ad inſtrumentum conficiendum, niſi ad hoc ſit deputatus. 1087.§.1. 75
Vulnuſculum quid ſit. 1077. *qualiter nullum habeat in ſe delictum.*1078.1079.§.1. 75
Vxor poteſt confiſcatis bonis viri propter eius dotẽ, & hypothecam, etiam quod poſſeſsio eſſet pœnes virum ob coniunctionem vitæ inſiſtere in poſſeſsione bonorum confiſcatorum. 293. *& an habeat locũ in dominio Mediolani.*294.§.3. 161
Vxor propter hypothecam in eius dotis, vbi domus, vel bona delinquentis mariti ex forma alicuius ſtatuti deuaſtanda eſſent, poteſt impedire deuaſtationem, niſi ſatisfiat ei per fiſcum de lapidibus, & rebus deſtruendis, vbi ſufficiunt, aliàs impeditur deuaſtatio, niſi facta ei ſatisfactione. 296. §.3. 161

FINIS.

CA-

CAPITVLVM HOMICIDA ET SEQVENS NOV· CONSTITVTIONVM·

Titulo de Pœnis.

[a] HOMICIDA [b] capite [c] puniatur, [d] Ita quòd moriatur. §. [e] Et tanquam homicida puniatur quicunque [f] etiam non ſequente morte, [g] tantummodo vulnerauerit, [h] aut inſultum [i] cum telo euaginato fecerit, [k] animo tamen deliberato [l] occidendi [m] etiam ſi non lædat, [n] vel occidat. §. [o] Parimodo [p] intelligatur [q] quicunque [r] huiuſcemodi penſato [s] maleficio [t] auxilium dederit, [u] conſiliumve, quamuis etiam is [x] manus ad opus non extendat.

[a] Quicunque [b] ſciens aliquem velle committere homicidium, [c] vel aliud delictum, pro quo veniat imponenda [d] pœna mortis naturalis, [e] cum receptauerit [f] ante commiſſum delictum, [g] vel aliter, ſciens [h] ad id [i] auxilium præſtiterit, puniatur [k] ea pœna, qua principalis puniendus eſſet. §. [l] Receptans autem [m] ſciens [n] poſt delictum puniatur [o] pœna centum aureorum, [p] vel trium ictuum funis, & grauiori arbitrio Principis, vel Senatus. §. [q] Si quis vero auxilium [r] in rixa [s] ad delicta præmiſſa [t] committenda dederit, [u] puniatur [x] arbitrio Iudicis [y] iuxta qualitatem facti.

IN CAPITVLVM HOMICIDA, Nouarum Conſtitutionum.

SVMMARIVM.

Homicidium quid ſit.num.1.
Homicidium eſt prohibitum iure diuino,& humano.nu.2.
Homicidij delictum grauiſſimum. nu.3.
Homicidium horribilius omni peccato. nume.4.
Homicida dicitur violator,& apoſtata.nu.5.
Homicidium aliquibus caſibus permiſſum etiam iure diuino.num 6.
Homicidiũ in malos,commiſſere Sancti Patres abſq; peccato.num.7.
Homicidiorum duo genera ſpirituale,& corporale. num.8.
Homicidium ſpirituale quinque modis cõmitti.nu.9.
Homicidium corporale,duplex,in conſanguineum,& alios.nu.10.
Homicidium committi verbo,& facto, nu.11.
Homicidium alterum animi deliberati, alterum ſecus. num.12.
Homicidium aliud doloſum,aliud culpoſum. nu.13.
Homicidium voluntarium doloſum eſſe.nu.14.
Homicidio inuoluntario, quis dolus malus attendatur.num.15.
Homicidium attentatum effectu non ſecuto qualiter puniatur.num.16.17.
Homicidij deliberati quatuor ſpecies. num. 18.
Occiſus dicitur qui morte violenta obiit. nu.19.20.
Mortui appellatione venit occiſus.nu.21.
Homicidij pœna tenetur quilibet ſine diſtinctione quãuis ex qualitatib. augeatur.nu.22.cum ſeq.
Homicidij pœna maior eſt in occidente virum bonum, & rectum hominem,quàm mõſtruoſum.nu.27.28.
Homicida non dicitur qui brutum occidit. numero 29.30.
Homicidij pœna ſtatutaria habet locum in perfecto, non attentato ſolum.nu.31.
Homicidium qualificatum non venit in diſpoſitione ſtatuti indiſtinctè loquentis. num.32.
Veneficium non venire in ſtatuto loquente de ſimplici homicidio.nu.33.
Parricidium non dici ſimplex homicidium, ſed grauius num.34.cum ſeq.
Parricidam dici etiam qui liberos interficit, vel nouercam,& ſponſam,ac conſobrinum.nu.38.39.
Parricidij pœna teneri matrem, quæ factum animatum proijcit.nu.40.41.
Homicidij pœna tenetur qui naturalem patrem occidit,vel baſtardũ fallit in ſpurio.nu.42.43.cũ ſeq.
Frater procurans capturam fratris tenetur de homicidio.nu.46.
Parricida eſt, qui patriæ perniciem machinatur.numero 47.
Parricidij pœna in liberis,& parentibus.nu.48.
Parricidij pœna tenetur qui attentat illud.nũ.49.
Parricidij pœna tenentur conſcij.nu.49.
Parricidij conſcius frater relegatur.nu.50.51.
Parricidij pœna non tenetur qui proditorem occidit, vel adulteram etiam filiam, vel ingratum filium. num. 52.cum ſeq.
Parricidij pœna non habet locum in nouercam adulterantem.nu 55.
Vel qui noctu occidit per laſciuiam. nu. eod.
Homicidij pœna ſtatutaria non habet locum in mandante.num.56.57.
Statutum de homicidio intelligi de vero, vt hic in exemplis.nu. 58.cum ſeqq.
Homicidio cauſam proximam dantem teneri.nu.66.
Homicidio doloſè occaſionẽ dantem teneri pœna mortis vt in exemplis hic poſitis. nu.67.cum ſeq.
Irregularitatem non incurrit cauſam remotam dans homicidio.nu.71.
Homicida dicitur qui hominem occidit, & l.Cornelia tenetur,licet ſit monſtruoſus. nu.72. cum ſeq.
Medicus ſcienter mala medicamenta præbens tenetur de homicidio.nu.75.76.
Abortui animato cauſam dans,an puniatur de homicidio opiniones nu.77.78.
Homicidij pœna puniri aliter brutum occidens aliter hominem.nu.79.
Iudex doloſè torquens,vt moriatur quis, tenetur de homicidio.nu. 80.cum ſeqq.
Mortuum ſuſpendens de homicidio tenetur.nu.81.
Iudex innocentem condemnans homicida eſt. nu.82.
Homicidij pœna obligatur vulnerans ex propoſito, ſecuto homicidio nu. 83 84.
Statutum de occidente, non habere locum niſi occidatur.nu.85.86.
Vulnerans vt occidat tenetur pœna homicidij.nu.87.
Statutũ de occidente non habere locum in attentãte, vel lethaliter uulnerãte.cõtra n.92.88.89 cũ ſeqq.
Occiſus dicitur qui moritur ex vulnere licet ex interuallo. nu.90.91.
Occiſus dicitur qui moritur etiam culpa vulnerati, nume.92.
Homicidij pœna tenetur qui occidit aliàs ægrum, vel vulnerat.nu.93.
Vulnus læthale eſt quod difficilè eſt curatu.nu.95.
Vulnerato aliquo læthaliter,an poſſit inquiri de morte antequam moriatur,licet æquiparetur mortuo. num.96.97.
Vulneris cauſa accuſatus non poteſt condemnari de morte,niſi etiam de morte accuſetur. nu.98.

Vulnerantem lathaliter ſi quis condemnet, an non ſecuta morte abſoluatur. num. 99. cum ſeq.
Vulneris cauſa liberatus, an poſſit accuſari de morte. num. 102.
Fideiuſſor de iudicio ſiſti pro vulnerante lathaliter, an teneatur ſecuta morte. nu. 103.
Vulnerantis defenſiones, ſi poſt vulnus quis moriatur. num. 104. cum ſeqq.
Vulneratum in dubio præſumi deceſsiſſe ex vulnere. nume. 106.
Vulnerato decedente ſua culpa, vulnerantem puniri extraordinem. nu. 107.
Vulneratum præſumi deceſsiſſe culpa imperti medici. num. 108.
Vulneratus ruſticus ſi eat ad laborandum præſumitur culpa deceſsiſſe ſua, & ita fuit iudicatum. num. 109.
Vulnus factum gladio acuto præſumi mortale, vel factum telo graui concurrente fama, licet ex interuallo moriatur. nu. 110. 111. 112.
Vulnerans lathaliter, tum admittitur ad probandum contrarium, vbi medici ita indicauere. nume. 113. 114. cum ſeq.
Vulnerans lathaliter non excuſatur à pœna homicidij, licet moriens dixit ſe mori culpa medici. nume. 117.
Vulnerans vulnere, quid iudicio medicorum non eſt lathale excuſatur ſi vulneratus decedat, numero 118.
Vulneranti quid ſit probandum, vt præſumatur vulneratum culpa ſua deceſſiſſe. nu. 119. cum ſeqq.
Vulnerato decedente, probandum erit vulneranti, quod leue erat vulnus, teſtimonio medicorum. numero 122.
Vulneratum ex malo regimine deceſſiſſe, probari per chirurgos. num. 123.
Vulnus probatur non fuiſſe mortale per teſtes fama adiuncta, nu. 124.
Vulneratum probatur deceſſiſſe ſua culpa, ſi cum muliere coiuit, vel quia erat robuſtus. numero 125. 126.
Vulneratum, è contra ex vulnere deceſſiſſe, vt probet fiſcus. num. 127.
Vulneratum præſumi ex vulnere mortuum, licet ſpaſmus accedat, fallit vt hic. nu. 128. 129.
Vulnerantem excuſari ſi ſequatur mors, cum cauſidici proteſtantur ex viſitatione medici vulnus, nõ eſſe mortale. nu. 130.
Vulnus non fuiſſe mortale creditur peritis, ad excuſandum à pœna ordinaria. num. 131. 132. 133.
Vulneratum decedentem intra modicum præſumi ex eo vulnere mori fallit. num. 134. 135.
Vulnerato pereunte poſt aliquot, dies an credatur peritis non fuiſſe mortuum ex vulnere. num. 136.
Vulnerato ſi accedat febris ex alia cauſa proceditur ſolum de vulnere. num. 137.
Vulnus probari mortale ex qualitate corporis. numero 138.
Vulnus affirmantibus duobus eſſe mortale, plus credi, quam decem negantibus. nu. 139. 140.
Vulnus eſſe mortale, ita probari iudicio peritorum ſecuta morte, vt contrarium non poſſit probari. nu. 141. 142. & 143.
Vulnus probari eſſe mortale iudicio medici, licet non doctoris. nu. 144.
Vulnus probari mortale iudicio duorum peritorum non vnius. fallit. nu. 145. 146. 147. 148. 149.
Vulnus probari mortale iudicio peritiſsimi. numero 147. 148.
Vulnus probari mortale iudicio vnius electi ad hoc, vel ſi aliæ conte&ligature adſint. nu. 149. 150.
Vulnus non probari mortale ab iudicio ſolius, vbi ſtatutum requirit duos, vel medicus male audit. nu. 151. 152. & 153.
Medico malæ famæ non credi. nu. 153.
Medico hebræo non credi. nu. 154.
Medicis diſcordantibus ſtatur peritioribus, vel qui veriſimiliora deponunt. nu. 155. & 156.
Vulneratum in dubio præſumi ex vulnere mori. numero 157.
Vulnus, vt iudicetur mortale à peritis quomodo referre debeant, an cum iuramento. nu. 158. 159.
Vulnus eſſe mortale probari per poſitos cum iuramẽto de credulitate. nu. 160.
Vulnus vt mortale probetur debent iurati referre periti. ex communi. fallit. nu. 161. & 162.
Vulnus eſſe mortale probari per medicos electos tamen à partibus. num. 163.
Medicos qui referant de qualitate vulneris Mediolani eligi à iudice, citato fiſco, & parte offenſa. num. 164.
Medicis Mediolani non ſemper credi vulneratum ex malo regimine deceſſiſſe. nu. 165.
Vulnus fuiſſe mortale, vel non concurrente iudicio peritorum, & loco, ac alijs eſſe arbitrandum à iudice. num. 166.
Vulnus præſumi fuiſſe mortale ſi intra breue ſpatiũ in peius res eat, & mors ſequatur. aliàs ſecus. numero 168.
Vulneratum quando dicendum ſit intra breue ſpatiũ deceſſiſſe. num. 169.
Vulneratum ſi poſt triduum ambulauit non ſe præſumi ex vulnere. poſtea mortuum. nu. 170.
Vulnerato poſt longum interuallum mortuo iudicis eſſe inquirere aliter quã per peritos, an fuerit mortuus ex vulnere. nu. 171.
Sententia lata ex iudicio peritorum ſuper vulnere, an ex iudicio peritorum ſit retractanda. numero 172.
Sententia ex iudicio peritorum non retractatur lapſo tempore ad appellandum. nu. 173.
Sententiam peritorum poſſe ſemper retractari, non tamen Mediolani. nu. 174. & 175.
Peritorum iudicium admittere probationes contrarias ante ſententiam, non obſtante relatione. numero 176.

Vulneratum ex vulnere deceſſiſſe, quomodo præſu- matur, & probetur. num. 177.
Vulneratum non deceſſiſſe ex vulnere præſumi quod iam ſanum factum erat. num. 177.
Vulneratum ex vulnere deceſſiſſe, vt præſumatur, an ſit neceſſe ſtatim, ut decedat, vel breui. nu. 178.
Vulneratum ex interuallo mortuum iudicem publicato etiam proceſſu poſſe per teſtes inueſtigare. num. 179.
Vulneratum præſumi ex quinque coniecturis propter vulnus deceſſiſſe.

a HOMICIDA.

1 Homicidium † quid ſit, & dicatur, notat Carer. ſua Praxi Crim. §. homicidium autem hominis, num. 1. & 2. Io. Bruntl. in cap. 1. 4. par. num. 1. de homicid. Lancell. Conrad. Lauden. ſua Praxi iudic. libro 1. capit. 9. §. 3. de homicid. numero 1. cum ſeq. Mantua. conſ. 216. num. 16. &
a 17. vol. 2. a
2 † Homicidium eſt prohibitum iure diuino, & humano regulariter. ita Iaſ. l. 4. §. condemnatum. nu. 35. ff. de re iud. Marſ. l. 1. num. 102. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Plot. l. ſi
3 quando. numero 694. C. vnde vi. † grauiſſimumque dicitur delictum, Conrad. d. cap.
4 9. nu. 4. † & eſt horribilius omni peccato, Afflict. in feud. tit. de pace iuramento firmanda. verſ. quarto nota. nu. 78. † b Ideo
5 manda. verſ. quarto nota. nu. 78. † b Ideo
b dicitur homicida violator, & Apoſtata,
6 ita Signorol. conſ. 103. nu. 8. & 11. † in aliquibus tamẽ caſibus permittitur etiam de
c iure diuino, not. Marſ. conſ. 11. nu. 4. vol. 1. c
7 † Cum etiam Sancti patres cõmiſerint homicidium in malos, & improbos abſq; pœ-
8 na, & peccato, vt per eum ibi, nu. 5. † homicidiorum duo ſunt genera, ſpirituale, & corporale, ita Iacob. Boluenc. in Repet. l. capitalium. §. famoſos. nu. 64. ff. de pœnis.
9 † Spirituale quinque modis committitur,
10 vt per eum, d. num. 64. † homicidium autẽ corporale duplex eſt; ſimplex, in occidente non conſanguineum, & qualificatum, in occidente conſanguineum, vt per eũdem,
11 nu. 67. † committitur autem homicidium corporale duobus modis, verbo, & facto; vt per eum. num. 68. verbo, committitur, vt ibi exemplificat, nu. 69. & 70. facto autem quinque modis committitur, vt exemplificando notat idem Iacob. d. loco, num. 71.
12 † Homicidij binæ ſunt ſpecies: Simplicis, ſcilicet, vbi nõ adſit animus deliberatus, & penſati, cum animo, ſcilicet, deliberato. vt not. Clar. ſua Praxi. §. homicidium.
13 in princ. verſ. pro intelligentia. † ſimplicis autem homicidij binas ſpecies: Aliud eſſe voluntarium doloſum; Aliud culpoſum, & caſuale dicit. Carer. d. §. homicidiũ. nu. 1. notat etiam Bonacoſ. in d. verb. homicidium. in princ. ibi. Et nota ꝙ homicidium:
14 † voluntarium autem doloſum eſſe, vbi do lo malo quis aliquem inſilijt eum occiden-
15 do. vt Carer. ibi. nu. 2. † qui dolus malus attenditur in hoc voluntario homicidio in tantum, ꝙ ſi quis aggreſſus fuerit aliquem animo occidendi, & vulnerauerit tantum, licèt non occiderit, vti homicida punitur,
16 ita Carer. nu. 3. d † quod quidem procedit
d de iure communi, nõ autem ſtante conſuetudine generali, & ſtatutis cõmuniter per Italiam, ꝙ attentatum non puniatur pœna ordinaria, vbi non ſecutus ſit effectus, de quo latè infra dicetur, licèt in animo deliberato occidendi ſecus caueatur infra. §.
17 & tanquã. † Verum ꝙ quatuor ſint ſpecies homicidij ſimplicis ſine animo deliberato ſupponendo quod fiant, ſ. neceſsitate, caſu, culpa, vel dolo, explicat Clar. d. §. homicidiũ. in prin. ibi. homicidiũ autẽ; declarando, quæ ſint ſingulæ, verſ. ſeq. de quibus infra dicetur: & de his notat etiam Mantua
18 d. conſ. 216. nu. 18. ſupra alleg. † animi autẽ deliberati, & penſati quatuor pariter ſpecies, notat idem Clar. ibi. verſ. deliberatum autem, videlicèt, ex propoſito abſque alia qualitate. ſecundò ex inſidijs. tertiò proditoriè. quartò per aſſaſsinium; de quibus explicat in verſiculis ſequen. & infra etiã dicetur ſuo loco.
19 † Occiſus ille dicitur, cui mors violenta infertur, ita not. Marſ. tract. bannit. in ver.
20 mortui, num. 1. † Mortuus autem dicitur, cui naturaliter vita à corpore fuit ſepara-
21 ta, vt per eũ nu. 2. † appellatione autẽ mortui venit occiſus, exẽplificando, vt ibi per
22 eundẽ, nu. 4. † in homicidio autẽ non fit diſtinctio perſonarũ, an ſit factum à maſculo, vel fœmina, vt per Carer. d. §. homicidij aũt
23 nu. 119. † non ẽt diſtinguitur, an ſit occiſus ſeruus,

ADDITIONES.

a Viden. eſt text. in l. ſi quis homicidij crimen cum Gloſ. C. de accuſ.
b Adde Ioſeph. Lud. deciſ. Lucenſ. 62.
c Addas. Calcan. conſ. 2. col. 7. & 8.
d Maran. in ſuo Speculo par. 4. diſtinct. 1. Spec. an ſit iudic. ciuil. vel crimin. numero 77. Clarus in praxi. §. Homicidium. Hartm. Piſtor. cap. 13. tit. de accuſ. lib. 2. Ludouic. à Peguera in ſuis quæſt. crim. capit. 14. Andr. Gail. obſer. 110. lib. Magon. deciſ. Lucenſ. 36.

ſeruus, vel liber homo, vel mas, vel fœmina, vt ibi nume.120.& 121. & per Conrad.Lauden.dicto cap.9.de homicid. nu.4.
24 † Non etiam mitius punitur occidens hominem malæ conditionis, quàm bonæ, vt
25 not.Boſſ.tit. de homicid. nu.113.† Quàmuis ſit maior pœna in vno, quàm in alio ex qualitatibus alijs perſonæ occiſi. vt d. nu.
26 113.† augetur quoque ex delinquentis di-
27 gnitate. ita Conrad. ibi num.5.† grauius etiam punitur occidés Chriſtianum, quàm infidelem, licèt grauius peccet occidens infidelem, cum perdat corpus, & animam. not.Marſ.d.ver.mortui.nu.164. & in l. vnica.nu.216.cum ſeq. C.de Rapt. virg. Idem l.1.§.pręterea,num.23.ff.ad leg.Cornel. de
28 Sicar. Conrad.ibi nume.8. verſ.18. † maior etiam pœna imponitur occidenti hominē bonæ famæ, quam ſceleſtum, & delinquere ſolitum; & magis occidentem infantē, quàm maiorem, & magis clericum, quàm laicum; & magis Cardinalē, quam alium clericum; & magis hominē rectum, quam monſtruoſum, ita Marſ.d.§. præterea. nu. 29.& 30.Carer.ibi,num.122. Conrad.d.nu.
29 8.& verſ.18. amplia. † idem magis occidens ſeruum, q̃ liberum, Marſ. d. §.Præte-
30 rea, num.32. † homicidæ appellatione non venit occidens animal brutum.Bonacoſ. in ſuis quæſt. In ver. animam.
31 † Statutum loquens de homicidio, requirit homicidium perfectum, nec ſufficit attentatum, ita not.Brun. ſuper Conſtitut. in verſ.homicidium, verſic. Statuta quę diſponunt. Menoch. tract. arbitr. lib.2.Cent. 4. Caſu. 360.nu. 104. cum ſeq. quicquid ſit de iure communi latè diſcutietur infra §. Et tanquam.ver. Etiam nõ ſequente morte.
32 † Statutum generaliter, & indiſtinctè loquens, non habet locum in homicidio qualificato. Ita not.Marſ. ſing.665. num.7. Bonacoſ. d.verſ.homicidium, verſ.item limita
33 ſtatutum prædictum. † ideo inferunt ſcribentes non comprehendi veneficium, Cõrad.d.ſua Praxi.§.3.Rubr.de veneficijs,nu. 11.parricidium autem videtur comprehendi appellatione homicidij ſecundum Bal. in l.data opera,num.3.verſ.& eſt argumentum.C.de accuſat. Barbat. conſ.8. num.14. volum.3. argumentum ſumendo à maiori;
34 † quòd autem non veniat appellatione homicidij,not.Brun.ſuper Conſtit.d.verſ.homicidium, verſic. ſtatutum de homicidio. Marſ.d.ſing.665.nu.2. Conrad. d.§.3.nu.2. Bonac.d.ver.homicidiũ. in princ.verſ.item limita non habere locum, declarat. Placa,
35 Epitome delictorum,cap.22.num.36.† parricidium enim eſt ſpeciale, & qualificatum homicidium; ita Conrad.d.Rubr.de Parri-
36 cid. num.1. † & parricidium inter alia homicidia grauius reputatur, vt per eum d.
37 nu.1.ad fin. † quæ perſonæ autem veniant, & teneantur de parricidio,not. Carer.d.§.
38 homicidij autem,num.128. & 135.† Parricidium autem propriè dicitur parentũ interfector ſecundum iura antiqua; ſed ſecundum iura Codicis comprehenditur ēt liberorum interfector, ita Conrad.d.loco.
39 num.3. † Parricida quoque dicitur etiam ſecundum iura antiqua occidens fratrem, ſororem,patruelem, matruelem, patruum, auunculum, amitam, matetteram, conſobrinum, priuignum, patronum, vel patronam,nouercam, & ſponſam, vt idem Con-
40 rad. num.4. † Parricidij pariter pœna tenetur mater, quæ dolo malo fętum animatũ abiecerit;vt d.nu.4.verſ.parricidio etiã,
41 † in hoc tamen differunt; quia parentes, & liberi pœna homicidij, & parricidij tenentur, alij tantum pęna homicidij, vt d.nu.4.
42 ad fin. † Filius quoque naturalis occidens patrem naturalē tenetur pęna homicidij, ita Marſ.d.verſ.mortui,nu.157. idem Con-
43 rad.d.§.3.Rubr.de homicid.num.3.† Limitando,niſi ſit talis ſpurius damnati coitus, vt poſſit accuſari criminaliter, vt Conrad.
44 d.loco,num.6.† eadem pœna parricidij tenetur pater occidens filium baſtardum. ita Marſ.ibi,numero 156.declarando vt ſupra.
45 † Occidens pariter patrem ſpiritualem tenetur pœna parricidij, prout occidens patrem naturalē. vt per Conrad. d.nu.6. verſ.
46 † punitur pariter frater procurans capturam, & carcerationem vti parricida, ita vt priuetur feudo, not. idem Conrad. num.7.
47 † Is quoq; qui impium aliquod nephas in patriæ perniciem machinatus eſt, punitur
48 vti parricida, vt per eundē,ibi,nu.3.† Quæ autem ſit pęna parricidij, & quãdo habeat locum,not.Afflict.in d.tit.de pace iuramēto firman. verſ.quarto not.num.7. Gomez. tract.de delict.cap.3.de homicid.num.3. & 4. Pęna autem parricidij in parentibus, & liberis.l.1.ff.de parricid.hodie non eſt vſu, ſed pęna capitis tantum, & denegatur illis ſepultura. Ita Conrad. d.Rubr.de parricid. numero 5. Quæ habet locum in laicis etiã in terris imperij. Clerici autem curiæ ſeculari traduntur etiam non ſecuta irregularitate,vt idem Conrad. dicto numero 5.ver-
49 ſiculo hancque pęnam, † voluntas præterea,& conatus punitur in hoc crimine non ſecuto effectu, vt per eundem, numero 8. exemplificando in emente venenum,vt patri daret, licèt non dederit, quod in alijs quoque locum habet, vt per eum d.num.8.

& ſupra notatum in princip. huius tituli.
50 † Conſcij pariter non reuelantes, & participes patricidij puniuntur, vt d. loco, num.
51 9. † tamen Frater ſciens Tractatum mortis Fratris, & non reuelans punitur ſolum
52 pœna relegationis; vt ibi, num. 10. † licitè tamē poteſt occidi pater proditor patriç, & qui ad eam delendam, & parentes, & liberos interficiendos veniunt, vt nume. 11.
53 † Secundò licitè fit in patre, vel marito occidente vxorem, & filiam adulteram; vt d.
54 nume. 11. verſ. 2. limita. † Tertiò limitatur in patre occidente filium committentem vnam ex cauſis ingratitudinis, vt d. nu. 10.
55 verſic. 3. limita. a † Quarto impunè poteſt
a occidi filius adulterans nouercam, vt d. num. 11. ad fin. & infra notatum, ver. capi-
56 te. † Non habet pariter locum in mandante homicidium fieri. Brun. d. verſ. homicidium, verſ. homicidij appellatione, & ver. Statutum quod loquitur & in verbo Mandans, verſ. An in Statutis, & verſ. Mandans non comprehenditur. Idem not. Afflict. d. verſ. Quartò nota, nume. 86. Bonacoſ. in d. verſ. Homicidium, in princ. verſ. Item limita dictum Statutum, Tamen contrarium tenent multi relati per Conrad. d. §. 1. Rubr. de mandant. num. 12. verſ. Tertio amplia,
57 † Ideo inferunt Doctores, ꝙ ſi pro Homicidio imponatur pœna pecuniaria ex Statuto, Mandanti imponitur pœna, quæ de iure communi, vti non comprehenſo in Statuto Bald. in cap. 1. §. Iniuria, ad fin. nume.
58 20. de pace iuramento firmanda. † Inferunt etiam, ꝙ ſi ſtatutum dicat damnatum ex homicidio non poſſe cancellari à condemnatione, non habet locum in damnato ex mandato ad Homicidium, Bonacoſ.
59 d. loco, verſ. Statutum dicit Homicidij. † Diſputant vlterius ſcribentes, quòd ſi ſtatuto prohibeatur fieri pax de homicidio, an prohibeatur fieri cum mandante homicidium, prout notat referendo Brun. in d. Conſtit. in verſ. Mandans, verſ. Mandatum homicicidij.
60 † Statutum vlterius loquens de occidēte, & homicidio, intelligitur de vero, non de ficto, Ita Bonacoſ. in d. verb. homicidium
61 in princ. † Ideo licèt occidere quis dicatur qui cauſam homicidio præbet, vt not. Gand. tractat. de Maleſ. tit. de Homicid. & pœn. cor. nu. 2. verſ. Item nota, Afflict. d. tit. de pace iuramento firmanda, verſ. Si quis
62 alium, nu. 92. † Veluti, qui contra innocentem in cauſa Homicidij falſum teſtimoniū fert; quia tenetur de homicidio, vt nota. Marſ. tract. Bannit. d. verſ. 60. Mortui, nu. 5.
63 † Idem in portante litteras Homicidij cōmittendi, vt per eundem, num. 6. & in ſin-
64 gul. 181. † idem ſi infirmo medicum non
65 adhibuit, vt num. 7. † Tamen Statutum loquens de occidente per ſe, non habet locū in eo qui mortis cauſam præbet, Florian. in l. ſi quis in furno. ff ad leg. Aquil. Alex. conſ. 140. nu. 5. cum ſeq. vol. 2. Cuman. conſ. 135. num. 2. Carer. d. ſua Praxi §. Homicidium autem hominis, num. 17. & 18. Gloſ. Pariſ. ad Alex. conſ. 15. num. 2. volu. 1. cum dicatur talis fictè occidere; Idē not. Boſſ. tit. de Homicid. num. 2. Inferens ad ſtatutum Mediolani, Bonacoſ. in d. ver. Homicidium in princ. verſ. Item non habet locum
66 ſtatutum. † De iure autem communi præſtans cauſam proximam Homicidio, punitur pœna ordinaria mortis, Dec. conſ. 234. num. 1. verſ. ſed dato, Afflict. in Conſtitu. Regn. Rubr. 13. de Homicid. nume. 9. verſ. Idem ſi cauſſam, lib. 1. Boſſ. d. titu. nu. 1. ſi tamen adſit animus occidendi, vt per eum ibi, Idem Conrad. d. cap. 9. num. 8. verſ. 19. Amplia. declarando, idem quod Boſſius, notat idem Carer. d. loco, nu 80. cum ſeq. vſque ad nu. 119. vbi plures enumerat, in-
67 ter quas illa eſt. † quando Iudex incarcerat aliquem iniuſtè, qui ſe ſuſpendit, ſi id dolo fecit, quia punitur pœna mortis; aliàs punitur pœna mitiori, vt per eum, nume.
68 118. † Alia eſt, quando quis dat gladium in manu furioſi, qui occidat aliquem, vt not. Alex. d. conſi. 140. nume. 5. volu. 2. Carer. in
69 §. Circa quartum, nume. 115. ad fin. † Idem dicendum in vulnerante hominem, qui ſtatim cadens in terram, ſibi caput fregit, ex quo mortuus ſit, quia tenetur de homicidio, Alcia. conſi. 471. num. 1. & 2. licèt, inſequens aliquem, qui currendo ſe vulnerauerit, non tenetur de vulnere, vt per eum nu. 4. Bonac. in d. verſ. Item non habet locum
70 Statutum. † Vbi autem quis cauſam remotā det homicidio, vti culpoſus, punitur extraordinariè. Carer. d. ſua Praxi, §. Circa ve-
71 rò, num. 8. Oſaſc. Deciſ. 104. nu. 4. † Et cauſſam remotam dans homicidio non incidit in irregularitatem, Io. Brun. d. c. 1. 4. parte,
72 num. 81. de Homicid. † Homicida dicitur qui hominem occidit, vt puniatur pœna legis Cornelia de ſicarijs, ita Gand. tract. de Maleſ. d. titu. de Homicid. & pœn. cor. num.

ADDITIO.

a Adde Foler. verſ. pœnis debitis num. 27. & de eo qui noctu per laſciuiam occidit lapide proiecto eod. verſ. nu. 50. & Lauren. deciſ. 29. Quid in patre filiam, in marito vxorem in adulterio comprehenſam occidente. Farinac. de pœn. temper. q. 81. num. 6.

73 num.1. † Occidens quoque hominem mon ſtruoſum punitur pœna ſtatuti de occiden te, Marſ. in d.verbo Mortui, nu.163. declarando vt per Carer. d.§. Homicidium autẽ hominis, nu.23. & Conrad. Lauden. d.c.9.
74 nu.8. verſ. Amplia.2. † Declarando tamen ſi habeat animam rationalem, Ange. tract.
75 malef. in ver. Ex interuallo, nu.9. † Vti Homicida etiam pœna mortis punitur Medicus mala medicamenta ſcienter adhibens, ex quo infirmus ſit mortuus; Clar. d.§. Ho-
76 micidium, verſ. Item Medicus † ſuffocans etiam partum mulieris punitur vti homicida pœna legis Corn. de ſicarijs. ita not. in text. l. penult. C. de Sicar. Boſſ. de mente Bart. d. tit. De Homicid. nume.7. Carer. d.§. Homicidij autem, num.55.

77 † Stante Statuto imponente pęnam Homicidæ, an comprehendatur dans cauſam Abortui etiam animato, antequam naſcatur? quòd non, not. Bald. in l. Cum inter veteres, per illũ tex. C. de fidei comm. libert. ſequitur Angel. in d. ver. Ex interuallo. nu. 10. verſ. quid ſi quis faciat, Afflict. d. Rub. 13. nu.19. verſ. Non tamen puniretur, Dec. ſequitur conſ.535. num. 2. licèt alleget aliquos tenentes contrarium, dubitatiuè etiã loquitur contrarias opiniones allegando, Salicet. in d.l. penult. nu.3. C. de Sicar. alias opiniones contrarias, not. Marſ. l. ſi Mulierem, ad fin. ff. de Sicar. tamen in tract. Bannit. in d. verb. Mortui, num.160. tenet, non comprehendi in Statuto, communem, dicit Boſſ. d. tit. de Homicid. num.6. maximè ſtante Statuto Mediolani, quòd nullus corporaliter puniatur, niſi ex lege municipali caueatur, vt ibi, per eum, nume.6. ad fin. Idem not. Oſaſc. deciſ. 60. nume.6. & 7. latè confirmat, Menoc. tract. Arbitr. lib. 2. Cent. 4. Caſu 357. num.7. cum ſeq. Bonac. in d.q. in verb. Homicidium, col. 2. verſ. Limitat hoc Statutum, col.3. verſic. Item limitatur etiam d. Statutum.

78 † Stante Statuto ſimili, quod Homicida decapitetur, an pede percutiens mulierem prægnantem, ex qua abortum fecit, debeat decapitari? Opiniones cõtrarias, not. Alberic. in l. Qui in vtero, il primo, num.3. cum ſeq. vſque ad num.10. ff. de ſtat. homin. vbi ipſe, nu.9. diſtinguit tres caſus, Primò ſi conſtat de animo occidendi abortum, & tunc punitur pœna capitis prædicta; aut dubitatur, & tunc diſtinguit, vt per eum. Idem diſtinguit in tract. Statut. lib.3. q.59. refert Brun. ſuper Conſtit. in ver. Homicidium, ver. ſi Statuto cauetur, Ita intelligendus Marſ. in d. verb. Mortui, nu.9. Carer. d. §. Homicidium autem hominis, nume. 24.

79 † Animal quoque brutum occidens hominem, punitur vti homicida, Guid. Pap. Deciſ.238.

80 † Iudex quoque dolosè torquens aliquẽ, ſi occidat, vti homicida punitur, alias non, Ita Clau. Seiſell. l. vt vim, nume.102. ff. de Iuſt. & iur. & notatum ſup. titu. de ac-
81 cuſ. † Suſpendens vlterius hominem, ex quo ſit mortuus, punitur vti Homicida, Carer. d.§. Homicidij autem, num.55.

82 † Iudex præterea condemnans innocentem ad mortem, pœna capitis, & mortis, vti homicida punitur, ſi id fecit pecunia corruptus, vel ira commotus, Idem ſi dedit operam, quòd accuſatus, vel inquiſitus aliquid falsò confiteretur, per quod innocens poſtea ad mortem damnatus fuerit; vel indebitè quem ad torturam poſuit; vel adeo modum exceſſit in torquendo, ita quòd ſit mortuus, ita not. Clar. d.§. Homicidium, verſic. Item Iudex, & § fi. quæſt. 64. verſic. antequam tamen, & verſ. Iudex autem.

83 † Animum tantum vulnerandi habens, ſi occidat, tamen punitur vti homicida homicidij pœna, Boſſ. d. titu. de Homicid. nu. 37. verſ. Quibus adde, & num.74. verſ. Arbitror tamen, Nam dans operam rei illicitæ tenetur de ſecutis, ſi ea veriſimiliter debuerunt ſequi, vt per eund. Boſſ. ibi, nu.
84 93. † Verùm ꝙ puniatur tantum extraordinariè habens animum vulnerandi, ſi occidat (de quo creditur eius iuramento) notat Io. de Arno. ſing.44.

85 † Statutum ſi diceret, quòd occidens occidatur, non habet locum in percutiente animo occidendi non occidente, Bart. l. Is qui telo. per illum text. C. ad leg. Corn. de Sicar. Brun. in d. verb. Homicidium, verſic. Statutum ſi dicat. Iaſon. in Rubr. Inſtit. de actio. nu.31. & 32. Bonac. in d. quæſt. in ver. Occiſor, verſ. Statutum quod dicat, In terminis huius Decreti notat, Menoch. tract. Arbitr. lib.2. Cent.4. Caſu 361. nume.105.
86 cum ſeq. max. nume.109. † Excepto ſi hoc fiat animo deliberato, vt infra exponitur,
87 §. Et tanquam. † Licèt de iure cõmuni vulnerans, vt occideret, vti homicida puniatur, Marſ. d.l. 1. nume.1. verſ. Et prædictum ampliatur. ff. de Sicar. Carer. d.§ Homici-
88 dij autem, num.3. † minus habet locum in attentante, vbi actus non ſit perfectus, nec conſummatus, Marſ. d. tract. Bãnit. in verb. Expectatur, nu.10. Bonacoſ. in d. verb. Occiſor, verſ. Statutum non habet, & hoc quo ad pęnam ordinariam, licèt talis puniatur pœna extraordinaria ratione doli, animi,
89 & inſultus, vt per eos. † Vulneratus etiam

lætha-

læthaliter non comprehenditur appella-
tione occiſi in ſtatuto loquente de occiſo,
ſecundum Marſ.d.ſua Praxi. §. Et quia,nu-
mero 26.ad num.32. refert Conrad. d.cap.
90 9.§.tertio de vulnerant. num.10. † Tamen
ſi ſit mortuus etiam ex interuallo venit ap-
pellatione occiſi in ſtatuto loquente de oc
ciſo;ita not.Carer.d. §.homicidium autem
hominis,num.3.4.& num.17.relatiuè Marſ.
in d.verb. mortui, numero 15. & in dicta l.
1.num.88. verſic.& de mortifero,Bonacoſ.
in d.verb. occiſor, verſ. ſtatutum, de occi-
dēte,& in ver. vulnus, verſ.ſi quis vulnera-
91 uerit aliquem, † & eo caſu punitur vulne-
rans pęna homicidij, ita not. Io. de Arno.
92 Problem. 5. † Nec eum excuſat, ſi probet
nullum medicum fuiſſe adhibitum vulne-
rato,vel fuiſſe adhibitum imperitum,vel ꝙ
deceſſerit ex culpa, & negligentia vulne-
rati, ſecundum communem, notat Clar.d.
§.homicidium,verſic. quandoque etiam ſo
93 let, ibi primus caſus. † quod habet locum
etiam quod vulnus non ſit læthale; ſed ſit
illatum in corpore ægro, qui ſit mortuus,
ita not.Angel.d.verb.ex interuallo, num.6.
cum declaratione Aug. ibi, in addit.verſic.
94 de hac ſecunda concluſ. † Aduertendo, ꝙ
maiora vulnera ſuſtinet fęmina, quàm ma-
ſculus, vt not. Gloſ.in l.nihil intereſt. ff.de
adulter.Aug.dict.loco,verſic.adde tamen,
notat etiam Carer. d. §. homicidij autem,
95 num.73. & Cuma.conſil.135.num.2. † Vul-
neratus autem mortiferè, & læthaliter di-
citur, qui non poteſt euadere mortem, vel
cum maxima difficultate, Cępol. conſil.28.
num.20.Carer. d.§.homicidium autem ho-
96 minis, num.5. † Non tamen vulneratus læ-
thaliter poteſt accuſari,minuſq; inquiri de
morte,antequam moriatur, Afflict. d.tit.de
pace iuramento firmanda, verſic. ſi quis
alium,nu.10.Marſ.ſua Praxi.§.& quia,num.
97 28. † Licèt ſic vulneratus læthaliter æqui-
paretur mortuo, vt per Marſ. d.num.28. ad
finem,latius Conrad.d.cap.9.§.3.d.Rub.de
vulnerantibus,num.11.& 12. Carer. ibi,nu.
6.declarat ſignanter Gomez. tract.delict.c.
1. de homicid. numero 31. Bonacoſſ. in d.
verb.homicidium, in princ. verſ.item limi-
98 ta in eo, qui læthaliter. † Et accuſatus de
vulnere, ſimpliciter, non poteſt condem-
nari de morte, etiam quòd dein moriatur;
niſi ſit accuſatus de vulnere,& morte.Boer.
deciſ.323.Carer.d.loco,num.7.latius Con-
rad.d.§.3.de vulner.num.13. cum trib. ſeq.
99 † Iudex autem ſi cōdemnauit ad mortem
vulnerantem læthaliter, ſi poſt ſententiam
latam moriatur ille ſic læthaliter vulnera-
tus, ſententia illa an teneat, not. remiſſiuè,
100 Carer. ibi, num.9. † Probationes vlterius
de vulnere an iuuent, ſi ille moriatur, not.
Marſ.d.ſua Praxi. §. quoniam, numero 60.
101 relatiuè Carer. d.num.9.† & quòd non va-
leant,notat idem Marſ.ibi. §. Et quia.num.
36. liberatus autem de vulnere, an poſſit
accuſari de morte eo mortuo, notat idem
102 Carer. num.10. † Si vlterius ſit datus fide-
iuſſor ſuper accuſatione vulnerum de præ-
ſentando reum ſic accuſatum, an teneatur
eum præſentare, ſi accuſetur de morte,vi-
103 de relatiuè, Carer.num.12. † Et quòd fide-
iuſſor de iudicio ſiſti pro vulnerato lætha-
liter teneatur ad pęnam pecuniam mortis,
not.Marſ. d. §. Et quia, numero 29. ad fin.
104 & num.30. † Quandoq; tamen, & ſæpenu-
mero ſolet, ad excuſandum eū, qui de ho-
micidio imputatur ob mortem offenſi ex
vulnere, proponi defenſio, quòd ſcilicet
vulneratus nō ex ipſo vulnere, ſed ex alia
cauſſa deceſſerit, veluti propter culpam,&
negligentiam adhibitam in eius vulnerati
cura, vel imperitia medicorum, quia tunc
excuſatur à pęna homicidij, & tantum de
vulneribus quis tenetur, per l. qui occi-
dit.in fi. vbi Floria.& l.ſi ex plagis,in prin-
cip.ff.ad leg.Aquil.notat Ang.in d.verb.ex
interuallo, num.5. & Auguſt. ibi, in addit.
ad eum, num.13. verſ. ſed quæro. Gandin.
d.Rubr.de homicid.& pęn.eor.numero 24.
Afflict.d.Rubr.13.numero 11. verſic.4. fal-
lit.Marſ.d.l.1.nu.110.Ant.Trigona.ſing.87.
num.2.Petr.Rauen. ſing.797. Conrad.d.c.
9.num.11.limit.31. Gomeſ. tract.de delict.
cap.3.de homicid. num.28. verſ.tertius ca-
ſus, Clar.d.§ homicidium,verſ.quandoque
105 etiam,& verſic. ſecundus eſt caſus. † Quis
autem debeat probare vulnus fuiſſe morta
le, vel vulneratum deceſſiſſe ex culpa, ne-
gligentia, diſcutit latè, Afflict.ibi num.12.
Carer.d.§.circa quartum. num.323. verſ. &
106 vbi quis. † vbi autem ſit dubium,vel igno-
retur,an vulnus ſit mortale, vel ne, nec ꝓ-
betur illum vulneratum deceſſiſſe ex negli-
gentia,vel culpa vulnerati, eo caſu ex euē-
tu ſecuto præſumitur deceſsiſſe ex vulne-
re, & punitur vulnerans de homicidio:
aliàs ſi probetur culpa, vel negligētia vul-
nerati, tunc punitur vulnerans non de oc-
ciſo, ſed extraordinariè, ita not. Gand.d.
107 nu.24.† declarando vt per eum, num.27. ſi
incurrit infirmitatem cauſa dicti vulneris;
Idem Afflict.d.num.12. verſ. reperio. Boſſ.
tit.de homicid. nu.115. vſque ad fin. Boer.
d.deciſ.323.nu.8. Item not. Foller. d.verb.
recipiantur defenſiones, num.5. verſ. item
poterit probari mala, & num.3. verſ. item
poterit probari, quòd ſe medicare, Carer.
d.§.

d.§. circa quartum, nu.323. exemplifican-
do vt per eum, Conrad.d.cap.9.§. tertio.
de homicid. num.8.verſ. vigeſimo quarto,
amplia, & Rubr. de vulnerantibus, nu.17.
& nu.26.Didac. Couar. tract. delict. tertiæ
partis. §.Secundus, nu.8.verſ.10. ibi Cæte-
108 rum Angelus, † Vbi notat, quòd ſi mede-
la fuit præſtita à medico imperito præſu-
mitur deceſſiſſe potius culpa medici, quã
ex vulnere; nam paria ſunt non adhibere
medicum, vel adhibere eum imperitum.
Auguſt.ad Ang.d.verb.ex interuallo, nu.4.
verſ. & ibi vide Angelum, confirmant la-
tè tradita per Marſ.d.§. & quia, nu.19.20.
& 21. Foller. d.verbo, recipiantur defen-
ſiones, num.3. verſ. Item poterit probari
quod adhibuit: latè firmat, hanc Cõcluſio-
nem, Clar. d. verſ. quandoque etiam ſo-
let, ibi tertius eſt caſus, vbi ponit cauſam;
quando probetur vulneratum ex eius cul-
pa, & negligentia deceſſiſſe, † veluti ſi ru
109 ſticus vulneratus in capite, iuit ad laboran
dum cũ bobus ad Solem, maximè in æſtate
& ſic atteſtatur pluries iudicatũ fuiſſe in
hoc Ducatu, quem caſum not. etiã Gand.
d. nu.24. verſ.ſed ſi appareat, Auguſt.ibi,
110 num.14. † probatur vlterius, quod vulnus
ſit mortale, ſi id communiter dicebatur, ꝙ
vulnus erat mortale, vel ſi conſtat, quòd
percuſſit quis cum gladio acuto, ita not.
Afflict. d. Rubr.13. num.13. verſ. Item po-
terit. Foller.d. verb. recipiantur defenſio-
nes, num.6.verſ.Item, quòd vulnus, Carer.
d.§.Circa quartum, nu.326.verſ. item pro-
batur, & nu. 327. ad fin. idem ſi probetur,
quod qualitas inſtrumenti eſſet, talis, ex
quo non conſueuerit inferri plaga leuis,
Foller.d. nu.6. verſ. item poterit probari.
111 † Teſtes autem ſuper hoc deponentes, non
ſufficit, quod dicant etiam iurati, quod
vulnus eſſet mortale, vel nè; niſi etiam de-
ponant, quod ſic erat fama, vt notat idem
Afflict. ibi, num.14. verſ. an autem; & nu.
33. & 34. Carer. ibidem, num. 328. ad fin.
112 † qua probatione facta, etiam quod vul-
neratus dein moriatur ex interuallo, præ-
ſumitur mortuus ex vulnere, Conrad.d.§.
113 tertio, de vulnerantibus, num.16. † nec
iuuarent dein probationes, quod per ne-
gligentiam, & incuriam fuerit vulneratus
mortuus, Afflict. d.numero 13.verſ. tunc ſi
114 mortuus lib. primo, † ſicut etiam quando
eſt certum, vulnus illatum fuiſſe mortale,
non defenderetur vulnerans, probando,
quod nullus medicus fuerit, adhibitus, vel
adhibitus fuerit imperitus, neque propter
aliquam aliam culpam commiſſam ab ipſo
infirmo, ſeu vulnerato; quia licèt iſta mors
fuerit accelerata; tamẽ tenetur vulnerans
de occiſo, Angel.d.verb.ex interuallo, nu.
12.verſ.ſi autem quis, Marſ.d.l.1. num.110.
ad fin.ff.ad leg. Corn.de ſicar. Clar.d.§.Ho
micidium, verſ. quandoque etiam, ibi,
ſubdens ſe putare, vbi dicit hanc commu-
nem, licet aliqui teneant in contrarium,
eum excuſari ex alia cauſa ſuperueniente,
115 † ſicut, etiam eo caſu, quando extarent
probationes ex iudicio medicorum, quòd
vulnus eſſet mortale, non iuuaret vulnerã-
tem excuſatio offenſi dicentis, & aſſerentis,
ꝙ vulnus non erat mortale, ſed eũ mortuũ
ex culpa ſua, & ex malo eius regimine, vt
not. Foller. d. Verb.Recipiantur defenſio-
nes, num.4.Carer.d.§.Circa quartum, nu.
116 325. † non iuuaret etiam vulnerantem,
quòd medicus non fuit adhibitus, quan-
do dubium erat, quòd vulnus eſſet morta-
le, vel nè, ad excuſandum à pœna homici-
dij, ita Auguſt. ad Ang. d. loco, num. 13.
117 verſ. Nam dicit, † non etiam iuuaret vul-
nerantem à pœna homicidij, quando du-
bium eſſet, quòd vulnus ſit mortale,
vel nè, ſi moriens dixerit mori ex culpa
medici, niſi hoc aliter appareat, not. Marſ.
d.ſua Praxi.§.& quia, numero 24. Conrad.
d.cap.9.de homicid. nu.8. ampliatione 25.
118 & Rub.de vulnerantibus, nu.21. † Quando
autem quis fuerit vulneratus, & medicum
non adhibuerit, præſumitur ſui culpa de-
ceſſiſſe, quando vulnus iudicio medicorum
poterat eſſe ad vitam, & ad mortẽ, & tunc
vulnerans de occiſo non tenebitur, ita Gan
din.Rubr.de inſultu, num.31. Marſ. d. §.&
quia, numero 18. Antonius Trigona, ſing.
119 87.nu.1.& 2.verſ.& Angelus. † Probari ta-
men debet per vulnerantem, quòd medici
potuerant adhiberi, qui erant in Ciuitate
illa, vel loco, Auguſt. d.verb.ex interuallo.
num.14. ad fin. Idem ſi in loco propinquo
non autẽ valde remoto; ita Carocius tract.
120 locat. verſ.octauo extra locum, † in loco
autem inſigni licèt præſumatur, quòd ad-
ſint medici, tamen non præſumitur, quòd
inueniatur homo, qui velit tota die ſtare
occupatus pro alio, niſi hoc probetur, Aret.
121 conſ.16.num.5. † Hoc igitur caſu quo du-
bium ſit, an vulnus ſit mortale, vel nè, ex
quo præſumitur contra accuſatum vulnus
fuiſſe mortale, & conſequenter vulneratũ
deceſſiſſe ex illo vulnere, vt ſupra notatũ,
& latè declarat Conrad.dicto §.3.Rubr.de
vulnerantibus, num. 17. cum ſeq. an deceſ-
122 ſerit intra quadraginta dies, vel nè † accu-
ſatus autem volens contrarium probare,
debet probare, quòd vulnus non erat mor-
tale, ſed leuè; Et optima erit quippe pro-
batio

batio ea,quæ ſit per medicos chirurgicos,
qui examinati cũ iuramẽto dicant, quòd
vulnus non erat mortale, ſed leue, quibus
in hoc credendum,ita not.Cœpol.conſ.28.
nu.17. Afflict.d. Rubr.13.nu.14. cõmunem
dicit Clar.d.§.homicidiũ, verſ. ſcias etiam
123 & infra dicetur. † prout etiam iudicio me-
dicorum, & peritorum ſtatur, an quis de-
ceſſerit ex vulnere, vel ex malo regimine,
vt not. Marſ.d.§.Et quia, nume.16. verſ. &
ſubdit, idem not. Foller.d. verb. recipian-
tur defenſiones.nu.3. verſ. & eſt recurren-
dum,& num.5.verſ. item poterit probari;
quòd medici,Clar.d.loco,verſ.ſcias autem
124 ibi pariter etiam † *a* Nec alij teſtes admit-
a tuntur ad probandum hoc vulnus non fuiſ-
ſe mortale, vel fuiſſe, niſi deponant de fa-
ma, & quòd ipſi ita credebant, Afflict.d.
382 d.§. famoſos, nu.148. † quòd autem liceat
defendere extraneum cum licentia Princi
pis, ſi mors non ſequatur, notat, Afflict. d.
383 verſ.ſi quis hominem, nu.9. † in caſibus au-
tem his quicquid ſit de iure ciuili, quòd oc
cidens ad defenſionem excuſetur à pęna
homicidij; tamen ſic offendens nōn euitat
irregularitatem ſecundum communē, not.
Didac.d.§.vnicus, nu.5.& 6.vbi ipſe tenet
384 contrarium, † in his etiā caſibus ſi aliquod
damnum patiatur ad omne intereſſe verſus
eum tenetur
Offenſus, ita not. Carer.ibidem, num.66.
385 † defenſionem hanc poteſt his cauſis quis
facere contra quoſcunque, & omne genus
perſonarum regulariter, vt per Carer.num.
70.

A D D I T I O.

a Latè per Albam conſ.94.

386 70.† ampliando,vt etiam clericum pro de-
fenſione ſua,ſuorum propinquorum, & ex
traneorum occidere liceat,Seyſell.d. num.
125.verſ.ſecundo iſtam.vbi Curt. num. 53.
ad fin.& Carer.num.87.ad fin.Gomez. d.c.
3.num.21.Clar.d.§.homicidium, verſ. præ-
387 terea etiam,† ampliatur ſecundo,vt etiam
Cardinalis poſſit interfici pro defenſione
388 ſua: & vtſupra,Carer.d.num.87.† Papa au-
tem non poteſt occidi pro defenſione ſua,
389 licèt poſſit percuti, d.numero 87. † niſi in
caſu, in quo non poſſit quis ſaluari ab im-
minenti periculo vitæ,cum vellet eum of-
fendere Papa contra ius, quia tunc impu-
nè poteſt interfici Papa, & Imperator,
Clar.d.verſ.præterea etiam,ibi, quinimo;
390 † ampliatur tertio principalis cõcluſio, vt
quis non ſolum inſultantem poſſit impunè
offendere,& occidere pro ſua defenſione,
ſed etiam alium non offendentem,ſi ab il-
lo inſultante non poſſit ſe alio modo, vel
aliter defendere, niſi illum occidat,ita de
auxiliante aggreſſorem, quòd poſſit licitè
interfici, notat relatiuè Carer.d.§.homici-
dium autem,nume.87.idem Seyſell.vbi ſu-
pra, num.105.de mente Angel.in l.2.C.ad
391 leg.Corn.de Sicar.† de ſocio autem inter-
ueniente ad rixam, quòd ſic occidatur,
not.Afflict.d.conſt.regn.rubr.13.de homi-
cid.num.20.verſ.decimoſexto lib.1.Carer.
d.§.circa quartum.nu.90.& 174.vbi loqui-
tur quando quis vtatur pro clipeo media-
tore, ex quo is mediator fuit interfectus,
notat etiam Curt.in d.l.vt vim,num.13.14.
& 70.Conrad.d.capit.9.nume.17.limit.34.
392 † de omnibus ſimul loquitur,Clar.dicto §.
homicidium,verſic.adde quòd non ſolum
393 † limitando non habere locum in mediato
re,quòd ſcilicet non poſſit licitè interfici,
quando is tertius ſe non impeditur in d.
394 rixa,Carer.ibidem,nu.89.†quarto amplia-
tur principaliter hæc concluſio, vt etiam
furioſum,mente captum,& dormientem in
ſomnis ſurgentem liceat ad ſui defenſionẽ
occidere,Gomez.ibidem,nu.20.verſ.& di-
395 cit Albericus † occidi pariter poteſt fur.
& latro impunè, quando quis non poteſt
ſe,& ſua euadere, vt not.Marſ.in d.l.1.nu.
396 18.† quod idem in depopulatore agrorũ,
& aggreſſore viarum publicarum,idẽ Mar-
397 ſil.ibi,nume.23.& infra dicetur, a † limita-
tur tamen multis modis hæc concluſio, &
primo vt filius nõ poſſit occidere patrem,
nec ſeruus Dominum,etiam pro eorum de
fenſione, vbi ab eis aggrediantur, ita Ca-
rer.d.loco,nume.71.& 72.notat etiam latè
declarando,Boule.d.§.famoſos, num.145.
& 146.Claud.Seyſell.d.l.vt vim, nu.21.23.
& 24.vbi etiam Curt.num.34.35.& 47. re-
miſsiuè etiam hoc notat Afflict.d. verſ. ſi
quis aliquem,num.11.cum de iure antiquo
liceat patri, & domino interficere filium,
398 & ſeruum,Boulen.ibi,num.201.ad fin. † li-
mitatur ſecundo,vt non liceat alicui ſe de
fendere contra officialem,exequentem iu-
ſtè; imò eo caſu officialis poteſt occidere
reſiſtentem executioni, ita not.Marſ.in d.
l.1.nume.78.verſ.iſtud tamen,& ſua praxi,
§.aggredior,num.78.Afflict.d.verſ. ſi quis
aliquem,Boſſ.d.tit.de homicid. nume.103.
Carer.d.§.circa quartum, nu.73.& §.circa
igitur,num.115.Conrad.d.cap.9.de homi-
cid.num.13.limit.16.Clar.d.§.homicidium,
verſ.ſicut etiam, Menoch.tract.recuperan.
remed.8.nume.4.ampliando hoc vt poſsit
officialis occidere impunè reſiſtentem, nè
capiatur, ſiue hoc habeat in mandatis ſiue
non;licèt in hoc controuertant ſcribentes
notati per Marſ.tractatu banuit.verbo ca-
pti,num.10.ita Boulen.ibidem,nu.196.de-
clarando,vt per Carer.d.§.circa quartum,
399 num.85. † limitando etiam non procede-
re ſi is reſiſtens caperetur pro debito ciui-
li,quia non licèt occidere, quicquid ſit in
capiendo pro maleficio,vt idem, nume.76.
400 † limitatur vlterius hoc non procedere,
vbi reſiſtens ignoret,ꝙ ille eſſet officialis,
vel de eius familia,quia tunc non licèt oc-
401 cidere reſiſtentem, vt nu.77.† tertio prin-
cipaliter non licèt offendere, nec reſiſtere
ſe defendendo contra officialem,& iudi-
cem procedentem,vt per eum ibi,nu.78.&
Iacob.Boule.d.§.famoſos,n.144.declaran-
do,vt per eum,Seyſell.d.l.vt vim, num.39.
cum quatuor ſequen.& Curt.nu. 20. & 21.
402 † limitando primo vbi extraiudicialiter,
& de facto,procedat, Carer.d.nu.78.verſ.
& primo limita, exemplificando, nu.ſequ.
403 Seyſell.ibi,num.33.† etiam cum vicinis, &
404 amicis,vt per eundem,nume.41.& 42.† li-
mitando ſecundo vbi de facto proceſsit iu
ris ordinem non ſeruando, quia tunc licèt
reſiſtendo ſe defendere; vt not.Marſ.d.l.1.
nu.28.verſ.ratio eſt,remiſsiuè not. Afflict.
d.verſiculo,ſi quis aliquem,nume.10.idem
Clar.ſuis communibus in verbo officiali,
an & ſua praxi §.finali,quæſt.29. verſiculo
ſed hic, quando procedit vti priuatus,
405 † ampliando, vt etiam liceat hoc caſu re-
ſiſtere regi, Carer. dic. §. circa quartum,
num.

ADDITIO.

a Alios caſus pro quibus homicidium punitur not. Afflict.in conſtit.terminus vitæ.

406 nume. 83. † etiam enim occidendo, vbi
407 exerceat Tyrannidem, vt num. 84. † dici-
tur autem iniuſtè facere, qui non ſeruat
408 ordinem, num. 85. ad fin. † Tertio limita,
quia poteſt reſiſti officiali, vel Iudici, quan-
do eius ſententia ſit notoriè iniuſta, d. nu.
409 86. † quarto principaliter non licet occi-
dere ſe defendendo animal brutum, furio-
ſum, vel dormientem, idem Carer. num. 88.
410 ratione vt per eum, † quinto principaliter
non licet occidere impunè mediatorem,
aut alium circumſtantem ſe non impedien-
tem quoquomodo, vt not. Carer. nume. 89.
limitando vt latè ſupra notatum, in tertia
411 ampliatione † licita eſt autem hæc defen-
ſio contra aggreſſorem in caſibus, vbi licet
ſe defendere, etiam cum armis prohibitis
geſtari, vt notat idẽ Carer. d. § circa quar-
412 tum, nu. 65. declarando, vt per eum, † quam
etiam licet facere cum enſe, vel gladio ad
ſui defenſionem occidendo inſultantem,
vel aggreſſorem cum baculo, vel ligno, vel
alio inſtrumento animo percutiendi, ita no-
tat Marius Salam. d. l. vt vim, nu. 8. ff. de iuſt.
& iur. Gomes d. capit. 3. de homicid. nu. 22.
413 verſ. quod extende etiam, † hanc vlterius
defenſionem licet facere non ſolum ſtante
offenſione in actis, ſed etiam in potentia,
& aptitudine, veluti ſi quis videns inimi-
cum venientem contra ſe telo euaginato,
etiam quod non venerit ad percuſſionem,
poteſt impunè offendi, & occidi per illum,
qui timet aggreſſionem, nec debet expecta-
re, quod percutiatur, & probato, quod quis
veniret cum telo euaginato, dicitur pro-
baſſe feciſſe ad ſui defenſionem, ita notat
Bald. conſ. 111. num. 4. vol. 4. Cæpol. conſil.
28. num. 9. 10. & 11. & conſ. 29. nu. 14. & 15.
414 † nam gladius euaginatus quemcumq; ter-
ret, vt ibi, per eum, num. 16. maximè atten-
ta qualitate armorum, nu. 17. idem firmat,
Alex. conſ. 70. nu. 4. cum addit. ibi, & conſil.
109. nume. 2. vol. 1. Iaſ. d. l. vt vim, nume. 9.
415 † ex quo erat periculum mortis, quia licet
occidere, vt per Iaſ. ibi, nu. 10. Marſ. in l. pri.
num. 37. vſque ad nume. 41. ff. ad leg. Corn.
de Sicar. rationem adducendo, nu. 42. 43. &
44. & ſing. 638. nume. 4. & 5. vbi notat pro
ſingulari Cautela, vt quis euadat mortem
alicuius, Boſſ. d. tit. de homicid. nu. 88. Ca-
rer. d. § circa quartum nu. 91. Io. de Arno.
Dialog. 33. verſ. quæro tamen, Gomes, d. ca.
3. nu. 22. Clar. d. § homicidium, verſ. excu-
416 ſatur, † ampliando hanc concluſionem, vt
procedat, etiam quòd aggrediens non eua-
ginet telum, ſi tamen ſit minatus de occi-
dendo, & periculum ſit in mora expectan-
do, vt quia ſocios expectaret minans veniẽ-
tes declarando, vt per Felyn. in cap. dile-
cti filij, nume. 11. de except. Carer. d. loco,
nume. 92. Boer. deciſ. 368. nume. 8. ad fin. &
417 num. 9. † vel interficiat potentem, qui ei ſit
minatus, qui ſolebat incedere cum magna
caterua hominum, vt ibi, per eum, num. 12.
418 † ſi facit hoc in continenti declarando, nu
419 me. 13. † idem ſi ſolitus ſit minans eſſe ira-
cundus, & executor minarum, ſi præceſſe-
rint inter eos verba iniurioſa, ita de men-
te, Bald. notat Afflict. d. rubr. 13. nume. 19.
verſ. quintodecimo, & nu. 20. idem Iaſ. no-
tat ſi fiat incontinenti, d. l. vt vim, num. 14.
cum addit. ibi, Seyſell. num. 62. & Curt. nu.
71. Iaco. Boulen. d. §. famoſos. nume. 206. in
princ. Conrad. d. cap. 7. nume. 17. limit. 17.
Clar. d. §. homicidium, verſ. ſed quando ibi,
420 nõ enim, † idem ſi aliter prouocauerit oc-
cidentem, vt notat Mantua, conſ. 216. num.
421 26. ad fin. volu. 2. † ampliando etiam quòd
aggreſſor ſit ſine armis, ſed manu vacua ſit
minatus vellò alapam præbere, vbi aliter
iniuriam non poſſit aggreſſus euitare, Mar-
ſil. ſua praxi, §. pro complemento, num. 36.
& § expedita nume. 19. Salam. d. l. vt vim,
num. 9. Gomes, d. cap. 3. nume. 22. verſ. imò
quod magis, quod procedit etiã ſi iſte mi-
natus expectet eum minantem in inſidijs,
& occidat eum, quia euitat hoc caſu pœ-
nam ordinariam homicidij, Afflict. rubr. 8.
de pacis cultu, pacis cultũ, nu. 22. & rubr.
422 9. de portat. illic. nu. 22. lib. primo, † quod
habet locum, etiamſi præueniat inſidiato-
rem, eum interficiendo, probando tamen
quòd ille interfectus expectaret eum, vt
interficeret, ita not. Clar. d. loco, verſic. po-
423 teſt autem, declarando, vt per eum, † an au-
tem præſumatur interfectus ex minis, vt
non poſſit torqueri, not. Carer. d. §. circa
424 quartum, num. 93. † poteſt vlterius aggreſ-
ſus impunè occidere aggreſſorem, etiam
quòd poſſet fugiendo ſe ſaluare ſecundum
communem, de qua per Iaſo. d. l. vt vim, nu.
38. declarando vt per Seyſell. ibi, nume. 99.
& per Curt. nu. 62. & 64. Marſ. d. l. 1. in prin.
nu. 46. declarando, num. 47. Alex. conſ. 169.
num. 4. vol. 1. additio ad Bart. in l. eum qui
nocentem, in littera C, ad fin. ff. de iniur. la-
tè, Carer. d. § circa quartum, nu. 131. Boulen.
d. §. famoſos, num. 145. Gomes d. cap. 3. nu.
23. Clar. d. § homicidium, verſ. atque adeo,
communem dicit Michael Craſſ. ſuis com-
munibus lib. 1. in verbo defenſio, quæſt. 4.
425 † quòd maximè habet locum in nobili, vt
non debeat aufugere, ſed poſſit occidere
ruſticum aggredientem, notat Afflict. d.
verſic. ſi quis hominem, nume. 5. tit. de pa-
426 ce tenen. † quòd tamen puniatur eo caſu

pœna

pœna leui arbitraria, not. Gomez. ibi, num.
427 24. † vlterius hic talis occidens cum poſſit
euitare periculum fugiendo, & ſic non ad
neceſſariam defenſionem præciſam, occi-
dens non euitat irregularitatem, licèt aliàs
euitaret, ſi faceret ad neceſſariam, & ine-
uitabilem defenſam, non ſolum vitæ, ſed
etiam mutilationis membri, ita not. Couar.
d. tract. relect. d. §. vnicus, in princ. & num.
2. & 4. declarando, vt per eum, idem Io. Bru
nel. in cap. 1, quarta parte, numer. 66. & 74.
428 de homicid. in ſexto, † ideo talis clericus
ſic occidens non ad neceſſariam defenſam,
non poteſt promoueri ad ordines; licet
ſuſceptos ex miſericordia poſſit retinere,
429 Carer. d. §. circa quartum, num. 184. † occi-
dens autem aggreſſorem patris, fratris, vel
alterius aliter mortem euitare non valens,
an ſit irregularis, diſcutit, Couar. d. §. vni-
430 cus, num. 5. & ſupra notatum latè, † occi-
dens vlterius aggreſſorem, & vulnerantem
eum inſequendo, poſtquam fugiebat, non
tenetur pœna homicidij, quia eſt potius
culpoſus, quàm doloſus homicida, cum nõ
dicatur facere ad ſui defenſionẽ, not. Aret.
conſ. 34. num. 4. Cepol. conſil. 28. num. 3. &
15. verſ. præterea, & conſ. 41. nu. 8. idem Af-
flict. d. rubr. 13. nu. 18. verſ. vndecimo, Marſ.
431 ſingul. 160. per tot. † & tunc mitius puni-
tur pena ordinaria, Boer. deciſ. 168. numer.
8. Io. de Arno. Dialog. 34. Conrad. d. cap. 9.
432 numer. 19. limit. 47. verſic. hinc eſt, † hæc ta-
men defenſio debet eſſe cum moderami-
ne inculpatæ tutelæ, & cum modo quan-
tum expedit; declarando, vt per Iaſ. d. l. vt
vim, num. 2. vbi Seyſell. numer. 63. cum ſeq.
& Curt. num. 16. cum ſeq. & nume. 61. cum
ſeq. ſignanter not. Afflict. d. rubr. 8. quæſt. 8.
quæſt. 6. num. 51. cum ſeq. libr. 1. & rubr. 13.
de homicid. nume. 11. verſ. tertio facit, lib.
eod. idem in feud. titulo, de pace tenen.
verſ. ſi quis hominem, num. 3. declarando,
num. 4. latius, Carer. d. §. circa quartum, nu.
95. vſque ad nume. 132. Franc. Marc. deciſ.
433 771. in princ. † vbi explicat notanter quan
do, & qualiter moderamen extendatur, &
eius ſpecies moderaminis conſiderat, vt
ibi, per eum, & Boer. d. deciſ. 168. nu. 4. cum
ſeq. notat etiam Afflict. d. titu. de pace te-
nen. verſ. ſi quis alium, num. 12. Iaco. Boule,
dicto §. famoſos, num. 138. 139. 140. & 141.
Seyſell. num. 63. cum ſeq. notat etiam rela-
tiuè, Clar. d. §. homicidium, verſic. ſcias ta-
434 men; † moderamen autem inculpatæ tute-
læ, an ſit de iure naturali, gentium, vel ciui-
li, not. fortu. Garzia. in d. l. vt vim, num. 4. &
435 12. † & defenſionis exceſſus differt ab in-
culpatæ defenſionis exceſſu, vt notat Mari,
463 Salam. ibi, num. 10. † quod autem quis fece
rit ad neceſſariam defenſionem, cũ ſit præ-
ſumptio contra occidentem, vt not. Afflict.
in d. verſic. ſi quis alium, numer. 11. Boſſ. d.
tit. de homicid. num. 89. & 90. Alciat. tract.
præſumpt. reg. 3. præſumpt. 39. num. 3. & 4.
437 vbi latè, † requiruntur clariores probatio-
nes ex latere occidentis ad probandam
438 fuiſſe factum ad defenſam, † limitando niſi
conſtaret occiſum aggreſſum fuiſſe occi-
ſorem, quia tunc leuiores probationes ſuf-
439 ficerent, † quia præſumitur culpa in eo, qui
prouocauit, & fuit auctor rixæ, ita Cepol.
conſil. 28. nume. 2. & conſ. 41. nume. 3. idem
Curt. d. l. vt vim, num. 65. Carer. d. num. 132.
declarando, vt per eum idem Franc. Marc.
440 d. deciſ. 771. nume. 3. & 5. † nam aggreſſus,
& percuſſus ſemper præſumitur repercute-
re ad ſui defenſionem, Aret. conſ. 34. num.
3. Marſ. præalleg. l. 1. nume. 48. confirmat la-
441 tè, Cepol. conſ. 28. num. 5. 6. & 7. † ad neceſ-
ſariam defenſionem non ſemper percuſſus
dicitur facere, veluti ſi percuſſus pugno oc-
cidat percutientem fugientem ſtatim, li-
cèt ſecus eſſet ſi non fugeret, Grau. d. conſ.
442 119. num. 8. † qualiter autem præſumatur,
vel probetur homicidium factum ad neceſ
ſariam defenſionem, notat Cepol. conſil.
29. num. 7. cum ſeq. Alex. conſ. 109. nume. 1.
3. & 6. volum. 1. Carer. d. loco, num. 133. vſq;
ad num. 152. Blan. ſua praxi Crim. §. tertio,
verſic. pars defenſionis erit, Petrus Placa,
Epit. delict. lib. 1. cap. 9. nu. 7. verſ. & in du-
bio qui incumbat, Mantua. conſ. 216. num.
443 20. cum ſequen. † Matth. Vuiſembe. ſuo §. ad
444 leg. Corn. de Sica. nu. 27. † quatuor autem
principaliter dicit requiri ad probandam
neceſſariam defenſionem, Fran. de Alberg.
de Aretio, in conſ. 12. inter conſilia crim.
445 vol. 1. † Primò quòd prouocatus ſe defen-
446 dat, † Secundò quòd cum moderamine,
447 † Tertiò quod incontinenti, non ex inter-
448 uallo, † Quartò quòd ſit cauſa defenſio-
nis, non vltionis declarando, vt per eum,
quod idem id omnibus notat Cepol. con-
ſil. 41. num. 6. Franc. Marc. deciſ. 771. nume.
449 1. eicitur † autem fieri incontinenti, etiam
ſi fiat ex interuallo, modo quo notat, Bou-
len. d. §. famoſos, num. 139. & Seyſell. d. l. vt
550 vim, num. 66. cum ſeq. a † dum autem, Ca-
rer. d. §. circa quartum, num. 137. cum ſeq.

dicit,

ADDITIO.

a De hac materia verum aggrediens armis poſſit impunè ab aggreſſo, & percuti, & occidi. Latè per Barzium deciſ. 181. & 182.

dicit, præſumi in dubio occiſum fuiſſe ag-
greſſorem, ad hoc vt dicatur aggreſſum oc-
cidiſſe ad ſui defenſionem, vt notat in ma-
gis vulnerato, Cæpol. conſil. 41. nu. 7. idem
ſequitur Alciat. tract. præſumpt. reg. tertia
præſumptione 39. vbi infert ad multa, de-
clarando, vt per eum, notat etiam Mant.
conſ. 216. num. 29. cum coniecturis per eum
451 notatis ante, vol. 2. † imò vlterius magis ri-
xoſus præſumitur prouocator, ita Cæpoll.
conſ. 28. num. 13. Euerald. ſuis Centum mo-
dis argument. à loco ab vſitato vol. 5. verſ.
452 hinc etiam eſt quod ſi duo, † vbi ambo ſint
vulnerati grauius vulneratus præſumitur
aggreſſor, ita Boulen. d. §. famoſos, nu. 147.
453 † coniecturas autem aliquas, quòd occi-
dens non fuerit prouocator, vel aggreſſor,
notat etiam Crauet. conſ. 119. nume. 9. ver-
454 ſic. ſed arguendo. † Imò vlterius fortior,
qui ſuperauit, præſumitur prouocaſſe aliũ,
Cæpol. conſ. 28. nume. 12. & 13. ad fin. & 14.
455 idem conſ. 29. num. 10. † in hoc autem ar-
ticulo, quando quis præſumatur aggreſſor,
vel aggreſſus, not. Gomez. d. capit. 3. de ho-
micid. num. 25. cum addit ibi, in littera Gp
Menoch. trac. arbitr, lib. 2. Cent. 4. caſu 363.
456 † qualiter autem debeat articulari, & quo-
modo teſtes debeant probare neceſſariam
defenſionem homicidij, notat Bar. & Ro-
457 man. in d. l. vt vim, nume. 75. † teſtes autem
probantes factum homicidium ad defen-
ſionem neceſſariam, an ſufficiat, quòd de-
ponant, quòd occiderit pro defenſione,
etiam quòd non exprimant, quòd fecerit
ad neceſſariam defenſionem, quòd non, no
tat Roman. ſing. 28. ſequitur Foller. ſua pra
xi Crim. 1. par. tertiæ par. verſ. & ſi confite-
buntur, num. 126. opiniones contrarias no-
tat, Carer. d. §. circa quartnm, num. 126. vbi
ipſe diſtinguit, vſque ad nu. 131. quod etiã,
not. Craſſ. ſuis communibus in d. verb. de-
fenſio, quæſt. 11. lib. 1. vbi dicit, neceſſe eſ-
ſe, quòd exprimant feciſſe ad neceſſariam
458 defenſionem, † ſed quod ſufficiat, quòd
ſimpliciter deponant teſtes, quòd fecerint
ad ſui defenſionem, ſecũdum communem,
notat additio ad Rom. ſing. 28. Iaſ. d. l. vt
vim, num. 3. declarando, vt per Seyſell. ibi,
num. 82. & 83. Curt. num. 65. Clar. d. §. ho-
micidium, verſic. ſed quomodo probetur.
459 † ſufficit vlterius, quod deponant, quòd
quis fecerit ad neceſſariam defenſionem,
quia viderunt, ita not. Boſſ. tit. de oppoſit.
contra teſt. nu. 89. etiam quod nullam aliã
rationem reddant, Seyſell. d. l. vt vim, num.
460 96. † quod etiam ſufficiat probare neceſſa-
riam defenſionem præſumptam, not. Boſſ.
tit. de homicid. nu. 83. verſ. tamen ſufficit,
exemplificando, quomodo debeant teſtes
461 deponere hoc caſu, † limitando niſi quan-
do non immineret periculum vitæ, ſed tan
tum iniuriæ perſonalis, quia tunc debet
probari neceſſaria defenſio verè, non præ-
ſumptiuè, idem Boſſ. d. num. 83. Carer. d. §.
circa quartum, num. 128. Gomez. d. capit. 3.
462 nu. 27. † ſufficit etiam, quòd teſtes non de-
ponant per ſenſum corporeum, ſed per
verbum, videtur, vel per verbum, credere
ita Iaſ. d. l. vt vim, num. 4. & Carer. ibi, num.
463 159. & Gomez. d. nume. 27. † teſtes vlterius
aliàs inhabiles, veluti familiares, domeſti-
ci, & conſanguinei admittuntur ad hanc
probationẽ faciẽdam, ita Io. de Arno. ſing.
40. Iaſ. ibi, num. 4. & Seyſell. nu. 93. Carer, d.
loco, num. 169. & Gomez. num. 28. Crauet.
464 conſ. 119. num. 9. † crediturque in hoc tan-
tum deponentibus ſuper negatiua, prout
ſuper affirmatiua, Iaſ. d. l. vt vim, nume. 6. &
465 Seyſell. num. 94. & 95. † & creditur in hoc
magis duobus teſtibus affirmãtibus, quam
mille negantibus, vt per Carer. ibi nu. 161.
466 † admittuntur quoq; hoc caſu teſtes poſt
publicationem proceſſus, & concluſionem
cauſſæ vſque ad ſentẽtiam, vt per eundem,
467 numer. 162. † & teſtis vnicus probat reum
feciſſe ad ſui defenſionem, quando proba-
tio accuſatoris non eſt contraria, ſed ſimul
ſe habere poteſt, Boſſ. d. tit. de oppoſit. con
468 tra teſt. num. 72. † probatur vlterius defen-
ſio hæc coniecturis ad iudicis arbitrarium,
469 Iaſ. ibidem, nu. 7. † excedẽs autem modum
inculpatæ tutelæ an teneatur de exceſſu tã
tum, an vero in totum, diſcutit latè, Carer.
diſputando, d. §. circa quartum, numer, 152.
vſque ad nu. 186. vbi num. 153. tenet ſolum
puniri pro exceſſu, nõ pœna ordinaria, ſed
mitiori iudicis arbitrio, Roma, ſing. tertio,
cum addit. ibi, Cæpol. conſil. 29. numer. 25.
470 rationem adducit, numero 29. † ex quo
mortis cogitatione hominem turbatum
difficilè eſt terminos inculpatæ tutelæ co-
gnoſcere, vt per eum, idem Iaſ. d. l. vt vim,
num. 11. ampliando, vt per eum, vbi etiam
Mari. Salam. num. 11. & Seyſell, numer, 101.
103. 104. & 106. & Curt. nu. 67. cum ſeq. la-
tè, Alex. conſ. 140. num. 10. vſque ad fin. vol.
2. Felyn. cap. dilecti filij, num. 13. de except.
Boſſ. tit. de homicid. nume. 96. declarando,
471 vt per eum ibi, & inter alia, † quòd exceſ-
ſus in authore rixæ punitur ordinaria pœ-
na, vt per eum num. 92. hanc etiam opinio-
nem confirmat latè, Tiraq. de pœn. temper.
cauſſa prima, num. 6. & 7. idem Carer. loco
de quo ſupra; nu. 156. cum trib. ſeq. Gomez.
472 d. cap. 3. num. 24. † aliquando etiam tutelæ
inculpatæ modum excedens non ex pro-
poſito,

Digitized by Google

poſito,non punitur,Cœpol.d.conſil.29. nu
473 mer.37.† exiſtentes pariter ſub alterius po
teſtate ſi corrigantur vltra modum , corri-
gentes tenentur ſolum de exceſſu,ita Boſſ.
ibi, nume.94.vbi notat, quæ ſint hæ perſo-
474 næ, † quæ concluſio procedit etiam ſi pro
iniuria verbali inferatur realis,ita Gomez.
d.nu.24.ad fin.Clar.d.§.homicidium, verſ.
ſcias tamen, ibi, bene verum eſt Craſſ. ſuis
communibus d.verb.defenſio,quæſt.9.Me-
noch.tract.arbitr. lib.2.Cent.3.caſu 278.&
475 hæc ſit prima ampliatio † ſecundo amplia
tur hęc concluſio,vt procedat etiam ſi mo-
dum ex propoſito quis exceſſerit, quia nō
pro toto, ſed tantum pro exceſſu punitur,
Aret.conſ.80.ad fin. Tiraq.de pęn.temper.
cauſ.1.nu.8. idem Neuiz. in Sylu.nupt.lib.
1. nume.95.Marſ.d.l.1.num.41.ff. de Sicar.
Seyſell.d.l. vt vim, nume.104. tenet puniri
pro toto, vbi adſit dolus , tamen in dubio
alijs indicijs non apparentibus aggreſſus
non præſumitur in dolo,vt pro exceſſu tā-
tum teneatur , vt per eundem , nume.109.
Cœpol.conſ.41.num.9.ad fin.& nu.10. no-
tat quando exceſſus dicatur lata leui , vel
476 leuiſſima culpa, † ampliatur tertio, quia ſi
is, qui prouocauit aufugiat, & fugientem
prouocatus inſequatur, eum occidendo ,
quia non punitur talis vti homicida dolo-
ſus, voluntarius, ſed vti culpoſus de ex-
ceſſu tantum,ita Tiraq.d.cauſſa prima, nu.
9.Afflict.d. rubr.13. num.18.verſ.11. Io.de
477 Arno. Dialog.34.& Soliloq.23. † vbi dicit
offendentem prouocantem pugno,non ar-
mis, mitius puniri,notat etiam Marſ.d.l.1.
nume.45.Mant. conſil.216.num.33. volum.
478 2. † ampliatur quarto, vt procedat, etiam
quòd occiſus non dederit cauſſam iræ oc-
ciſionis , quia nihilominus occidēs mitius
479 punitur, Tiraq. d.cauſ.1.num.10. † quinto
ampliatur etiam ſi is, qui ſe defendendo
exceſſerit, dabat operam rei illicitæ, quia
nihilominus mitius punitur,vt ibidem, Ti-
480 raq.num.11.& 12. † occidens autem ſi ho-
micidium fateatur, dicendo id feciſſe ad
neceſſariam defenſionem, non probando
dein hanc qualitatem,an qualitas illa adie
cta, eum iuuet, diſcutit, Orian c. quoniam
contra cap.7.de confeſſ.nu.19. cum addit.
ibi, de prob.Iaſ.d.l.vt vim, nu.13.vbi Curt.
num.71. & Mari.Salam.num.15.& 26.& la-
tius Seyſell.nu.76.cum ſeq.vbi dicit,acce-
ptari pro parte,limitando, vt per eum,no-
tat etiam Cœpol.conſ.41.nu.3.ad fin.& nu.
4.Carer.d.§.circa quartum,nu.163. & 164.
declarat Io.de Arno.caut.55. vbi dicit de-
bere præponere negatiuam , latè Gabriel ,
tit.in crimin.concluſ.19.quicquid ſit quan-
do eum excuſet à pęna ordinaria,not.Mar-
ſil.ſing.185.circa fin.idem Seyſell.ibi,num.
77.capiti.deciſ.155.nu. 11. Tiraq. de pœn.
temper.cauſſa 27.num.7.vbi adducit ratio
nem,Carer.d.§. circa quartum, nume.167.
Gomez. d.cap.3.nu. 26. Anchar.iun.quæſt.
40.num.1. cum ſeq. vſque ad num.8. lib.1.
Gabriel.ſuis communibus tit. in criminal.
concluſ.19.nu.7. cum ſeq. Bonac. in quæſt.
crim.in verb. Confeſſus, verſ.quotieſcunq;
481 † quòd tamen talis confeſſus homicidium
cum hac qualitate poſſit torqueri, not.Ca-
rer.d.§.circa quartum,num.166.in contra-
rium autem,quòd eo caſu etiam non poſſit
torqueri,notat Anchar.iun.d.quæſt.40.nu.
482 4.& 5.lib.1.aduertēdo,†quòd verba reſpō-
ſionis rei conuenti , dum dicit feciſſe ho-
micidium vlciſcendo, debent intelligi , ſe
defendendo,ita Iaſ.d.l.vt vim,num.12.Ca-
483 rer.d.§.circa quartum,nu.169. † inquiſitus
vlterius de homicidio ſi prius neget ſe oc-
cidiſſe, dein in termino defenſionum vel-
let probare ſe feciſſe ad ſui defenſionem ,
admittitur,ita Afflict.d.rubr.13.quæſt.7.ſe
quitur, Carer.ibi,num.165.Clar.d.§.homi-
a cidium, verſ.ſed hic occurrit. *a*
484 † Infans quoq; ſi occidat aliquem , non
punitur aliqua pœna indicta propter ho-
micidium , ita notat etiam ſtante ſtatuto
puniente ſimpliciter homicidium , Gand.
d.tit.de homicid.num.1. ad fin. Alex. conſ.
144.nu.7.vol.2. idem Afflict.d.rubr.13.nu.
16.verſ.7.& nu.50. idem in tit. de pace te-
nenda,d.verſ.ſi quis aliquem,nu.20.Carer.
d.loco, nu.20.Iacob.Boulen.d.§.famoſos ,
485 nu.179. † limitando,niſi ſit hic infans do-
li capax, quia tunc punitur, ſed mitius, vt
num.180.Io.Brunel.in cap.1. quarta parte,
num.67.de homicid.Clar.ſua praxi,§ fin.q.
486 60. in princ. † ſi autem ſit minor doli non
capax,quòd mitius punitur pœna ordina-
ria , notat Marſ. d.l.1. nume.91.ff. de ſicar.
idem Conrad.d. cap.9. nume.14. limit.19.
487 † ſed quòd minor,& pupillus maior ſeptē-
nio doli capaces, non puniantur pœna or-
dinaria,ſed mitiori,notat Cœpol.cauſſa 2.
num.

ADDITIO.

a Homicidium ad ſui defenſionem factum vbi quis dicat, an hæc confeſſio ſit admittenda, latè per Maſcard. de prob. concluſ.867. capit. deciſ. 155. nu.11.inquit admittendam eſſe, ſi aliter non conſtet de delicto. alia per Guliel. Benedic. in c. Raynutius de teſtam. verſ. quam alibi matrimonium contrahens.nume.259. & per Io.Gratian.Hiſpan. in reg.85.Cæſ.Barzius deciſ.141.

num.15.Deci. conſ.535.num.5.ad fin.Boſſ. d.tit.de homicid.num.79.vbi allegat ſtatutum præciſum Mediolani in pupillo, Iaco. Boule.d.ſuo §.num.181.latè diſcutit, Carer.d.§.circa igitur,nu.1.cum quatuor ſeq. Tiraq.d.tract.de pœn.temper.cauſſa 7. per totum,Soc.iun.conſ.7.num.6.vel tertio Io. Bapt.Caccialup.in conſ.92.nu.2.inter cõſilia crimin.volumine 1.ſtatutorum criminalium,Vrſil.deciſ.287.num.5.Menoch. tract. arbitr.lib.2.Cent.4.caſu 329.n.7.latè Clar. d.quæſt.60.in prin.ibi,aut eſt maior infan-
488 te,† vbi etiam notat, vtrum poſſit reſtitui in integrum maior, vt à pœna excuſetur;
489 vel à confeſſione per eum facta, † & quod mitius puniatur pupillus committens homicidium, notat inferendo ad hoc decretum,Menoch.d.num.7.cum ſeq.Virg. Boccat.in Conſtit.March.Glo.8.nu. 32. Bonac. in ſuis quæſt.& verb.homicidium, in prin.
490 verſ.item limita ſtatutum, † non poteſt vlterius minor factus dein maior puniri de delicto, quòd non poterat puniri durante minori ætate,confecto ita notat, Clar.d. q. 60.verſ.ſed nunquid.

491 † Senes quoque, & ſenio confecti committentes homicidium mitius puniuntur pœna ordinaria,Tiraq.d.tract.cauſſa 8.per totum,Boſſ.d.tit.de homicid.d.num.79.ad fin.& tit.de pœnis,nu.8.Clar. d.q.60. verſ. ſucceſſiuè quæro,Boule.d.§.famoſos,nume
492 ro 182.† quod idem dicendum in mulieribus,quæ ob ſexus fragilitatem mitius pęna ordinaria puniuntur, Cœpol. d.caut.2. nu.15.Tiraq.d.tract.de pœn.temper.cauſſa 9.per totam.

493 † Dormiens vlterius ſi occidat aliquem, non cadit in pœnam homicidij, Afflict.d. verſ.ſi quis aliquem,num.22.Marſ.d.l.1.numero 69.ff.de ſicar.Boſſ.d.tit.de homicid. num.78.relatiuè,Iaſ.d.l.vt vim,nu.21. cum addit.ibi,Conrad.d.c.9. de homicid. num. 12.Tiraq.d.loco,cauſſa 5. per totum, idem Carer.d.§.circa quartum,n.25.Iaco. Boule. d.§.famoſos, nu.183.Clar.d.quæſt.60.verſ. quæro etiam, Bonacoſ.in d. verb. homicidium,in princ.verſ.item limita in dormiente,limitando,vt per eos locis allegatis, &
494 per Tiraq.d.cauſſa 5.num.10.& 11.† niſi is dormiens ſciret eius vitium,quòd dormiẽdo ſurgeret,& arma caperet, & non caueret,quia tunc non euitat pœnam extraordinariam, cum non adſit dolus, ita notat exemplificando,Iaſ.in l.4.numero 17.ff. de legib.& Iaco.Boule.d.§.famoſos, nu. 184. & Afflict.d.verſ.ſi quis aliquem,num.26.& 27.Tiraq.& Clar.dictis locis, idem notat Io.Brunel.in c.1.quarta parte,nu.68.de homicid.nouiſſimè hanc firmat, Menoch. tractatu arbitr.lib.2.Cent.4.caſu 327. vbi latè hoc declarat,limitãdo vt per eum alijs mo
495 dis,† quòd etiam dormiens ſi occidat,non incurrat irregularitatem,notat Couar.tract.relect.tertia parte initium,nu.6.

496 † Ebrius occidens aliquem dum eſt in ebrietate,excuſatur à pœna ordinaria mortis,& homicidij,Afflict.d.rub.13.de homicid.num.17.verſ.9.& num.50.verſ.quid de ebrietate, idem in tit. de feud. d. verſic.ſi quis aliquem,num.28.Marſ.d.l.1.nume.63. Lud.Montald.tract.de reprobat. ſententiæ piluli,num.4.verſic.ebrietas,Conrad.d.c.9. num.11.limit.1.relatiuè,Boſſ.d.tit.de homicid.num.78.Tiraq.de pœn. temper.cauſſa 6.Carer.d.§.circa igitur,num.22.Gigas, tract.de Crim.Læſ.Maieſt.rubr.prima, qualiter,& à quibus,q.52.num.7.Boule.d.§.famoſos,num.185.Clar.d.q.60.verſ.pręterea quæro, Menoch. d. Cent. 4. caſu 326.ampliando,& limitando tribus modis, vt per
497 eum,† an autem occidens per ebrietatem fiat irregularis,notat Tiraq.d. cauſſa 6. ad fin.Couar.d.tertiæ par.initium,num.3.& 4.
498 † clericus autem delinquens per ebrietatem,an ſit ſuſpendendus,& priuandus beneficio,notat relatiuè,Carer.d.§. circa igitur,num.24.

499 † Demẽs ſi committat homicidium, excuſatur à pœna eius,Carer.d.§.circa quartum,nume.19.& 20.Clar.d.q.60.verſ. item quæro,ibi,ſic etiam, licèt alleget aliquando ſecus ſeruatum,Menoch.conſ.28.nume
500 ro 11.& 12.vol.1.† furioſus vlterius delinquens,& occidens,dum eſt in furore,excuſatur à pœna homicidij,ita Gand.d. tit. de homicid.& eorum pœn.num.1.ad fin.notat in terminis ſtatuti loquentis indiſtinctè, Alex.conſilio 144.numero 7.volumine ſecundo,Afflict.d.rubr.13.numero 16.verſic. ſeptimo,& numero 50.& in tit.de pace tenenda,verſ.ſi quis aliquem, num.20.Marſ. d.l.1.numer.51.cum ſeq.de ſicar. relatiuè, Boſſ.d.tit.de homicid.nume.78.Carer.d.§. circa quartum,num.13.Tiraq.d.loco cauſſa 2.numero primo,cum ſeq.Cotta ſuis memor.in verb.homicidium, verſ ſed quod in furioſo,Iaco.Boule.d.§.famoſos,num.177. Clar.d.quæſt.60.verſic. item quæro, idem cauetur in libr.6.communium, in verb.furioſus, Menoch. d. tractat. arbitr. Cent.4. caſu 325.numero primo, cum ſeq.libro ſecundo, Bonac. in d.verb.homicidium, in princ.verſ.item limita in dormiente,& furioſo,
501 † ampliatur primo, hæc concluſio vt procedat, etiam ſi in furore ſua culpa quis incidat, ſaltem vt mitius puniatur,ita

Tiraq.d.cauſſa 2.nu.5.6.& 7.Carer.d.§.circa quartum,num.11.verſ.limita etiam,Me-
502 noch.d.caſu 325.nu.9.vbi latè, † ampliatur ſecundo,etiamſi peruenerit ad ſanam mentem, quia non punitur de delicto tempore furoris commiſſo, licèt aliqui dicant aliqualiter caſtigandum,Tiraq.ibi,nu. 8. & 9.
503 & Menoch.ibidem,num.8. † puniuntur tamen parentes,& conſanguinei qui eos negligenter obſeruant,idem Tiraq.nume. 10.
504 † puniuntur vlterius furioſi,infantes,& ſimiles perſonæ non culpabiles pro delicto aliorum,ob immanitatem delictorum, Tiraquel.de pœn.temper.cauſſa 49.nume.45.
505 † punitur pariter dans gladium in manus furioſi,vnde ille occidat aliquem,quia punitur,vti dans cauſſam mortis, Carer.d.§. circa quartum,nu.15.ad fin.tamen in delictis atrociſſimis, quòd ipſe furioſus poſſit puniri,notat Marſ.d.l.1.nu.58.ad fin. cum
506 ſeq.ff.ad leg.Corn.de ſicar. † quid autem ſi quis poſt homicidium, & delictum effectus fuerit furioſus,an poſſit puniri de delicto commiſſo ante furorem,opiniones cõtrarias,notat Tiraq.d.tract.de pœn. tẽper. cauſſa 3.Marſ.d.nu.58.quas etiam recitat, Boulen.d.§.famoſos,num. 178. Cotta in d. verb.homicidium,verſ.ſed ſi delictum, vbi dicit communem eſſe, non poſſe condemnari ad mortem,ſed tantum in annotatione bonorum,de mẽte Baldi,& ſcriben,ibi, relatorum, declarando,vt ibi per eum, idẽ notat.Cepol.cautel.2.nu.7.Carer.d.nu. 11.
507 verſ.limita etiam quoad pœnã,† ſed quòd non teneatur de homicidio, cum non poſſit formari proceſſus cõtra eũ, notat Marſ. tract.bannit.iu d.verbo mortui, num.10.& 11.communem dicit,Carer.ibi,nu.14.Conrad.d.c.9.numero 10.limit,19. & num.11.
508 † & quod non teneatur,nec ad aliquam pęnã pecuniariam,notat Clar.d.q.60.verſ.itẽ quæro,ibi,aut vero limitando,niſi furor ſuperueniat poſt perfectũ proceſſum defen-
509 ſionum, † ſed quod publicentur eius bona,non tradita aliqua pęna corporali,not.
510 Menoch.d.caſu 325. nu. 12. † idem dicendum,ſi perfecto proceſſu,& lata ſententia, ſuperueniat furor, quia tantum annotãtur bona eius, non autem pœna corporalis infligitur,Clar.d.q.60.verſ.ſed quæro,Iacob. Boule.d.nu.178.Menoch.d.caſu 325,ad fin. deciſio Peruſ.77.nu.5.limit.12.parte ſecunda,
511 † quicquid ſit in dict.caſibus ob criminis immanitatem,veluti in filio furioſo occidente matrem, quod is puniatur pœna corporali,not.Carer.d.§.circa quartum,nu mero 15.verſ.limita etiam niſi commiſſio, idem notat,Marſ.d.l.1.num.58.ad fin. cum
512 ſeq.† in omnem etiam caſum non poteſt fieri executio eo caſu durante furore, vt tradit Carer.d.nu.15.verſ.limita niſi, licèt Cœpol.d.caut.2.num.7.det pro cautela, vt quis fingat ſe furioſum,vt euitet pęnã homicidij,vt per eum,† ſi autem furioſus ha- 513
bet dilucida interualla,hoc dependet à facti probatione,an puniri debeat, vel nè,nã ſi probetur deliquiſſe tempore furoris, nõ punitur,aliàs ſic, ſecũdum declarationem ſupra factam,ita not. Menoch.d. caſu 325.
514 nu.11.† in dubio autem quis an præſumatur deliquiſſe tempore quo erat ſanæ mentis, diſtinguitur; an probatum fuerit aliquando eum fuiſſe in furore ante delictum commiſſum; & tunc præſumitur in furore deliquiſſe,niſi ꝓbatur contrariũ, ita Carer.
515 ibi,num.18.† vbi etiam dicit de mente Angeli ibi relati,quòd ſtatim quis non debet iudicari furioſus,niſi hoc per multas coniecturas, & interrogationes inquiratur prius,qualiter autem furor probetur, no-
516 tat,Carer.d.nu.18. † cõfeſſio autem furioſi in delictis,dum aſſerit ſe delinquiſſe,an va-
517 leat,not.idem Carer.d.loco, nu. 175. † infans,ebrius,dormiens, & furioſus licèt excuſentur ab homicidij pœna,tamen prodigus non excuſatur à delictis, ita Carer.de mente Bal.d.§.circa quartum,nu. 21. Clar. d.q.60.verſ.vlterius quæro.
518 † Pater vlterius ẽt iure cõmuni inſpecto poteſt impunè occidere filiam adulterã reperta in infragranti, his tamen concurrẽtibus,l.patri.ff.de adulter.primo quòd repererit eam in actu venereo non poſt,ita notat,Angel.in tract.malefic.in verb.Che hai adulterato,nu.8.idẽ Carer. d.§.circa quartum,nu.235.& §.homicidij autem, nu. 139. Clar. ſua praxi.§.homicidium,verſ.dixi ẽt,
519 ibi,quinto † & intelligitur in actu venereo reperiri,vt poſſit occidi impunè, nõ ſolũ ſi reperiatur veluti nudus cum nuda, ſed ẽt in præludijs adulteri:veluti ſolus cum ſola in camera,cum verbis blandis, laſciuis,vel cum tactu mamillarum, quæ ſunt præludia adulterij,Angel.d.loco, n.9.ſequitur Saly. l.Gracchus, num.9.C.de adulter.Marſ.in l. vnica,num.2.C.de rapt.virg.& l.patre, vel marito,nu.3,ff.de quæſt.Carer.d. nu.235.in princ.idem Afflict.in conſt.regn.rub.46.de pœna vxois,nu.5.verſ.& pondera, num.6. Foller.ſua praxi,1.par.ſecundę partis,verſ. item quod fiat:nu.13.Bonacoſ.in q.crim.in
520 verb.vir † limitat tamen Angelus in clerico reperto oſculare,quia pręſumitur ſecundum eũ oſculare nõ animo venereo,ſed ex
521 charitate,& bono zelo,† qđ tñ nõ ſic omni caſu hẽre locũ in clerico oſculãte, vt præſuma-

ſumatur bono zelo feciſſe, nec in alio conſanguineo, quòd fecerit intuitu venereo, declarat Auguſt. d. loco ad Ang. nu. 18. idē Ripa in Rubr. de iudicijs, nu. 29. qui etiam, nu. 23. & 24. notat. alias duas limitationes
522 in oſculante, † dicitur autem incontinenti factum homicidium, ſi in actu illo inſultati aufugiant, & eos ſemper inſequendo poſt aliquod interuallum etiam dierum, & menſium interficeret, vt per Ang. ibi, n. 17. ad fin. per tex. in l. quod ait. §. quod ait, ff. de adulter. declarat. d. loco, Auguſt. latè nu. 21. Cępol. conſ. 41. nu. 11. Alex. conſ. 24. nu. 25. & 28. vol. 2. Carer. d. nu. 235. & infra
523 dicetur in ſequenti requiſito, † ſecundo requiritur, quod ſimul occidat etiam adulterantem cū filia, nec requiritur, quod vnico actu, ſed vnus poſt alium, non deuenien do tamen ad alios actus extraneos, vel ſaltem occidendo adulterum, filiamq; ita grauiter vulnerando vt nō eſſet ſpes vitę eius, quia etiam quod vixerit, excuſatur pater, & non ſufficit ſolam filiam occidere, nec è conuerſo, ita not. Angel. in d. verb. Che hai adulterato, num. 11. cum addit. Auguſt. ibi nu. 20. & 21. Marſ. l. vnica, num. 2. C. de rap. virg. & l. patre, vel marito, nu. 2. ff. de quæſt. & l. 1. nu. 20. ff. ad l. Corn. de ſicar. Carer. loco quo ſupra, nu. 234. & 235. verſ. 3. requiritur, vbi declarant, quando dicatur factum incontinenti, idem notat, Iaco. Boule. l. capitalium d. §. famoſos, num. 168. ff. de pœn. Didac. Couarruu. tract. de teſtam. ſecundæ partis, c. 7. §. 3. num. 2. verſ. patri, idem not. Clar. d. §. homicidium, ver. dixi ēt, in princ. & ſecundum hanc opinionem communem intelligendi Afflict. in d. rubr. 8. pacis cultu, num. 30. verſ. & ideo, & Boſſ. d. tit. de homicid. num. 81. verſ. ſic etiam, dum ſimpliciter dicunt poſſe occidi adulterum repertum cum filia per patrem, † quicquid ſit,
524 pater occidens adulterum, & eadem hora inſecutus etiam ex interuallo filiam eandē occidendo, dicitur eadem ira occidiſſe, vt mitius puniatur, ita Cępol. conſ. 41. nu. 11.
525 † quo quidem caſu licèt occidere etiam filiam pręgnantem, ita Bar. l. Imperator, la 2. ff. de ſtat. homin. Angel. d. nume. 11. & Aug. d. verb. ex interuallo, num. 10. verſ. limita tamen, licèt dubitet d. verb. Che hai, nu. 19. verſ. item adde, eandem opinionem ſequitur, Afflict. d. rub. 13. de homicid. num. 19. verſ. & multo fortius, libro primo, & rubr. 14. de rapt. numero tertio, verſ. Imò illa, vol. eodem, Carer. d. numero 235. verſ. tertio requiritur, Conrad. d. cap. 9. numero 9. limit. 4. quo etiam caſu licèt patri occidere adulterum Magiſtratum, & iudicem, ita Bart. l. marito. §. illius. ff. ad leg. Iul. de adulte. Angel. d. verb. che hai adulterato, num. 17. vbi Aug. in addit. numero 22. ad fin. vbi allegat bonum textū ad hoc idem Puteus tract. ſyndic. verſ. adulterum, numero 6. & 7. Afflict. in rubr. 19. de raptu & violen. numero 3. ad fin Boer. deciſ. 3. numero 13. & deciſ. 317. num. 13. Marſ. in l. vnica, num. 2. ad fin. C. de rapt. virg. idem d. l. patre, vel marito, numero 3. ad fin. Conrad. ſua pra-
526 xi, cap. 9. de adulter. numero 19. † non tamen licet marito interficere magiſtratum adulterum, vt not. Puteus d. loco, numero 6. ad finē, & 7. vbi adducit rationem, dicit tamen magiſtratum teneri de adulterio, idem Boer. d. deciſ. 317. numero 13. cū nec liceat regulariter occidere alium, niſi vi-
527 lem, vt infra dicetur, † tertio principaliter requiritur, quòd reperiat eos adulterantes in domo ſua, in qua habitat, vel eius generi, ſiue ſit propria, ſiue conductitia, licèt aliàs domos habeant pater, vel gener, aliàs non licet, ita Angel. ibi, numero decimo, & Auguſt. numero 19. Carer. d. numero 235. verſ. ſecundo, requiritur, Clar. d. §. homicidium, verſ. dixi etiam, ibi, tertio per illum, quod habet locum, ſi repertos in domo, & fugientes occidat extra domum, ita ſignanter Salycet. l. Gracchus, numero 11. C. de àdulter. Alex. conſilio 24. numer. 25. & 28. cum addit. ibi, volumine ſecundo, Carer. d. §. circa quartum,
528 numero 244. ad fin. † quarto principaliter requiritur, quod ſit filia in poteſtàte patris non emancipata, nec in aui poteſtate exiſtens, textus eſt in d. l. patri, ad fin. & l. ſequen. ff. de adulte. notat Ang. d. loco, numero 12. idem Carer. d. numero 235. verſ. quarto requiritur, Afflict. in tit. de pace tenenda, verſ. ſi quis hominem, numero 31. Carer. d. tract. de teſta. ſecundæ partis, cap. 7. §. ſeptimus, numero ſecundo, verſ. ſecundo, eſt notandum, Marſ. d. l. prima, num. 20. de ſicar. Clar. d. §. homicidium, verſ. dixi
529 etiam, ibi, ſecundo quod filia, † & ſufficit eſſe in poteſtate tempore adulterij, licet non eſſet tempore matrimonij, ita Ang. ibi num. 14. Carer. d. numero 235. verſ. primo,
530 requiritur, † quinto requiritur, quod ſit patri, nam matri filiam, nec fratri ſororem nec auo neptem, quam habet in poteſtate, licèt interficere. Idem Ang. d. loco, numero 13. & Carer. d. verſicu. quarto requiri
531 tur, † non etiam ſocer poteſt occidere adulteram nurum, etiam uilem, ut pœna ordinaria minuatur Angel. ibidem, numero 23. cum addit. Auguſt. licèt hæ perſonæ in raptu, & etiam aliæ, poſſint occidere ra-

ptorem, Auguſt.ad Ang. ibi num.22. idem
532 Caret.d.nu.235.verſic.limita tamen, † imò
etiã in adulterio filius iuſſu patris poteſt
matrẽ interficere in caſu permiſſo, vt not.
533 Salyc.in d.l.Gracchus,nu.13.† ſextò prin-
cipaliter requiritur,ꝙ ſit nupta, & non vi-
dua, vel virgo, quia non liceret tunc patri
occidere,ita Ang.d.loco, nu.15.Marſil.d.l.
patre, vel marito,num.5.licèt in raptu ſe-
cus dicat eſſe,idem Boſſ.d.tit.de homicid.
num.81.verſ.& quid, Carer.ibi,verſic.ſepti
mo requiritur,idem Carer.relatiuè in §.ho
micidij autem,num.139.ad fin.Clar.d.verſ.
534 dixi etiam,ibi,quartò, quòd filia, † ſufficit
autem quòd pater ſit legitimus, & natura-
lis,vel legitimus tantum, per text.in l.nec
in ea lege,in princ.cum Gloſ.ff. ad leg.Iul.
de adult.idem Ang.d. verb. che hai adul-
535 terato, nu.16. † non tamen licèt patri ho-
neſto,ſi filia ſit vilis, vel patri vili,ſi filia ſit
honeſta,vilem etiam adulterum impune oc
cidere,vt not.Angel.d.num.23.cum addit.
536 Aug. † pater vlterius ſi repererit filium
concubentem cum vxore ſua,vel concubi-
na,ſi occidat eum,licèt puniatur,tamen nõ
punitur pœna ordinaria mortis, ſed alia
mitiori,prout not.Carer.d.§. homicidij au
tem,num.141.Conrad.d.cap.9.nu.14.limi-
537 ta.22.verſ.hinc eſt,† quod idem dicẽdum,
ſi pater occidat filium ob aliquam cauſſam
ingratitudinis, & è contra filius patrem,
quia tunc non puniuntur pœna ordinaria,
ſed mitiori,ita Foller.ſua Praxi crimin.4.
par.principali,verſ.pœnis debitis,num. 27.
Marſ.d.l.1.num.115.ff.de ſicar. Conrad. d.
nu.14.limit.23.idem rubr.de parricid. nu.
538 10.verſ.tertio limita,† aliàs autem non li-
cet patri occidere filium, nec filio patrem
etiam delinquentem,vt per Carer.ibi, nu.
539 135.& 138.† maritus quoque iure 12.tabu
larum antiquo poterat adulterum quem-
cunque repertum in fraganti crimine adul
terij cũ vxore occidere,ita not.Pariſ. conſ.
154.num.1.vol.4.Couarr.d. tract. de teſta.
540 2.par.cap.7.§.ſeptimus.num.1. † nunc au-
tem iure ciuili inſpecto cõmunis eſt, quod
nullo modo poſſit maritus occidere adul-
terum etiam repertum in fraganti in do-
mo ſua, niſi ſit vilis perſona, tamen occi-
dens non vilem,punitur tantum pœna ex-
traordinaria,non ordinaria, & vbi occidat
vilem adulterum, tenetur dimittere vxo-
rem non occiſam,cum eam nullo modo li-
ceat interficere, etiam ſi liceret interfice-
re vilem.ita Ang. d.verbo. Che hai adulte-
rato, in princ.nu.1.verſ.& aduertas, idem
Fely.cap.3.nu.1.de ſent.excom.Alex. conſ.
76.num.1.vol.1.& conſ. 14.nu.8.& 9. vol. 2.
Afflict.d.rubr.8.de pacis cultu,num. 30.in
princ. & verſ.an autem,lib.1.& rubr.46.de
pœna vxor.num.1.& 2.lib.3.idem in tit.de
pace tenenda,d.§.ſi quis hominem,nu. 30.
Marſ.d.l.1.in princ.num.19.ff.de ſicar.& in
l.vnica,num.3.C.de rapt.virg.& in l.patre,
vel marito,num.5.ff.de quæſt.& num.6.ibi.
notat relatiuè, an poſſit maritus interfice-
re vxorem,num.3.Couar.d.§.ſeptimus, nu.
2.& 4.ad fin.Neuiz.Sylua.nupt.lib. 1. num.
83.Socin.iun.conſilio 34.num. 7. volum. 2,
Roland.à Vall.conſil.34.num.1.vol.2 Con-
rad.d.cap.9.num.9.limit.2. hanc diſtinctio
nem approbat Pariſ.d.conſil.154.num. 12.
Clar.d.§.homicidium,verſ.ſed quid dicen-
dum,Carer.d.§.circa quartum, num. 244.
541 & 362.† vbi loquitur de ſeruo occiſo re-
perto in fraganti crimine concubitus cum
domina,iuxta gloſſ.in l. qui ſeruum, ff. de
verborum obligatione, quam gloſſ. cum
text.allegat etiam Marſil.d.l. 1. num. 112.
542 † quòd autem domino ſeruum repertum
in fraganti crimine,vel facinore liceat im-
punè occidere,not.Afflict.d. verſic.ſi quis
hominem, numero 41.& ita intelligen-
dus, Boſſ. tit. de defenſ.reor. numero 64.
verſic.etiam licet, dum loquitur licere pa-
tri, & marito interficere quemcumque
adulterum,quo ad mitigationem pœnæ ſe-
543 cundum illam diſtinctionem † quæ autem
dicatur vilis perſona, notatur in l. humi-
lem, C.de inceſt.nupt. vilis autem perſo-
na dicitur luſor, & aleator, vt not.Rolan.
à Val.d.conſilio 34.numero tertio, idem
dicendum in tabernario, & caupona, vt
ibidem per eum, numero quinto, multas
alias perſonas viles videre licèt, in c.415.
nullus,in verb.artem vilem, volumine pri-
544 mo,ſtatutorum. † Non autem licèt interfi-
cere vilem perſonam adulteram, niſi in
actu veneris repertam, non ex interuallo,
licèt occidens ex interuallo mitius punia
tur, ita not.Angel.d.verb. che hai adulte-
rato, numero primo, verſic.multo minus,
Pariſ. d.conſilio 154. numero quinto, ra-
tionem adducendo, cur debeat licere ma-
545 rito hoc facere, numero ſexto, † non po-
teſt pariter maritus impunè interficere vi-
lem perſonam adulteram, ſi ipſe maritus
ſit pariter vilis perſona,ita Aug.ad Angel.
546 d.loco, numero quinto, † idem ſi vxor ſit
ignominioſa, vel ducta contra legem,quia
non liceret marito tunc impunè occidere
talem adulterum, vt per eum numero ſex-
547 to, † nec etiam patri, vt per eum, & quia
ſupra dictum ſecundum communem,mari-
tum non poſſe impune occidere vxorem
adulteram,vt not.Ang.ibi, numero 1.verſ.
&

& idem etiam ſi ambos velit occidere re-
pertos infragrãti, vt not. Auguſt. ibi, in ad-
dit. nu. 4. verſ. tu autem, & verſ. ſed aduer-
tas, quicquid dixerit Afflict. in d. rubr. 42.
de adulter. num. 8. & Cumia. eum ſequatur
in ſuis ritib. cap. 72. nu. 27. per l. Gracchus.
C. de adult. quòd liceat ambos in fragran-
ti repertos interficere impunè, intelligi-
tur hoc non licere ad totalem impunitatẽ,
ſed ſolum vt tollatur pœna ordinaria, Boſſ.
d. tit. de homicid. nu. 81. verſ. & ibi etiam,
& ita loquitur, tex. d. l. Gracchus ad fin. Io.
de Arno. d. differentia 64. magis clarè Ne-
548 uiz. d. Sylua lib. 1. num. 93. † ampliando, vt
mitius puniatur ipſe, & auxiliatores ſi id
faciat ex propoſito, cogens vxorem dare
horam adultero, vt occidat cum dictis ſo-
cijs ad hoc vocatis, vt per eum, numer. 94.
idem tenet Tiraq. de pœn. temper. cauſſa
1. num. 3. & 4. Clar. ſua Praxi. §. fin. quæſt. 60.
verſ. ſed hic quæro, clarius hoc notat Boul.
in d. §. famoſos, num. 170. cum addit. ibi, &
num. 169. adducit rationem differentię, cur
hoc liceat patri, ad totalem impunitatem,
549 non marito, † hinc etiam inferunt ſcriben-
tes omnes, quòd pater, & maritus percu-
tientes clericũ, vel occidẽtes in adulterio
deprehenſum cum vxore ſua, vel filia, non
incidere in pœnam, cap. ſi quis ſuadente,
ita not. Ang. d. verb. che hai adulterato, nu.
63. cum addit. Ang. ibi, Marſ. d. l. 1. num. 62.
& in tract. bannit. d. verb. mortui, nu. 163. &
in verb. capti, nu. 40. Neuiz. d. lib. 1. nu. 100.
Couar. d. §. 7. numer. 8. 10. 11. & 12. Iacob.
Boulen. d. §. famoſos, num. 171. ad fin. Clar.
d. §. homicidium, verſ. ſed quid ibi, maritus
550 autem, † limitando hoc non procedere in
ſponſo de futuro, quia non licèt percute-
re clericum ſic repertum ſine pœna excom-
municationis, licèt ſufficiat habere abſolu-
tionem ab Epiſcopo, non à Summo Ponti-
fice, ita Clar. ibi, verſ. quod tamen, notat
etiam Bonac. d. verb. homicidium, verſ. itẽ
551 limita, † poteſt vlterius Dominus occide-
re vaſſallum repertum adulterare eius vxo
rem, impunè, non autem è contra vaſſallus
poteſt occidere dominum repertum adul-
terare ſuam vxorem, vt not. Boſſ. tit. de coi-
tu damnato, nu. 50. Boer. deciſ. 31. nu. 6. tñ
punitur dominus priuatione feudi, prout
priuatur et vaſſallus adulterans dominam,
552 ita Boer. deciſ. 317. num. 6. † liberto pariter
non licèt occidere patronũ deprehenſum
cum eius vxore in adulterio, etiam, quòd
alias eſſet de caſibus, in quibus licitè poſ-
ſet occidere, vt per Couar. d. §. ſeptimus,
553 nu. 5. verſ. nã, & libertis, † maritus quoq; fa
cta denunciatione trina ei, quem habebat
ſuſpectum de adulterio, ne alloqueretur
eius vxorem ſi eundem reperiat eam allo-
quentem in domo, vel propria, vel in ſubur
banis, poteſt impunè occidere, alias non, ſi
tamen ſit vilis perſona, vt per Ang. d. loco,
554 num. 2. & 4. † ſi autem alibi eum reperuerit
ſic alloquentem eius vxorem, conuocatis
tribus teſtibus poteſt eum capere traden-
do iudici puniendum, ſi autem in Eccle-
ſia ſic reperuerit alloquentem, poteſt pro-
teſtari clericis, ꝙ eum ſub periculo clerico
rum conſeruent Epiſcopo, vt dein per Epi
ſcopum tradatur iudici ſæculari caſtigan-
dum, Ang. ibi, num. 3. Hanc opinionẽ com-
555 probat, Neuiz. ſua Sylua, lib. 1. nu. 103. † am-
pliãdo procedere etiamſi maritus ſit alias
adulter in hoc denunciato, quicquid ſit in
alijs, Patiſ. d. conſ. 154. nu. 4. ſequitur Ripa
in Rubr. de iudicijs, extra num. 25. Afflict.
d. Rubr. 8. de pacis cultu, nu. 31. & Rubr. 31.
de rapt. virg. nu. 11. vbi adducit rationem,
idem Marſ. d. l. 1. numero 21. de ſicar. Iacob.
Boulen. d. §. famoſos, nu. 171. Conrad. dicto
cap. 9. numero 10. ampl. 4. Bonacoſſ. d. verb.
homicidium, verſ. item limita in eo cui de-
556 nunciatum, † formam autem denunciæ fien
dæ, & tranſmittendæ, hoc caſu, not. Neuiz.
557 dicto lib. 1. num. 102. & 105. † in caſibus au
tem permiſſis, quòd pater, vel maritus poſ-
ſint impunè occidere filiam, vel vxorem re-
pertas in adulterio, non habet locum, vbi
maritus is ſit concubinarius, vel adulter,
quia tunc non licèt id facere, nec marito,
nec patri, licèt excuſetur pater ignorans
generum adulterum, ſi occidat filiam re-
pertam in adulterio, vt ſignanter, notat
Marſil. in d. l. patre, vel marito, numero 11.
verſic. & ex prædictis. ff. de quæſt. refert
ſub dubio tamen Couar. dicto §. ſeptimus,
558 numero 7. ad fin. † ſublimitatur, hoc, niſi
maritus denunciaſſet ſuſpecto, modo quo
ſupra notatum, quia tunc etiam maritus
etiam adulter poteſt impunè occidere, ita
559 Neuizan. ibi, numero 104. † hæc autem om
nia procedunt in foro contentioſo, in foro
autem conſcientiæ pater, & maritus occi-
dentes etiam in caſibus præmiſsis, peccãt,
ſua praxi crim.1.par.ſecundæ partis, verſ.
fori iudicetur,nu.12.Carer.d.§. circa quar
722 tum,nu.198.† & ita etiam obſeruari in hoc
ducatu,quòd poſſit occidi qualitercunque
bannitus, niſi eſſet ei data fides non offen-
dendi, not. Clar.d.§.homicidium verſ.ſed
723 an licebit, † ſed quod non teneat talis fi-
des data bannito,eum non offendendi con
tra bonum publicum,not.Gozad.d.cōſ.61.
724 nu.13.Carauit.d.loco, nu. 122. † & ꝙ pro-
ditoriè bannitus impunè occidi poſſit,imò
occidens etiam conſequatur præmiū pro-
clamatum; hoc ſeruatum pluries annis ſu-
perioribus in proclamationibus editis ob
multiplicitatem bannitorum tollendam,&
extirpandam ex hoc dominio,quæ procla-
mata præmiantia occidentes bannitos ad
eorum extirpationem,ampliora edita fue-
re per Illuſtriſſ.& Excellentiſſ.Gubernato-
rem, Don Carolum de Aragonia die 12.
menſis Iunij 1583. prout ex eis licet vide-
725 re,& quidē prudentiſſimè,† Octauo princi
paliter impunè nō pōt occidi bannitus ab
eo,qui in fraudem fecit eum banniri, vt eū
poſſet impune occidere ex diſpoſitione
ſtatuti ita Boſſ.d.tit. banniti quid amittāt,
726 nu. 2.verſ. eſt alius caſus. † Nono non pōt
pariter offendi impunè bannitus,qui com-
muni opinione reputabatur pro non ban-
nito,Marſ.d.§.aggredior,num.34.vſque ad
nu.41.& in d.l.1. in princ.nu.11.ff.de ſicar.
Duen. d. reg.68. ampl.4. Carer. d. §. circa
quartum,nu.218.Conrad.d.c.9. num.15.li-
727 mit.14. verſ. & limitatur, † quando autem
quis occidit vnum pro alio, credens occi-
ſum eſſe bannitum illum, quē occidere in-
tendebat, & quem interfecit, & communi
etiam opinione ſic reputabatur illum eſſe,
quod puniatur extraordinariè, declarādo
not.Nell.d.ſuo tract.d.loco, q.26.Carer. d.
728 loco,nu.203. † idem ſi occidat eum, quem
credebat eſſe bannitum,qui nō eſſet, notat
d.loco,Carer.num.206. idem Io. de Arno.
729 caut.1. † Decimo licita eſt offenſio, & ho-
micidium banniti ad publicam vtilitatem,
non aūt ad priuatam,& propriā vindictā,
Marſ.conſ.10.num.42.vol.1.Nell.d.loco,q.
12.Boſſ.d.tit.nu.1.verſ.datur & alia,Duen.
730 d.reg.68.lim.10.Menoch.d.q.90.n.48.† vbi
dicit, in dubio præſumi inimicū occidere
731 bannitū ſuū inimicum in ſui vindictā,† ſed
quod homicidiū banniti,ēt ad priuatā vin
dictam ſit tolerabile, licet occidens ſit in-

famis,not.Fel.d.c.q̄ in eccleſiarum, nu.15.
732 † & quod excuſetur ſic occidens,not.Boſſ.
d.loco,nu.1.ad fin.& Clar.d.§. homicidiū,
verſ.ſed nunquid,ad fin.& Carauit. de exu
733 lib.ibi,nu.134. † vndecimo limitatur vt li-
cèt bannitus poſſit per alium impunè offen
di,& occidi, tū bannitus ſeipſum non pōt
occidere,quin incurrat pœnā de his, q ſibi
ipſis mortem conſciuerūt, de quo toto tit.
ff.de his qui mort.& notat Marſ.d.§. aggre
dior,nu.17.18.& 19.Fely.d.loco, num.9.&
734 Carer.d.loco,nu.219.† Duodecimo,nō pōt
pariter impunè interfici in manibus fami-
liæ exiſtens,vel carceratus, ēt quod ſit ban
nitus,Ang.tract.malefic.verbo quod fama,
n.58.declarādo vt ibi,Ang.in addit. Boer.
deciſ.317.nu.5.verſ.per quæ,limitando de
æquitate nō puniri ſi interficiat ſolū captū
à familia,limitatur vlterius, niſi ſit relaxa-
tus fideiuſſori,quia non dr̄ amplius carce-
ratus,Afflict.d.tit.de pace tenenda, verſ.ſi
quis aliquem,nu.19.Nell.q.28.Marſ.d.§.ag
gredior,num.24.& 25.& tract.bannit.in d.
verb.capti,nu.12.& in d.l.1.in prin nu.3.ff.
de ſicar.Boſſ.prælleg.tit.nume.5.verſ.& ſi
bannitus,Iaco.Boule.d.§. famoſos,nu.122.
Duen.d.reg.68.lim.6.Carer.d.§.circa quar
tum,nu.196.& 221.Conrad.d.c.9.nu.7.am-
plia.7.Clar.ſuis cōmunibus,in verb.banni-
tus captus,& d.§.homicidiū, verſ.quem ēt
Menoch.d.q.90.nu.53.cauetur in lib.17.cō
muniū,in d.verb. ſtatutū diſponens ꝙ ban-
nitus,verſ.limitat 3.niſi eſſet data domus,
vel palatiū pro carcere, datis cuſtodibus,
quia tūc habetur pro carcerato, Boſſ.d.tit.
de carcerato fideiuſſ.nu.3.Io.de Arn.caut.
735 51.latè infra c.faciens, † quid aūt ſi ſit ca-
ptus à priuato, dū eſt in eius manibus, pōt
incontinenti interfici impunè,aliàs nō,ſed
debet eum cōſignare iudici, aliàs punitur
de homicidio,& priuato carcere, ita notat
Nell.ibi,q.38.idem Boſſ.tit.de defenſ.reor.
736 nu.53.† Decimotertiò limitatur, non poſſe
impunè interfici bannitū citatum à iudice,
vel ſuperiore,Marſ. d.tract.bannit.in verb.
737 capti,nu.13.14.& 15.ad fin.†Decimoquar-
tò limitatur hæc concluſio,quod bannitus,
qui ducitur ad ſuppliciū, non pōt impunè
occidi,nec à priuato, nec à familia, Boer.
deciſ.84.Boule.ibi,nu.124. Marſ.in d.§.ag-
gredior,nu.41.& in l.1. num.13. ff. de ſicar.
Carer.d.§.circa igitur, num.115. & §.circa
quartū,nu.220.Duen.d.reg.68.limit.5. Cot
ta d.verbo,homicidiū,verſ.ſed pone,decla
rando vt per eum,Conrad.d.cap.9. num.7.
limit.12. Menoch. d. quæſt.90. numero 54.
738 † Decimoquintò limita, hanc concluſio-
nem nō procedere in tolerato,quia nō po-
teſt

teſt impunè interfici, vel occidi, ſecundum communé, de qua ſupra in vndecima ampliatione, limitatione quinta, de qua notat, Marſ. d. verb. capti, nume. 15. & d. l. 1. in prin. num. 10. & conſ. 10. nu. 26. & conſ. 66. num. 9. Carer. d. §. circa quartum, num. 217. Menoch. d. loco, num. 56. Conrad. d. c. 9. nu-
739 me. 13. verſ. limita etiam, † quæ tamen tolerantia ſit ex facto principis, non de facto ſolo idem Menoch. nu. 57. & clarè cauetur ſupra tit. de recept. bannit. cap. imputati,
740 † Decimo ſexto nō licèt quoq; filio patrem bannitum interficere, nec vaſſallo, vel ſeruo dominum, ſecundum opinionem humaniorem & tutiorem, Marſ. ſing. 210. num. 4. licèt opiniones ſint contrariæ, contrarium enim tenet, Marſ. conſ. 11. nu. 9. volu. 1. cum alijs relatis, per Carer. d. §. circa quartum nu. 213, Brun. ſuper Conſtit. in verb. homicidium, verſ. ſtatutum an valeat, ibi, adde, & pone, Angel. in tract. maleſ. in verb. ex interuallo, nu. 58, quod autem negatiua ſit tu-
741 tior, & humanior, facit, † quia filius tenetur præſtare, patri bannito à ciuitate alimenta, ad quæ tenetur iure filiationis, Alberic. lib. 3. ſuper ſtatu. q. 27. Nel. ſuo tract. q. 10. Marſ. conſ. 210. nu. 4. Duen. d. reg. 68. ampl. 8. Tiraq. de pœn. temper. cauſſa 20. nume. 6. 7. cum ſeq. idem Io. de Arno. caut. quinta, & epit. 62. Aug. ad Ang. d. verb. ex interuallo, num. 18. Marſ. ſing. 210. nume. 4. Couatruu. tract. de teſtam. ſecundę partis, c. 7. §. ſeptimus, n. 5. verſ. vbi Angelus, Rol. à Val. cōſ. 45. nu. 62. & 63. vol. 1. Iaco. Boul. d. §. famoſos, nu. 65. Clar. d. §. homicidium, verſ. ſed hic quæro, Menoch. d. q. 90. nu. 43.
742 44. & 45. † quæ quidem tenetur filius trāſmittere in locū, in quo eſt pater bannitus, ita Bald. in Auth. inceſtas nuptias, num. 2. verſ. nota quòd licèt, C. de inceſt. nupt. Corſet. ſing. ſolutio, vbi dicit, non poſſe denegari alimenta patri ēt bannito, quod idē, not. Duen. d. loco, limit. 1. idem not. in lib.
343 17. cōmuniū d. loco, verſ. ampliatur ij. † in quibuſdam autem caſibus filius pōt patrē bannitum licitè interficere, de quibus per Carer. d. §. homicidij, il j. nu. 143. Cōrad. d. c. 9. nu. 8. verſ. 22. amplia. Mātua. d. cōſ. 216. nu. 31. vol. 2. vbi dicit, idem eſſe in fratre, &
744 matre, † inter alia limitatur, niſi pater fuiſſet bannitus ob patriā oppugnatam, quia tunc licèt filio eum occidere, nec ei præſtare alimenta tenetur, Tiraq. d. cā 20. nu. 11. Couar. d. §. 7. num. 5. verſ. nec lex minime, Rolan. d. conſ. 45. nu. 64. Clar. d. §. homicidium, verſ. ſed quæro, Menoch. d. q. 90. nu. 46. & 47. Bonac. in d. verſ. de bannitis, verſ. ſtatutū licèt, & ſupra notatum tit. de Crim.
745 Læſ. Maieſt. c. ſi quis, in verb. conſcij, † quòd autem pater poſſit occidere filium bannitū ex diſpoſitione ſimilis ſtatuti, not. Cott. ſuis memor. in verb. bannitus de crimi. circa
746 ca med. † Decimoſeptimo vlterius eadē rōne frater nō pōt interficere fratrē bannitū impunè, ita tenet, Nell. loco quo ſupra, q. 53. Marſ. d. l. vnica, nu. 23. & ſing. 210. nu. 3. & tract. bannit. in verb. Læſæ Maieſtatis, nu. 8. & in l. Adrianus, nu. 10. ff. ad leg. Pomp. de parricid. Cœpol. conſ. 5. nu. 22. cum ſeq. Boulc. d. §. famoſos, nu. 194. ad fin. ff. de pœnis, hanc vti humaniorem, & tutiorem approbat, Duen. d. loco, ampliat. 8. Caren. d. §. circa quartum, nu. 197. Io. de Arn. Soliloq. 66. idem notatur per Viuium, lib. 17. com-
747 munium, ibi, verſ. ampliatur 2. † Decimooctauo vxor quoque non poteſt interficere virum bannitum, Ripa in l. ſi conſtante, num. 48. ff. ſolut. matr. Conrad. d. c. 9. nu. 8. ampl. 22. Io. de Arn. caut. quinta, declaran-
748 do vt per eum. † Decimonono bannita quoque vniuerſitate non poteſt quilibet de vniuerſitate offendi, not. Nell. eod. lo-
749 co q. 27. † Vigeſimo limitatur, quod bannitus niſi intra aliquem terminum comparuerit nō poteſt vltima die termini impunè offendi, Foller. d. prima par. ſecūdi, temporis, in verbo, banniātur, nu. 63. idē Proſper Carauita, d. pragm. 1. de exulib. nume-
750 ro 118. cum ſeq. vbi declarat. † Vigeſimoprimo bannitus in pęna pecuniaria nō poteſt impunè offendi in perſona, Carer. d. §. circa quartum, nu. 226. Menoch. d. q. 90. nu. 37. cum ſeq. vbi adducit rationē opti-
751 mam, † declaratur tamen niſi ſint decoctores, & falliti ex ſui culpa, nō caſu, vt idem notat Menoch. ibi, num. 13. cum ſequen. & infra dicetur, tit. de off. Abb. c. quicunque,
752 Vigeſimoſecūdo † limitatur ſi aliquis bannitus tractu tēporis eſt factus monachus, nā non pōt offendi impunè, quia ingreſſus religionem omnē maculā extinguit, notatur in Auth. de monachis, in princ. itē omnis ingratitudo tollitur per ingreſſum talē, itē ligatus, & aſtrictus munere publico, ex mutatione domicilij redditur abſolutus, l. ſed & hæc. ff. de excuſ. tut. ergo ligatus banno, vt in caſu noſtro ex mutatione
753 fori dr̄ abſolutus, & offendi non pōt, † cū ēt dignitas ſuperueniēs abſoluit ab eo munere, quo quis erat aſtrictus, l. Spadonē. §. ſin aūt tutor. ff. de excuſat. tut. itē ex mutatione ſtatus qs dr̄ nouus homo. ff. de adim.
754 leg. l. cū ſeruus, † facit ēt quia tale bannū nō poteſt nūc incipere, ergo nec remane-
755 re, l. Vranius. ff. de fideiuſſ. † & monachus non regitur ſtatuto ciuitatis, l. planè cum,

& ibi,not.Iaco.de Aret.& Oldrad.ff. quod
756 falſo tutore auctore, † item dignitas, quæ
de nouo accuſationē impedit de delicto,
tollit iam inchoatam,l.hos accuſare,§.hoc
beneficio,ff.de accuſ.facit etiam ad hoc il-
lud quod habetur in l.cum vno,§.cū reus,
757 ff. de re milit. † item quia talis executio
non poteſt fieri per curiam ſecularem con-
tra talem nunc monachum, vt habetur per
Io.Andr.extra de oblig.ad ratiocinia, c.1.
758 & per Specul.in tit. de reo. † item non eſt
licitum Chriſtianos ad Eccleſiam fugien-
tes abducere,vel offendere l.fin. C. de his
qui ad Eccle.confug. & ſic fuit conſultum
per Guid.de Suzaria, quem eſt ſecutus Se-
natus Mediol.anno 1572.iudicando offen-
dentem puniendum pœna extraordinaria,
759 † vigeſimotertio declaratur,vt non proce-
dat,ſi quis ſtatim, & incontinenti occidat
bannitum,quo tempore fuit bannitus, Ca-
rer.d.ſub §.circa quartum,numero 227.ma
xime ſi non fuit regiſtratus dum eſſet regi
760 ſtrandus, Carer.d.loco, numero 216. † vi-
geſimoquarto ſtante hoc ſtatuto permittē
te bannitum impunè oſtendi, bannitus nō
poteſt occidere ſe ipſum, ita Marſ.d.tract.
bannit. in verſ.homines,nu.13.& verb.vil-
761 lis, nu.58. † vbi autem licitum ſit homici-
dium banniti,tunc ſi ſtatutum excludat ho
micidam à decurionatu,an excludatur oc
cidens bannitum,opiniones contrarias re
citat diſtinguendo Bald. in l.decuriones,
num.2.C.in quibus,cauſ.infam.irrog.Dec.
c.nō liceat,nu.2.de præb.Brun.ſuper Con-
ſtit.in verb.homicidiū,verſ.an appellatio-
762 ne, † ſed quòd tale ſtatutum intelligatur
de homicidio vetito non licito,notat Bo-
nacoſ.in d.verb.homicidium, verſ.ſtatutū
763 generaliter. † Occidens vlterius aliquē ob
ſedandum tumultum, qui alias ſedari non
poterat nō punitur,ſed excuſatur,ſi tñ oc
ciſus ſit culpabilis, Carer. d. §.circa quar-
764 tum, num.365. † cum etiam ad ſedandum
tumultum,qui alias ſedari non poſſit inno
cens condemnatur,& nocens abſoluitur,
765 Gand.d.tit.de homicid.nu.18.† ducendus
præterea ad vltimum ſupplicium impunè
occidi poteſt à familia timēte ne ab affini
bus eis auferatur,ſi tamen licentiam habe
bant id faciendi à ſuperiore,alias non,ita
not.Marſ.in d.l.1.num.14.Cotta de mente
Baldi in d.verb.homicidiū,verſ. ſed pone
766 aliquis, † quæ licentia etiam priuatis dari
poteſt,vt impunè poſſint eo caſu occidere
bannitum ad vltimum ſupplicium, Afflict.
in d.Conſtit.Regn.d.rubr.13.de homicid.
numero 22. verſ. vigeſimoſecundo, volu-
mine primo.

767 † Barruerij iudici etiam in grauioribus
delictis obedientes iniuſtè etiam aliquem
interficiendo,non puniuntur aliqua pœna
vti homicidæ, Gand.d.tit.de homicid. nu-
mero 2.Brun.ſuper Conſt.in verb.mandās,
verſ.ſtatutum vetat,Bonac.in d.verb. homi
cidium, in princ.verſ.item limita, d. ſtatu-
768 tum. † Quod idem eſt dicendum in mini-
ſtro iuſtitiæ,vt not.Marſ.in d.l.1.num.25.ff.
de ſicar.Iaco.Boule.d.§. famoſos, nu.176.
Bonacoſ.d.loco,verſ.item limita, d.ſtatutū
769 il ij. † Ideo infertur per ſcribentes,quòd ſi
ex ſtatuti forma homicida priuatur om-
ni officio, non habet locum in occidente
exequente iuſtitiam,Brun.d.verb. homici-
a dium,verſ.ſtatutū dicit quod homicida. a
770 † In duello etiā licitè occidēs,impune oc-
cidit, Marſ.d.l.1.nu.24.Boul.d.§.famoſos,
num.174. Conrad.d.c.9.nu.10.limit.7. Af-
flict.d.tit.de pace tenenda,verſ.ſi quis ho-
771 minem,num.42.† quod quidem eſt regula-
riter prohibitum,vt per eum d. nu.42. de-
772 clarādo,vt per Boul.d.loco,nu.133. † quid
ſit autem duellum, not.Afflict.d.loco, nu-
mero 44.

773 † Homo mortuus nō dicitur homo,ideò
pœna occidentis hominem non habet lo-
cum in occidente hominem mortuū, Marſ.
tract.bann.in verb.homines,num.18.& 19.
Io.de Arno.Cōment.101.Carer.§.homici-
774 dium autem eſt hominis,nu.21.† nec cleri
cus hoc caſu incurrit irregularitatem, vt
775 per eum,num.22.† hinc etiam infertur per
ſcribentes, quòd pœna vulnerantis homi-
nem,non habet locum in vulnerante homi
nem mortuum, Marſ.in d.verb. mortui, nu-
776 mero 72. † quod tamen puniatur vt vio-
lator corporum talis vulnerās, vel vim in-
ferēs homini mortuo,not.Boer.deciſ.216.
nu.10.cum ſeq.maxime nu.13.

777 † Creditor vlterius,qui habet authorita
tē capiēdi debitorē fugientē,non punitur
ſi eum occidat,dum ſe defendit, vt notat
778 Marſ.d.l.1.num.106.† Ampliando etiam in
procuratore creditoris,vt per eum nume.
107.& tractat.bannit.in verbo,ab offenſis,
num.22.& 23.Conrad.d.cap.9.num.14. Li
mitat.

ADDITIO.

a An iudex poſſit accuſatori concedere licentiam,
vt ipſe vadat,vel mittat alios ad capiendum ma-
lefactorē, & ſi malefactor in captura occidatur,
verum poſſit inquiri de homicidio ex animo deli
berato, vel de auxilio ad homicidium contra ta-
les aſſiſtentes familiæ, & executoribus. Albe.
conſ.47.

mitat.24.Bonac. in d.verbo, homicidium, verſ.Item limita in creditore.

779 † Homicidium etiam committens extra territorium,non comprehenditur in ſtatuto quoad homicidium, Bonacoſ. ibidem in princ.verſ. item limita quando.

780 † Carceratus iniuſtè, qui aliter non poteſt euadere,impunè cuſtodes poteſt occidere, vt euadat, ita Marſ.d.l.1.num.108.ff. de ſicar. Ampliando, num.109.& Conrad. d.cap.9. num.14. limit.24.

781 † Delinquens non punitur, quando eum puniendo etiam puniretur innocens, Tiraq.de pœn.temper.cauſ.59.exemplificando,vt per eum.

782 † Damnatus ad mortem,& ſuſpenſus, ſi laqueo rupto cadat in terras, liberatur in dubio, ſi prius dānatus fuerit proteſtatus de eius innocentia, Conrad. d.loco, num. 20.limit.58.Io. de Arnon. Soliloq.5.Guiel. Rutt. tracta. de iuſti & iniuſt.lib.3.cap.10. tit.de execut.num.5.verſ.adhuc quæro.Tiraq.d.cauſ.64. & notatum, infra in verbo, puniatur.

783 † Magiſtratus ſi capit aliquem,qui ſe vulnerauit,vel laqueo ſe ſuſpendit, non tenetur de homicidio Bald.l.quemadmodum. §.Magiſtratus,num.4.ff.ad legem Aquil.

784 † Pro defenſione fidei Chriſtianæ poteſt quis occidere aliquem impunè,Conrad.d. cap.9.num.18. limit.4.veluti ſi occidat excommunicatum, incorrigibilem, Afflict.d. tit.de pace tenenda, verſ.Si quis aliquem, nume. 36. Idem ſi occidat hominem ſceleſtum, Marſ.conſil.11.num.6.volum.1.Idem in violatore priuilegiorum Eccleſiæ, notat Marſil.ſing.650.num.2.

785 † Iudex, & Officialis vlterius, lege permittente,amore iuſtitiæ ritè, & rectè hominem condemnat ad mortem, Gand.d.titu. de homicidiat.num.2.Afflict.d.verſ.ſi quis aliquem, num.32.Imò parcendo malefactori, dicitur corruptor legis, idem Afflict.d.
786 loco, nume.34. † & puniens malos authoritate Principis, non dicitur committere homicidium,Afflict.d.loco, num.35.

787 † Amore etiam captus occidens,vel offendens mitiori pœna ordinaria punitur, Tiraq. d.tract.de pœnis temper.cauſ.4.declarando,vt per Clar.d.§.fin.quæſt.60.verſ. eſt & amor,confirmat,Menoch.tract.arbitr. lib.2. Cent.4. caſu 328.per totum.

788 † Tironi, & in nouo quopiam negotio non ſatis perito, vel per imperitiam delinquenti,parcendum,& mitius cum eo agendum,not.Tiraq.d.loco,cauſſa 10.ſed ſi iterato delinquerit, competenti pœna punitur, vt per Tiraq. d.cauſſa 10. num.4.

789 † Delinquens ignoranter ruſticitate,aut ſimplicitate, mitius puniendus non pœna ordinaria, cum minus etiam peccet,Tiraq. cauſſa 11.num.1.cum ſeq.limitando vndecim modis, num.7.vſque ad finem.

790 † Ira cōpulſus occidens, vel delinquens mitius punitur,Tiraq.d.loco,cauſſa 1.num. 1.exemplificando numeris ſequen. Grammat.deciſ.98. num.9. Carer. d.§.homicidij autem,num.63.Iacob.Bonle. d.§.famoſos, num.195.Conrad.d.cap.9.nu.14.limit. 28. declarando,num.15. Boer. deciſ.168.nu.7. verſ.& animus,declarando vt per eum,nu. 15.vſque ad fin. Mantua, d.conſ.216.nu.8. & 22.volum.2. Menoch. tract. arbitr. lib.2. Cent.4. caſu 319. exemplificando numeris ſequen. facit quod not. Afflict.in d.conſtit. rubric.2.de percuſſ. illic. quæſt.9.nu.12.& 13. lib.1. ideo excedens in ſe defendendo calore iracundiæ non punitur de exceſſu, Afflict.d.loco, rubr.11.de pœn.eius num.
791 18.verſ.tamen vnum,lib.1.† Iram enim cōtinere maius eſt quàm miracula facere, ita
792 Boſſ.d.tit.de homicid.nu.60. † Factum autem intra triginta dies à die cęptę iræ dicitur factum in ira,vt per eum,num.60.Carer.d.§.circa quartum, nu.172. Boer.d.de-
793 ciſ.168. num.14. † quòd autem ſecundum communem duret per dies triginta, notat Io.de Arnono Epitome 58. Menoch. tract.
794 arbitr.Cent.4.caſu 361.num.20.† quod tamen ſit relinquendum iudicis arbitrio inſpecta qualitate perſonarum,& facti,notat
795 Menoch.d.loco, num.21. † quando autem quid dicatur factum calore iracūdiæ, exemplificat, Menoch. dicto caſu 361. nume.8.
796 cum ſeq. † Declaratur autem hæc concluſio,vt procedat ſi ex iuſta cauſſæ ira proceſſerit,non iniuſta, ita ſignanter, Clar.d.§.fi. quæſt.60. verſ.eſt etiam ira, & hæc concluſio procedit, ſiue prouenerit ab occiſo, ſiue à tertio, per text. l.lex Iulia.§.fin.ff.ad leg.Iul. repetund. Fely.cap.dilecti filij,nu.
797 15.de except. † Iuſto etiam dolore impulſus occidens, vel offendens mitius punitur, a veluti in marito occidente vxorem repertam in adulterio, Salyc.d.l.Gracchus, num.18.C.de adulter. Afflict. d.Rubr.8.de pacis cultu, pacis num.30. ad finem, lib.1. & Rubr.46.de pęn.vxor.nu.1. & 2.lib.3.Tiraq.d.cauſſa prima,num.3. & 4. Conrad.d. cap.9. nu.13. limit.15. Grammat. deciſ.98. numero 4. cum ſeq. Seyſell. d.l.vt vim, nu. 107.

ADDITIO.

a Grammat. deciſ.98. num.6. Theſſaur. Senior deciſ.178.

798 107.ff.de iuſt.& iur.† declarando vt per eũ
ſi fiat incontinenti, Clar. dicta quæſt. 60.
799 verſ. ſed hic, & ſupra notatum, † idem ſi
prius vulneratus occidat vulnerantem, Cœ-
800 pol.conſ.41.num.15.† & quod aliquo ma-
gno dolore motus delinquens mitius pęna
ordinaria puniatur, notat Marſ.d.l.1.num.
801 77.ff.ad leg.Corn.de ſicar.† quia difficilli-
mum eſt iuſtum dolorem temperare, ita
Rolan. à Vall. in terminis mariti occiden-
tis vxorem adulteram, conſilio 34.num.2.
802 vol.1. † quod habet locum, etiam ſi quis
fuit verbis iniurioſis inſultatus, ſi illũ gla-
dio offendit, ita Marſ. dicto loco, numero
803 77.verſic.vide ad materiam,† quod proce-
dit,non ſolum ſi veniat iſte iuſtus dolor ex
iniuria illata in perſonam occidentis, ſed
etiam alterius ſibi coniuncti, veluti, ſi vi-
deat fratrem rixantem occurrens occidat
illum rixantem cum fratre, ita Seyſell. d.l.
vt vim, nu.108. Cummia in ritibus magnæ
curiæ cap.54.num.116. & 117. iuſto autem
dolore quando quid dicatur factum, notat
Menoch.d.caſu 361.nu.14. cum ſequentib.
804 † Prouocatus ab homicida quacunque
prouocatione, ſiue offenſi, ſiue tertij mi-
tius punitur, quia illa animum deliberatũ
excludit, Fel.in cap.dilecti filij, num.12. de
except. Cœpol.conſ.41. num.14. Afflict.d.
Rubric.13.cum ſeq.Conrad. d.cap.9. num.
19.limitat.47.ampliando,vt per eum,Clar.
805 d. quæſt.60.verſic. nunc quæro, †idem in
diffidato, ſi occidat diffidantem,quia puni
tur tantum pœna exilij perpetui, Gomeſ.
d.cap.3.num.12. verſ.item adde.
806 † Occidens etiam auctorem rixæ in ri-
xa exiſtens, excuſatur à pęna homicidij,
Carer.§.circa quartum,num.363.
807 † Homicida ratione amicitiæ quam ha-
bet cum delinquente mitius punitur pęna
ordinaria concurrentibus notatis, per Ti-
raq.d.loco,cauſſa 17.declarat Clar.d.q.60.
verſ.legitur etiam.
808 † Filius quoque homicida ſi præſente-
tur per patrem iudici, liberatur à pęna or-
dinaria homicidij,& mitius punitur, Marſ.
d.verb.Læſæ Maieſt.nu.4. verſ.& dixit An-
gelus,Boſſ. tit.de execut. ſentent. nume.8.
verſ.alias quando, Caſſan. in conſuet. ſuis
Rubr.1.dos iuſtices. §. 5. in textu s' il n' à
Grace,num.100. Tiraq.cauſſa 18. Carer.d.
§.homicidij,il primo,nu.136.Iacob.Boulc.
d.§.famoſos, nu.189. Conrad. d.cap.9. nu.
809 19.limitat.47. † idem ſi à filio præſentetur
pater homicida. quia mitius punitur, vt
per Tiraq.cauſſa 19.& Carer. d.loco, num.
137.& idẽ §.circa itaque, nu.75. Clar. d.q.
60.verſ.ſolet etiam, quod dicit difficulter
obtineri in praxi, Hanc concluſionem in
vtroque caſu colligi ex textu, l. milites
agrum. §. deſertorem. ff.de re milit. refert
inſignis,ac acutiſſimi ingenij I.C. Arius Pi-
nel.in ſuis lucubrationibus ad tit. C.de bo
nis maternis in rub.ſecundo præludio, nu.
32.& 33.declarando eam procedere in ca-
ſu quo iudex facilè illum delinquentem ha
bere non poſſet, ſecus ſi iudex eum quære-
bat, & nõ poterat euadere manus iudicis,
vt per eum ibi,num.34.ſed quod ea conclu
ſio ſecundum veriorẽ non procedat in om
nibus caſibus, ſed ſolum in relato d. l. mi-
lites. §. deſertorem,quòd ſpeciale,nec ex-
tendendum,notat contra communem opi-
nionẽ ratione optima motus Pinellus ibi,
num.35.& hoc tanto minus ſit ſecundum
eum in crimine Lęſę Maieſtatis contra cõ-
munem ſcribentium, vt per eum ibi, num.
35.ad finem.
810 † Conſanguinitatis quoque cauſſa occi-
dens, vel delinquens mitius punitur, Ca-
rer.d.loco, num.100.
811 † Pro amico etiam,vel eius cauſſa delin-
quens,vel occidens mitius punitur, Tiraq.
ibidem,cauſſa 22.nu.85. vſque ad finem.
812 † Vicini cauſſa etiam homicidium, vel
delictum committens mitius punitur, vt
cauſſ.32.
813 † Delinquens vlterius, vt alterius ſalutẽ
tueretur mitius pœna ordinaria punitur,
Tiraq.d.loco,cauſſa 24.exemplificando, vt
ibi per eundem,quod tamen ad delictũ ho
micidij non quadrat.
814 † Iudæus occidens, vel aliud delictum
committens, dein baptiſmum recipiens,
mitius pœna ordinaria punitur ſecundum
aliquos, ſed ſecundum alios non habet lo-
cum hæc pœna mitior, niſi in pœnitentiali
foro, vt per Tiraq.d.loco, cauſſ.25. per to-
815 tum, † ſed quòd Hebræus delinquens,
dein factus Chriſtianus per baptiſmũ, non
euitet pęnam corporalem, not.Dec.conſil.
130.per tot. & d.cap. quæ in Eccleſiarum,
num.17.Ruin.conſ.13.num.3. vol.5.
816 † Clericus factus poſt homicidiũ,& deli
ctum, an puniatur mitius, notat relatiuè.
Tiraq.d.cauſſ.25. nu.8. ad fin. & Io. de Ar-
non.problem.38.alibi notatum per nos.
817 † Homicida præterea qui occidit, non
habens animum occidendi, licèt mors ſe-
quatur mitius punitur pęna ordinaria, ita
Gandin.d.tit.de homicid.num.2. verſ.item
nota, quòd ſi aliquis, Cępol.conſ.34. Alex.
conſ.140.num.3. vol.2. ex quo ceſſat dolus
in homicidio hoc,vt ſupra notatum, quali-
ter autem cognoſcatur, an adfuerit ani-
mus occidendi, vel nè, notatur infra. §.&
tan-

tanquàm, in verbo, occidendi.
818 † Plures habens filios ſi occidat, vel delinquat aliter, mitius punitur Tiraquell. ibidem cauſſa 26.
819 † Ex diuturnitate carceris pœna ordinaria quoque delinquenti minuitur, idem Tiraq. cauſſa 41. per totum, & Conrad. d. cap. 9. de homicid. num. 20. limit. 49. verſic. qui idem.
820 † Ex diuturnitate etiam temporis pęna ordinaria minuitur, veluti ſi tranſactum ſit decenniũ, per tex. l. ſi diuturno. ff. de pœn. notat Dec. conſ. 535. nume. 6. verſ. minuitur etiam pœna, Afflict. deciſ. 287. ad fin. idem in conſtit. regn. d. rubr. 13. num. 22. cum addit. ibi, latè in litera C. Marſil. in d. l. vnica, num. 218. C. de rapt. virg. & l. 1. §. præterea, num. 31. ff. de ſicar. Boſſ. d. tit. de homicid. nu. 111. verſ. quando Iacob. Boule. d. §. famoſos, nu. 191. ff. de pœnis, Conrad. d. cap. 9. nu. 3. ampliat. 17. & nu. 20. limit. 49. Caſſan. in conſuetud. ſuis rubr. 1. des iuſtices. §. 5. in textu, s' il n' à Grace, num. 124. Tiraq. de pœn. temper. cauſſa 29. nu. 1. & 2. ra-
821 tionem adducit. num. 4. vſque ad fin. † Limitando in delictis momentaneis, prout eſt homicidium, num. 3. non in ſucceſſiuis, exemplificando, vt per eum, Neuiz. Sylua, nupt. lib. 1. nume. 66. Carer. d. §. circa quartum, num. 385. & 386. Imò per præſumptionem annorũ viginti tollitur omnis actio. Iaco. Boulen. d. loco, nu. 192. & Carer. d. loco, nu. 368. cum ſeq. & notatum latè ſupra titul. de accuſat. capit. delatis criminibus,
822 † ex præſumptionibus etiam vehementibus condemnandus, non ex euidentibus probationibus mitius punitur, Conrad. d. loco, num. 15. limit. 29. idem Neuiz. d. num.
823 96. & Tiraq. cauſſa 27. nu. 1. cum ſeq. † idem ſi quis condemnandus veniat ex præſumptionibus, & inditijs indubitatis, quia mitius punitur, Carer. d. §. circa itaque nu. 29.
824 † limitando niſi ſit præſumptio legis, non hominis, Tiraq. d. cauſſa 27. nu. 10. & Carer. d. §. circa quartum, nu. 108. aliàs limitationes notat relatiuè Tiraq. ibi, nu. 11. vbi du-
825 bitat an veræ ſint, † ideo ex concluſione principali inferunt Doctores, quòd ſi teſtes actoris nil deponãt de qualitate percuſſionis, ſed ſimpliciter deponãt Titium inſiluiſſe, percuſſiſſe, & occidiſſe Sempronium, & ita mortuũ vidiſſe ex dictis percuſſionibus, nec expreſſerunt qualiter, nec cum quibus armis, nec in quo loco, & parte corporis percuſſerit, nec accuſatus probauerit qualitatem ſuam, pro defenſione, tunc non venit puniendus pœna ordinaria, ſed mitiori, ex quo non ſit probatus dolus verè, ſed præſumptiuè, ita Carer. in ſuo §. homicidium autem, num. 4.
826 † Damnandus ex contumacia nõ poteſt condemnari in pœnam mortis inſpecto iure communi, ita Marſ. in l. de vno, nu. 171. ff. de re iud. Conrad. d. tit. de homicid. nu. 15. limit. 30. verum ſublatum hoc per decretum, ſupra tit. de accuſat. capit. procedant, vbi notatum.
827 † Delinques, ſi patrato crimine reſcipiſcat, & pœnitentia ducatur, tamen captus non minus punitur, ſecundum veriorem, vt per Tiraq. loco quo ſupra, cauſſa 28. per totum, licèt ipſe teneat ibi, num. 4. ad fin. mitius puniri, ſi verè conſtat de emendatione. primam opinionem vti communem, notat Clar. d. §. fin. quæſt. 60. verſ. fui quan-
828 doque, declarando vt per eum, † niſi pœniteat ante delictum, & poteſt accuſari talis delinquens poſt delictum, vt non euitet etiám pœnam in foro conſcientiæ, Clar. d. §. fin. quæſt. 16. verſ. item quæro, Menoch. tract. arbitr. lib. 2. Cent. 4. caſu 360. num. 13.
829 † quicquid ſit, ſi pœniteat delinquens omnia in priſtinum ſtatum reducens, in caſibus in quibus poteſt, mitius punitur, Tiraq. de pœn. temper. cauſa 60.
830 † Spontè cõfeſſus delictum ſecundũ cõmunem pœna mitiori puniri debet, Tiraq. cauſſ. 30. nu. 1. cum ſeq. idem Conrad. d. ca. 9. num. 20. limit. 52. vbi ſit ſub ſpe gratię fa-
831 cta confeſſio, † quando autem quis dicatur ſpontè cõfeſſus delictum, not. Tiraquel. d.
832 cauſſ. 30. num. 9. cum ſeq. † vtrum autem primo, negans dein confitens, dicatur ſpõte faſſus delictum, diſputat idem Tiraq. d. loco, num. 11. & 12. & quòd dicatur ſpontè confeſſus ſecundum communem, not. per Bart. in l. eum qui, in princ. ff. de iur. iuran. quam communem dicit Soc. l. non fatetur, nu. 7. ff. de except. Tamen contrariam vti æquiorem contra Bart. notat Clar. d. §. fin. quæſt. 82. ad nouum ſtatutum, verſic. ſtante ſtatuto. Hanc opinionem primam dicit cõmunem, Clar. d. quæſt. 60. verſ. non deſunt, quam tamen dicit non ſeruari, nec per iu-
833 dices attendi, † ampliatur ſecundum Tiraq. d. cauſſa 30. num. 13. etiam quòd metu probationis cõfiteretur quis delictũ, quia aliquantiſper mitius puniretur, vt per eum
834 ibi, † limitatur primò tamen illa communis concluſio, vt non procedat, quãdo lex, vel ſtatutum ipſo iure imponit pęnã, quia tunc non punitur mitius etiam ſpontè cõfitens, ita Tiraq. d. cauſſa 30. nu. 14. & licèt referat aliquos tenentes contrarium, num.
835 15, tamen eam confirmat, num. 16. † Secundò limitatur, vt non procedat in fatente deli-

delictum, & negante qualitatem alterantẽ
delictum, ſi dein ea probetur, vt ibi, nu. 17.
836 † Tertiò non habet locum, vt mitius punia
tur confeſſus, quã conuictus, quando quis
ex præſumptionibus eſt conuictus, quia ẽt
tunc mitius punitur, vt ibi, num. 18. & ſu-
837 pra notatum, † Quartò limitatur quando
non poteſt mitigari, exemplificando, nu.
19. & 20.
838 † Propter dignitatem nataliũ, & maiorũ
nobilitatem cum delinquente, vel occiden
te mitius agitur, ita not. Tiraq. de pœn. tẽ-
per. cauſſ. 31. nu. 1. & 9. cum ſeq. idem Clar.
839 d. §. fin. q. 60. verſ. prodeſt etiam, † amplian-
do etiam ſi pœnalis conſtitutio dicat, nul-
lam miſericordiam ex quopiã delicto de-
linquentem conſecuturum, vt d. cauſſa 32.
840 nume. 2. † quòd autem pœna laquei, & ſu-
ſpendij ſit ignominioſa, & fœdiſſima ideo
non infligenda nobilibus, notat idem Ti-
841 raq. num. 3. cum ſeq. † limitatur tamen hęc
concluſio principalis pri. vt non procedat,
vbi nobilitas, & dignitas augeret delictũ,
quia tunc grauius puniretur nobilis, & in
dignitate conſtitutus, quàm ignobilis, Ti-
842 raq. ibi num. 17. & 18. † qualiter autem no-
bilitas, & dignitas augeat crimen, notat Ti
843 raq. ibi, num. 19. vſque ad numer. 27. † limi-
tatur ſecundo procedere hanc concluſio-
nem in pœnis corporalibus, non pecunia-
rijs, quia in his plus punitur nobilis, quam
ignobilis, vt per eum d. numer. 27. 28. & 29.
844 Clar. d. verſ. prodeſt etiam, † tertiò ceſſat
hæc concluſio in pœnis relatiuis, vt idem
Tiraquell. d. loco, nume. 30. declarando, vt
845 per eum, † quartò non habet locum in no-
bili mandante pauperi, vt delinquat, quia
eadẽ pœna punitur nobilis mandãs, vt nu.
846 31. declarando, nu. 32. † quintò nõ habet lo
cum hæc concluſio vbi aliter nimia contu-
847 macia id perſuaſerit, vt nu. 33. † ſexto hęc
concluſio procedit tantum in pœnis arbi-
trarijs, & difformibus, non autem vnifor-
848 mibus, vt nume. 35. † ſeptimò non militat
hæc concluſio, vbi aliter ſit cautum, quòd
849 nobiles grauius puniantur, num. 36. † hæc
pariter concluſio procedit in foro iudicia
li, non pęnitentiali, quia tunc grauius no-
bilis punitur, vt per eum, num. 37. vſque ad
850 fin. † quicquid ſit decurio ciuitatis nõ pu-
nitur ꝓ delictis incõſulto Principe prius,
ita idem Tiraq. d. loco, nu. 41. Cæpol. caut.
2. num. 11. Carer. d. §. circa itaque, num. 86.
declarando vt per eum.
851 † Delinquens vlterius ex neceſſitate, &
famæ mitius punitur, Tiraq. cauſſa 33. per
totam declarando, vt ibi per eum, quod nõ
ſeruit ad delictum homicidij.

852 † Clam delinquens an mitius puniatur,
quã palam, opiniones cõtrarias. not. Tiraq.
cauſſ. 17. diſtinguit Clar. d. quæſt. 60. verſic.
853 ſed an fortè, † ex conſtitutione autem re-
gni Neapolis, vniuerſitas in cuius territo-
rium eſt commiſſum homicidium clande-
ſtinum, tenetur quadam pœna, vt tradit Ca
854 rer. §. homicidium autem, num. 46. † nec ex
hoc quòd teſtes dicant, vidiſſe occiſum in
aliquo territorio probant ibi; fuiſſe occi-
ſum, vt numer. 47. niſi adſint talia indicia,
Afflict. in ſuis conſtitu. Rubric. 37. de clan-
deſt. homicid. num. 20. ad finem, & 21. lib. 1.
855 † quid autem ſi tempore occiſionis medie
tas corporis ſit in vno loco, & territorio,
& altera medietas in alio, quòd attenda-
tur locus, vbi adeſt caput, not. Afflict. d. lo-
856 co num. 22. † ſed quòd ſi in confinio duorũ
territoriorum ſit repertum cadauer, quòd
ambæ communitates teneãtur, notat d. nu.
22. verſ. ſextò. & num. 23.
857 † Ex præſumptionibus damnandus non
punitur pœna ordinaria, ſed mitiori, ita no
tat Gomeſ. tract. delict. cap. 9. de cap. reor.
num. 11. verſ. nec obſtat.
858 † Leui, & iniuſta ratione motus, & iuſta
credulitate delinquens, an excuſetur à pę-
na ordinaria, not. Tiraquel. cauſſa 43. de-
clarando, vt per eum, & Clar. d. q. 60. verſ.
& generaliter vbi diſtinguit.
859 † Ob ſcandala pœna ordinaria minuitur
delinquenti, Tiraq. ibidem cauſſ. 46.
860 † Delinquenti etiam pęna ordinaria mi-
nuitur, vt alij ad meliorem frugem trahan-
tur, Tiraq. cauſſa 49.
861 † Ob merita beneficiorum in rempubli-
cam collata per delinquentem, aut eius ma
iores, & proximiores tollitur, vel minuitur
pęna, Tiraq. d. cauſſa 49. nume. 1. cum ſequ.
idem Clar. d. quæſt. 60. verſ. item prodeſt, &
verſ. vilis eſt, limitando vbi atrociſsimum,
& grauiſsimum fuiſſet in rempublicam cõ-
miſſum facinus, quia tunc ob merita illa
non minueretur pęna, vt not. Tiraq. d. cauſ-
ſa 49. nu. 13. cum ſeq. idem Caſtan. ſuis con
ſuetud. Rubr. 1. des iuſtices. §. 5. in textu
s' il n' a Grace, num. 123.
862 † Ob excellentiam artificis, vel roboris
alicuius, conſulto Principe non ſolũ quis
mitius punitur, ſed etiam abſoluitur, ita
Cępol. caut. 2. num. 1. Iaſ. in l. 1. num. 1. ff. de
legib. & num. 12. dicit recedi à ſtatutis ob
excellentiam alicuius, Iaco. Boulen. d. §. fa-
moſos, num. 202. Contrad. d. cap. 9. nu. limit.
48. de mente Marſilij ſua praxi. §. opportu-
nè, nume. 6. vbi dicit interim differri exe-
cutionem, idem Boſſ. tit. de execut. ſenten.
num. 8. verſic. vel propter, excellentiam, &
tit.

tit.de homicid.nu.111.verſ. & idem quando,& nume.112.& tit.de pœnis,num.8.Tiraq. cauſſa 50. num.1. Carer.d.§. circa itaque, num.71.Clar.d.quæſt.60. verſic. pariter etiam, Bonacoſſ. d. verb. homicidium, in princ.verſ. item limita ſtatutum, vbi loquitur de Scolari, & Doctore excellente,
863 † in dubio autem non dicitur quis Doctor excellens,cum ſit qualitas,quæ non acquiritur, niſi cum maximis laboribus, Bonac.
864 ibidem,verſ.& in dubio,† limitatur tamen ſecundum Tiraq. d.cauſſa 50.nu.2. in manifeſto latrone, ſeditioſo,factioſo, vel ſimili, vt per eum.

865 † Vir aliàs optimis moribus, & vitæ ſanctimonia delinquens mitius punitur, Ti-
866 raq.cauſſ.51.nu.1. cum ſeq. † qualis autem dicatur, virpobus, not.d.cauſſ.ſi num.158. cum ſeq. nec ſufficit vnicus actus probationis, vt per eum.

867 † Conſuetudo etiam improba excuſat delinquentem à pęna ordinaria in foro iudiciario, Anchar. conſ.283. exemplificando, vt per eum. Marſ.in d.l.1.num.99.licèt in contrarium arguat, num.101. verſ. & licèt, cum ſeq.ff.ad Corn. de ſicar. Tiraq.d. cauſſa 42.in princ.Clar.d. quæſt.60. verſic. præterea poteſt, Plott.ſi quando,num.325. C.vnde vi, Menoch. tract. arbitr.lib.2.Cēt. 4.caſu 400. num. 8. & 9. quòd autem conſuetudo mala non excuſet in foro temporali in his, quæ de ſui natura ſunt mala,notat Iaſ.l.ait prætor. §.iurari, num.16. ad fi. ff.de iureiur. Gramm.deciſ.50. num.3.4. & 5.Petrus Gerardi ſing.83.num.3.4.& 5.

868 † Iudex non habens iuriſdictionem pœnæ ordinariæ, an poſſit punire leuiori in quantum ſuum arbitrium extenditur, diſcutit Tiraq.d. loco cauſſa 52.

869 † Mitius etiam punitur,vbi delictum nō eſt maximum, & promiſiſſet occiſor oſtenſurum ſocios Principi hoc pollicenti, Conrad.d. cap.9. num.20. limit.51.

870 † Idem ſi ipſe homicida multos alios latrones,vel homicidas detexerit, apprehendivè fecerit; non ſi promiſit facturum,quia tunc pœna poteſt à iudice indulgeri, Boulen.d.§.famoſos,num.190.

871 † Exponentes filios infantes ante forū alicuius hoſpitalis, vt moriantur, vel à lupis, & feris deuorentur, puniuntur extraordinariè, & ita ſeruare Senatum, notat Boſſ.dicto titulo de homicid.num.7.ad fin. & num.8.

872 † Ratificans delictum mitius punitur, quàm mandans, ita not. Bonacoſſ.in dicto verbo homicidium, in princip.verſic.item limitatur etiam, declarando, vt per eum.

873 † In grauioribus delictis non eſt contra ius obediendum mandato Principis,Domini,Magiſtratus, vel alterius ſuperioris, tamen delinqueus de mandato dictorum mitius punitur, ita Dec. conſ.535. num.3. ad fin.4.& 5.Tiraquell. dicto tract.cauſ.34.nu. 1.cum ſeq. Gomeſ. tract.delict. capit.9. de captura reor. num.12. circa medium, Clar.
874 d.quæſt.60.verſ.ſolet dubitari, † ſed quòd non poſſit occidens de mandato,& pręcepto Eccleſiæ, vel Imperatoris, notat Conrad.d.capit.9.nu.17.limit.38. verùm latius diſtinguit, Boſſ.d.titulo de homicid. num.
875 95. cum ſeq. † quòd iudex poſſit occidere eum, quém Princeps iubet occidi, not.Afflict.in dicto tit.de pace tenenda. d.verſic. ſi quis aliquem, nu.38. Boſſ. d.numero 95. ad quæ ſe refert relatiuè, Boſſ. tit.de Principe,& eius priuilegio,nu.341.diſtinguendo,an iuſſerit id priuato,quòd ſi non faceret eum occideret, & tunc excuſatur illud homicidium, vt ibi per eum, verſ. & circa,
876 † quod idem extenditur in quolibet alio potente viro, quando tamen veroſimiliter mandatarius debuit dubitare de vita eius, ſecus quando eſſet ſolitus ſic minari ille potius, non tamen exequi minas, ita Boſſ. dicto loco, verſic. ex qua confirmantur ex traditis in libro 3. communium, in verbo, condemnatus ad mortem, verſic. quinto
877 metus, † aut Princeps iubet officiali per verba,per quæ videatur agere via iuris, nō de facto,vt exequatur aliquam ſententiam condemnatoriam capitalem ſuſpendendi, vel aliter moriendi faciendi aliquem, tunc ſi iudex videt ſententiam iniuſtam, differt executionē per dies triginta,interim conſulendo, & reſcribendo Principi, & ſi iterum ſcribat eam exequendam, ei parendū, omnino,ita Boſſ.dicto loco,num.96. & 97.
878 † ſi tamen iudex eſt dubius, an iuſtum, vel iniuſtum ſit mandatum, excuſatur etiam à peccato,ſi conſideratis benè omnibus, executus fuerit, declarando vt per eum,num.
879 98. & 101. † Ducis autem bellici iuſſu etiā iniuſto parendum eſt, aliàs quis pœna ca-
880 pitis punitur, ita Boſſ. nu.102. † verum latius, & clarius diuerſos caſus diſtinguendo diſcutit,Menoch.d.tract. arbitr.libro 2. Cent.4.caſu 354. per totum.

881 † Principis, vel aliorum ſuperiorum precibus, vel blanditijs allecti delinquentes, mitius puniuntur,ita Dec. d.conſ.535. nu. 4.Tiraq.cauſſa 35. per tot.& Menoch.d.caſu 354.num.12. cum ſeq.

882 † Inuiti, vel coacti metu etiam alicuius potentis delinquentis, mitius puniuntur, ita Marſ.in d.l.1.in princ.num.92.cum ſeq.

Con-

Conrad.d.cap.9.num.14. limita 20.Traqu.
883 cauſſa 36.num. 1. † ideo inferunt ſcriben-
tes excuſari à pœna ordinaria homicidij,
vt per eum,num.2.cum ſeq.Carer. d.§.cir-
ca quartum,nu.173.Iacob.Boule.d.§.famo
ſos,num.200.& 201.Clar.d.quæſt.60. verſ.
quæro modo,Bonacoſ.d.verb.homicidium
verſ.item limita ſtatutum ſi quis, Menoch.
tract.arbitr.lib.2.cent.4.caſu 342. num. 12.
vbi loquitur de ſeruo occidente aliquẽ iuſ
ſu domini ei minantis mortem, vbi id non
884 faceret † à pœna quoque ordinaria homi-
cidij excuſant ciuiles excuſationes,exem-
plificando,vt per Carer.d.loco, nume.186.
885 vſque ad num. 193. † veluti in occidente
furem nocturnum, vel agrorum depopula-
torem,declarando, vt per eum latè, de fu-
re, & agrorum depopulatore, quòd poſſit
impunè occidi,notat Boule.d.§ famoſos,
num.162.cum addit, ibi, idem not. Afflict.
d.rubr. 13.de homicid.nu. 16. verſ. ſexto,
886 & num.27.verſ. 19. lib. 1. † quod idem di-
cit in fure diurno,numer.16.vbi aliter non
poſſit euadere occidens,Marſil.dicta l.1.in
princip.nu.18.& 23.idem Boer.deciſ. 173.
num.7.verſ.ſed è contra, Conrad. d. loco.
num.9.limit.1.& num.10.limit.6. Clar.d.§.
homicidium,verſ. vltima eſt, de vtroq; fu-
re nocturno, & diurno notat declarando,
Boulen.d.loco,num.164.165. & 166. Con-
rad.Lauden.d.cap.9 §.tertio, rubr. de fu-
ribus,num.27.Bonac.in d.verb.homicidiũ,
887 verſ.item limita in occidente furem, † diſ
ferentiam autem quare fur diurnus non
pmittitur ſic faciliter interfici, notat For-
tũn.Garzia.d.l.vt vim,num.28.cum ſeq.vbi
Claud.Seyſel.num. 51. cum ſeq.ff.de iuſtit.
& iur.
888 † Latronem quoque viarum, & itinerũ
tranſeuntibus inſidiantem, licèt impunè
occidere,ita Boulen.d.§.famoſos, nu.163.
889 † Indebitè tortus occidens iudicem nõ
punitur pœna mortis, ita not.Marſil. ſing.
455.num.2.& §.diligenter,nu.58. vbi dicit
extraordinariè puniendum,idem Marſ.tra
cta.bannit.in verbo,carcer.num. 23.
890 † Iudex quoq; pęnã perpetui carceris po
teſt imponere pro pœna mortis, ita Marſ.
ſua praxi.§.attingam,nu.30.Conrad. d.ca.
9.num.16.limit.32.
891 † Multitudo vbi adſit delinquentium pę
na mitiori puniuntur delinquentes,ita Au
guſt.ad Angel.d.verb.ex interuallo, nume.
7.verſ.item pro homicidio,Tiraqu. d.loco
cauſſa 47.num.1. & ſeq. limitando ſeptem
modis,vt per eum,num.7. vſque ad fin.no-
tat declarando Felyn.cap.dilecto, num.7.
de except.Afflict.d.rubr.13.num. 18. verſ.
13.Carer.d.§.circa quartum,nu. 346. Boſſ.
tit.de remed. ex ſola clementia Principis,
numero 5. Clar. d.quæſt. 60.verſ.allegatur
891 etiam, † in quo quidem articulo qualiter
ſint puniendi,ſi plures fuerint delinquen-
tes,diſtinguendi ſunt aliqui caſus, in qui-
bus ſcribentes non parum controuertunt,
& inter ſe diſſentiunt, ſi enim plures fue-
rint vulnerantes, & vnicum ſit vulnus læ-
thale,quo mortuus ſit vulneratus, ſi appa-
reat quis intulerit vulnus illud læthale;
tunc contra eum formatur inquiſitio de
homicidio, & contra alios de vulneribus,
vel percuſſionibus, Afflict. dict. rubr. 13.
numero vigeſimo. verſic. decimoſeptimo.
idem Couar.tract.relect.ſecundæ partis. §.
ſecundus, numero tertio, verſic. ſecundus
caſus,& Conrad.d.capit.9. num. 18. limit.
892 39. † limitando,niſi homicidium eſſet ani
mo deliberato patratum, quia puniuntur
pœna mortis omnes,nõ per ſtatutum, quia
893 tunc ſolum occiſor punitur, † vbi autem
ignoratur cuius ictu ille perierit; ſi par eſt
pœna prout diſponitur infra, quando de-
lictum eſt de animo deliberato, vbi impo-
nitur eadem pœna auxiliatoribus, prout
principalibus, tunc contra vnum forma-
tur inquiſitio de homicidio, & cõtra alios
de auxilio,alias non poteſt formari ſic in-
894 quiſitio, vt notat Boſſ. ibi, num. 31. † ſed
quòd eo caſu contra omnes æqualiter for-
metur de homicidio narrando factum, ne-
minem nominando pro homicida, & ſi
ſint contumaces omnes poſſũt condem-
nari pœna homicidij,ita Senatum ſeruaſſe
notat Clar. d. §. homicidium, verſ.ſed hic
895 incidenter, † omnibus autem comparen-
tibus,vbi ignoretur quis intulerit illud lę-
thale, omnes abſoluuntur à pœna homici
dij,non pecuniaria,ita ſecundum vnã opi-
nionem, notat Gand. dicta rubr. de homi-
cid.numero 12.& practic. in forma inqui-
ſit. verſ. pluries, numero ſecundo. Marſil.
dicta l.prima,in princip. numero 90. Con-
rad.dicto capitul. nono, numero decimo-
quarto,limitat.decimaſeptima.Boulen. di-
896 cto §. famoſos, numero 198. † ſecundum
autem opinionem, Bartoli,& Dyni, & Cy-
ni, diſtinguitur, quòd aut omnes habebat
propoſitum committendi homicidium,
aut vnus, aut nullus, & tunc iuxta iuris
communis diſpoſitionem, ſecundum quã
attenditur magis animus, quàm actus fa-
cti; tunc omnes tenentur de occiſo, in-
telligũtur autem fuiſſe talis propoſiti,ma-
xime ſi clamabant, ad mortem, ita Gandi.
dicto numero duodecimo, ad fin. decla-
rando, vt per eum, & practic.dicto num.2.
verſ.

897 verſiculo ſic diſtinguitur, † ſecundum autem conſuetudinem ſtatutorum Italiæ, & generalem, ſecundum quam attenditur factum, tunc diſtinguitur, vt infra hoc ſecundo, & tertio caſu, quando vnus, vel nullus erat propoſiti homicidium committendi, quòd tunc debent contemplari ictus cuiuſcumque per ſe, & ſi appareat cuius ictu, vel percuſſione fuerit occiſus, ille ſolus de occiſo, & alij de ope, & auxilio præſtito ad homicidium committendum puniuntur, vt not. Gand. dicta rubrica de homicid. numero tertio.
898 exemplificando, vt per eum, † ſi autem non appareat cuius ictu ſit mortuus, tunc quia potuit id contingere dupliciter, vel quia nullum per ſe eſſet vulnus mortale, ſed omnia ſimul iuncta facerent vulnus mortale, hoc caſu omnes puniuntur
899 de occiſo, † idem ſi vnus ſit tantum vulnus mortale, ſed ignoratur quis illud intulerit, ſecundum eos, ſed ſecundum æquiorem, & veriorem omnes abſoluuntur à pœna homicidij, non pecuniaria, practic. dicto loco, numero ſecundo. verſiculo ſecundo caſu, quam ſententiam benigniorem, quando ſit tantum vnicum vulnus mortale, notat Alexand. conſilio decimoquinto. num. quarto. cum addit. ibi, volumine primo. Afflict. dicta rubric. decimatertia. numero vigeſimonono. Boſſ. dicto titulo de homicid. numero vigeſimoſeptimo. Ruin. conſilio 143. numero vigeſimonono. volumine primo. latè Carer. dicto §. homicidij autem, numero 75. & §. circa quartum, numero 345. Couarru. dicto §. ſecundus, numero quarto. verſiculo quarto conſtituitur, & numero 5. Gomeſ. tract. delict. capitulo tertio. de homicid. numero 36. vbi ponit quatuor concluſiones principales, declarat etiam Clar. per tres caſus dicto §. homicidium, verſic. alia eſt defenſio, & verſic. aut vero plura, ibi, aut erat vnum, cauetur etiam in libro octauo communium, in verbo homicida verus, Burſat. conſilio 65. numero nono. lib. primo. Idem etiam in proiectu lapidis ex quo aliquis fuit interfectus ſi ignoretur quis proiecerit, Marſil. in Rubric. C. de probat. numero 439. Vrſillus ad Afflict. deciſ. 57. numero 6.

900 † Nouem autem caſus, notat diſtinguendo Menoch. tractat. arbitr. libro ſecundo.
901 Cent. 4. caſu 362. per totum, † quando autem plura ſunt illata vulnera, & certi ſunt vulnerantes, certa etiam ſunt vulnera ab ipſis ſingulis illata, ſed ignoratur ex quo vulnere in ſpecie ille deceſſerit, tunc ſi ſunt omnia læthalia, omnes puniuntur de occiſo, ſi autem adſint læthalia, & certi ſint vulnerantes illi tantum tenentur de vulneribus, Clar. dicto §. homicidium, ver-
902 ſic. aut vero plura ſunt, † quicquid ſit, quòd eo caſu, quando eſt incertitudo delinquentium, quòd omnes poſſint torqueri ad veritatem eruendam, ſed imprimis magis ſuſpectus, not. Boſſ. dicto titulo de homicid. numero 28.

903 † Et ſolitus delinquere præſumitur occidiſſe, vt dicatur magis ſuſpectus, Carer. di-
904 cto §. homicidij autem, numero 47. † bonaque fama probata iuuat quoad euitandam torturam, vbi non ſit fama publica in contrarium, vt notat Clar. dicta quæſt. 60. verſic. frequens etiam, inquiſitus vlterius de vulnere illato, quòd ex eo vulneratus deceſſerit, poteſt probare contrarium, eum deceſſiſſe ex alio, Carer. dicto §. homicidij
905 autem, num. 72. † duo autem ſi intulerint vulnera, ſi vnus animo occidendi vulnerauerit non læthaliter, & alter ſtatim occiderit, tunc an ambo teneantur de vulnere, & occiſo, quòd primus de vulnere, & alter de occiſo, not. Foller. ſua Praxi, prima parte, ſecundæ partis, verb. recipiantur defenſiones, numero ſeptimo. Idem diſcutit Afflict. dicta Rubric. 13. numero 25. & 27. Marſil. dicta l. 1. numero 87. & 88. ff. de ſicar. Boſſ. titulo de homicid. numero 24. verſic. ſecundus caſus, Boer. deciſ. 329. numero nono. Anton. Trigon. ſing. 87. numero 2. Carer. dicto §. homicidij autem, numero 68. cum tribus ſequen. Conrad. dicto cap. nono. numero 14. limit. 17. & numero 19. limit. 46. modo id ſit in rixa, & ſine propoſito, vt ibi per eum, Didac. d. §. ſecundus, numero 6. Clar. dicto §. homicidium, verſiculo, ſed quid ſi reus, latè declarat per caſus diuerſos, Menoch. dicto loco, Cent. 4. caſu 362. num. ſeptimo. cum ſeq.
906 † quicquid ſit, quòd ambo teneantur de occiſo, ſi ex interuallo ſecundus vulnerauerit, notat additio ad practic. dicta forma inquiſit. verſ. pluribus percuſſionibus, in
907 verbo, de perſona, † maximè ſi ſecundus vulnerauerit ex mandato primi vulnerantis, ita Carer. dicto numero 68. & Tiraquell. de pœn. temper. cauſſa 61. Boer. deciſ. 323. numero nono. vbi inuehitur multum contra quendam aduocatum, qui dederat conſilium læthaliter vulneranti primo, vt effugeret pœnam homicidij, quòd faciat illum vulneratum occidi per tertiũ, refert id idem Afflict. in titulo de pace

iuramento firman. verſiculo ſi quis alium, numero nonageſimoprimo. Boulen. dicto §. famoſos, nu.197. vbi latè diſcutit, Clar. dicto §. homicidium, verſiculo ſed quid ſi
908 reus, † vbi autem quis vulnerauerit. & alter occiderit, primus non tenetur pœna ſtatuti de occiſo, ita latè diſputando, notat Marſil. ſua Praxi. §. & quia, numero vigeſimoſexto, cum ſequen. maximè, numero 32. ad fin. & numero trigeſimoquinto, vbi remiſſiuè.

SVMMARIVM.

Homicida quo loco, & à quo iudice puniatur. numero 909.
Homicida, an duplici pœna puniatur.
Homicida, an primo, ſecundo morte mulctetur etiam. num. 910.
Delinquente non vero punito, an etiam poſtea ſi reperiatur verus puniatur. num. 911.
Conſiliarius Principis non punitur eo inconſulto. numero 912.
Decurio non punitur inconſulto Principe. numero 913.
Punitur quis de duobus homicidijs ſi volens vnum occidere, alium occidat. num. 914.
Heres tenetur vendicare mortem occiſi. numero 915. 916.
Homicidam poſſe ex ſtatuto caueri, vt ab conſanguineis interficiatur. num. 917.
Vindictam à ſe nemo faciat. num. 918.
Iudex habens arbitrium cognoſcendi de homicidio ſecuto poſtea ſub alio, cognoſcit de vulnere ſecuto ſuo tempore. num. 919.
Arbitrium datum intelligi ſecundum ius. numero 920.
Arbitrium datum ſuper crimina extendi ad homicidium. num. 921.
Qualitas ad condemnandum requiſita probanda eſt. num. 922.
Puniri quis poteſt in loco tractatus homicidij. numero 923.
Inſultus vno loco punitur, alio mors ex eo ſecuta. numero 924.
Punitus ab vno, non punitur item ab alio. numero 925.
Clericus non punitur regulariter ex homicidio, ſed traditur ſæculari. num. 926. 927.
Degradatio quando fiat. num. 928.
Irregularis, an in conſcientia poſſit beneficium retinere. num. 929.
Homicida non poteſt inquiri, niſi conſtet de corpore occiſi, & de homicidio. num. 930.
Homicidij indicia, num. 931.
Fuga eſt indicium homicidij. num. 392.
Solitus committere delictum præſumitur occidiſſe. numero 933.
Vicinus penes cuius portam eſt cadauer. numero 934.
Frequentans ſtratam vbi eſt mortuus. numero 935.
Minæ arguunt delictum factum. num. 936.
Cohabitatio eſt indicium homicidij facti domi. numero 937.
Mortuus in itinere præſumitur, quòd caſu, numero 938.
Mortui confeſſio, an culpet, vel iuuet. numero 939.
Offenſi exculpatio, an iuuet à tortura morientis confeſſio, an grauet alterum, vel exoneret omnino. num. 940. 941. 942.
Teſtes deponentes credere illum non occidiſſe probant. num. 943.
Socius occiſi non probat. num. 944.
Proceſſus non legitimus non probat homicidium. numero 945.
Sententia capitalis quomodo agitanda. numero 946.
Defenſio non eſt deneganda imputato de homicidio. num. 947.
Vulnerati exculpatio, an exoneret. numero 948.
Confeſſus occidiſſe viuentem, an puniatur. numero 949.
Præſumptiones quando ſufficiant ad condemnandum.

c Puniatur.

PEr iudices competentes, ſcilicet qui ſint autem competentes, quando quis delinquat extra territorium ſui domicilij, vel originis homicidium committendo, & qua pœna puniendus ſit hic homicida, vel delinquens, latè diſcuſſum per nos, ſupra titulo de accuſat. capitulo ſi in eadem iuriſdictione, & capit. procedant iuſdicentes, vbi eſt locus ſuus.

909 † Pro homicidio, an poſſit imponi duplex pœna; Manus ſcilicet, propter vulnus, & mortis pro homicidio, quòd non, ſed vna confunditur per aliam, niſi vulnus fuerit illatum diuerſo tempore, notat Carer. dicto §. circa itaque. numero vigeſimoſexto.

910 † Statutum ſi imponat pro homicidio primo pœnam pecuniariam, & pro ſecundo decapitationem, ſi quis pro primo homici-

micidio pœnam pecuniariam ſoluerit, ſi dein ſecundum homicidium cōmittat pœnam decapitationis non euitat, ita Brun. ſuper conſtitut. in verb. homicidium, verſiculo ſtatutum vnum, Bonacoſſ. in eodem verbo homicidium, verſiculo ſtante ſtatuto.

911 † Non verus delinquens ſi ſit punitus, ſi dein' reperiatur verus delinquens, ipſe nihilominus punitur lege Cornelia de ſicarijs, Marſil. §. opportunè, numero duodecimo. notat etiam Afflict. dicto verſic. ſi quis alium, num. 89. & Iacob. Boulen. d. §. famoſos, num. 125.

912 † Conſiliarius Principis homicida non poteſt puniri inconſulto Principe, niſi ſit pro ſedando populo, ita Boſſ. tit. de homicid. numero 18. † Idem in Decurione, not. Tiraquell. cauſſ. 31. num. 41. Cœpol. caut. 2. numero 11. Carer. dicto §. circa itaque, numero 86.

913

914 † Volens occidere Titium, ſi alium ſimul occidat, tenetur de duobus homicidijs, vt per Carer. dicto loco, nu. 66. Tiraq. de pęn. temper. cauſſ. 14. num. 3.

915 † Hæres, an teneatur vendicare mortem occiſi, quòd ſic, notat Crauet. conſ. 119. numero tertio. Gomeſ. Tract. delict. capit. tertio. de homicid. numero 53.

916 † Tamen ſi pater hęredis ſit occiſor, non tenetur cum accuſare hæres, Ioan. de Arnon. Dialog. 75.

917 † Statutum, quòd homicida poſſit occidi ab hæredibus, vel conſanguineis interfecti, an valeat, not. Brun. dicto verb. homicidium, verſic. ſtatutum, an valeat, quòd non, notat Boſſ. dicto titulo de homicid. dicto numero 111. diſcutit latè Marius Salam, dicta l. vt vim, numero vigeſimotertio. ff. de iuſt. & iur.

918 † Nam vindictam quis non poteſt ſumere propria auctoritate ſine iudice, Seyſell. dicta l. vt vim, numero 111. limitando, num. ſequent.

919 † Iudex habens arbitrium cognoſcendi de homicidio commiſſo tempore ſui officij, cognoſcit de vulnerato tēpore ſui officij, licèt obierit tempore alterius, & tempus vulneris ponendum in accuſatione, Alberic. tract. ſtatut. lib. tertio. quæſtione trigeſimatertia. Carer. ſuo §. homicidium autem hominis, numero decimoquarto, decimo quinto, & decimoſexto.

920 † Arbitrium habens inquirendi, & procedendi pro homicidio ad ſuum arbitriū, debet tamen pronuntiare ſecundum formam iuris, ita Bonacoſſ. dicto verbo homicidium, verſiculo cum ſtatutum Bononiæ.

921 † Si ex vno ſtatuto pro homicidio imponatur pœna mortis, ex alio ſtatuto de omnibus criminibus imponatur arbitrium poteſtati, an habeat arbitrium pro homicidio, notat Corſet. ſingul. ſtatutum, il quinto.

922 † Pro homicidio ſi imponatur maior pęna ſi ſit commiſſum de nocte, quàm ſi ſit commiſſum de die, ſi nō probetur qualitas noctis, an ſi fiat accuſatio de homicidio noctis, poſſit condemnari vti factum de die, notat Bald. l. edita, numero 32. C. de eden.

923 † Homicida contumax in loco delicti poteſt puniri in loco tractatus habiti pro homicidio committendo, ita Marſil. in dicta l. prima. in princip. numero decimoſexto. ff. de ſicar. & tract. bannit. in verbo contumacia, numero 78. idem Conrad. dicto capitulo nono. de homicid. numero ſeptimo. ampliat. 14.

924 † Si quis ſit vulneratus in vno territorio, & occiſus in alio, poteſt occidens in Territorio inſultus conueniri pro inſultus & pro occiſione in alio, Afflict. dicto titulo de pace iuramento firman. verſic. quarto notat, numero 8.

925 † Exiſtens in vno territorio ſi occidat exiſtentem in alio territorio iudex cuiuslibet territorij poteſt procedere, & contra punitum per vnum iudicem, non poteſt alter procedere, ita Afflict. dicto verbo, quarto nota, numero ſeptuageſimonono.

926 † Clericus pro homicidio nō poteſt puniri, nec tradi morti à iudice ſęculari regulariter, ita Iacob. Boulen. dicto §. famoſos, numero ducenteſimoſexto. verſiculo trigeſimonono. Limitando, vt per eum. ff. de pœnis.

927 † Clericus autem, an poſsit tradi Curiæ ſeculari, vt moriatur pro homicidio, notat Carer. dicto §. circa itaque, numero quinquageſimoſeptimo.

928 † Quando autem degradatio fiat eius, & quibus caſibus, numero quinquageſi-

929 mooctauo, cum ſequen. quatuor, † fit autem clericus pro homicidio irregularis, & priuatur beneficio, ſed an ipſo iure, vel requiratur ſententia, & an cum conſcientia retineat beneficium, notat Carer. ibi, numero ſexageſimoſexto, & ſexageſimoſeptimo, & an poſſit renunciare ei beneficio, & quid in aſſaſinio, an ſit ipſo iure priuatus, notat ibi, & an ſuper homi-

cidio clerici poſsit Epiſcopus diſpenſare,
& quis poſsit diſpenſare,notat idem d.lo-
co,Carer.num.68.
930 † Nõ poteſt agi contra aliquẽ homicidã,
niſi conſtet de homicidio, & de corpore
occiſi, vt not. Ioan. de Arnoh. caut. octa-
ua. & Menoch.tractat.adipiſc. remed. ter-
tio. numero 169. Ioſeph.Ludou.ſuis com-
munibus, concluſione decimaquarta.verſ.
931 infertur ſexageſimoſeptimo, † de indicijs
autem quæ inſurgũt contra aliquem, quòd
ſit homicida, not. Afflict. dicto ſuo titulo,
§.inimico, verſiculo quarto nota, numero
decimoſexto.cum ſequẽt.plurib.Boſſ titu-
lo de indicijs ante tortur. per totum, &
dicto titulo de homicid. numero 104.verſi
culo quomodo, & numero 105. & 106.
vbi aliquos explicat, Boer. deciſ. 164. in
932 princ. † inter alia fuga eſt indicium ad ho-
micidium, ita Cæpoll.conſilio vigeſimo-
933 nono. numero ſecundo. † mortuus,vel oc-
ciſus ſi reperiatur quis in ſtrata publica,
præſumitur interfectus ab eo, penes cuius
hoſtium fuit repertus, ſi talis ſit ſolitus
committere delictum, ita Bartol. l. Aedi-
les, numero quarto.ff.de via publica,Marſ.
in dicto verbo mortui, numero 128. Me-
noch.tractat.arbitrar.libro ſecundo. Cent.
934 4. caſu 394. numero 54. & 55. † vel ab eo
qui frequentabatur illam ſtratam, maximè
ſi inimicitiã inter ſe habebant, vt per eun-
dem, numero 129. idem Alexand.conſilio
935 50. numero ſexto. volum. primo, † vel ab
eo, qui ſit minatus, ſi ſit ſolitus exequi
936 minas,vt numero 130. † vel ab eo, penes
quem ſunt repertæ res, & panna eius, vt
937 per eum, numero 131. † mortuus etiam in
domo,præſumitur occiſus ab habitãtibus;
938 vt per eum, numero 132. † mortuus autem
in itinere, præſumitur potius mortuus ex
itinere, quam aliter, vt ibi per eum, nu-
939 mero 133.† inculpatio autem occiſi in mor
tis articulo, an noceat inculpato, notat
Carer. dicto §. circa quartum, nume.357.
940 † exculpatio autem offenſi, an & quando
excuſet accuſatum, & de excuſante con-
demnatum, not. idem Carer. dicto loco,
941 numero 316.& iuuat à tortura exculpatio
offenſi, etiam ſi quis habeat inditia contra
ſe, ita Ioan.de Arnon.caut. tertia. ſi autem
vulneratus antequam decedat, vnum gra-
uet; alium diſgrauando, non nocet veri-
tati, quomodo, not. Afflict.dicta rubr.de-
cimatertia. numero 40. & 41. & in dicto
titulo de pace iuramento firman. verſicu-
942 lo quarto nota, numero 95.& 96.† & quòd
exoneratio defuncti non iuuet occiſorem,
vbi liquidè conſtet de veritate, not. Con-
rad. dicto capit. nono, de homicid.num.8.
ampliat.29.

943 † Inquiſitus de homicidio,vel alio delicto,ſi pro eius defenſione teſtes deponant per verba credere,probãt,vt ait Io. de Arno.ſing.24.

944 † Qui eſt in ſocietate interfecti non poteſt eſſe teſtis contra homicidam,idem Io. de Arno.ſing.97.

945 † Ex proceſſu facto non ſeruata forma ſtatuti, ſi quis ſit confeſſus homicidium, an ſit condemnandus,notat Signorol.conſilio 115.

946 † Ad ſententiam capitalis cõdemnationis qualiter debeat deueniri in cauſſa homicidij,notat Carer.dicto §. circa itaque, numero 38.

947 † Quod autem non denegatur defenſio imputato, antequam condemnetur, notat Gandin. dicta rubr. de homicid. numero quinto.

948 † Vulneratus ſi dixerit, quòd ille, contra quem proceditur; non eſt vulnerans, an poſsit contra alium procedi,diſtinguit, Afflict. dicto verbo quarto nota, numero 97.

949 † Captus,& confeſſus occidiſſe Titium, qui tunc viuebat, ſi dein' Titius moriatur, poteſt ex tali confeſsione puniri, non ſic ſi deberet puniri ex ſtatuto, vt per eundem,Afflict.ibi,num.92.

950 † Ex præſumptionibus quando, & quomodo quis damnari poſsit, notat latè explicando Ioſeph Ludouicus ſuis communibus concluſ. quadrageſima quinta per totum.

SVMMARIVM.

Pœna capitalis multiplex.num.951.

Capitalis pœna eſt deportatio, vel exilium. numero 951.

Excommunicatio eſt pœna mortis.

Capitis pœna in ſtatuto quæ ſit.nu.952.

Capitalis pœna poteſt eſſe exilij, licet mulctetur etiam quis pecunia, vel alia; numero 953. 954.

Capitalis pœna dicitur etiam mortis, iuxta decretorum verba.nu.955.956.

Capitalis pœna intelligitur mortis, vbi additur, ita quod moriatur.nu.957.

Capitalis pœna extenditur ad mortem vbi ſit mentio furcæ, ferri, laquei, vel pœnã acerrima.num. 958.

Clericus damnatus ad mortem prius degradandus,

dus. numero 959.
Homicida tenetur hæredibus ad intereſſe. numero 960.
Capitali pœna mortis non afficitur brutum. numero 961.
Sententia capitalis ſuſpenditur appellatione. numero 962.
Sententia capitalis differtur etiam aliter, quam per appellationem, vt ſi teneatur reddere rationem mercaturæ. num. 963. 964.
Sententia capitalis differtur ob imputationem maiorem, vel ſi ſententia ſit iniuſta, vel ex ira Principis. num. 965. 966. 967.
Executio ſententiæ capitalis quandoque differtur, 968. 969.
Exequens mandatum non incurrit pœnam. numero 970.
Barrucerij exequentes excuſantur. numero 971.
Executio differtur per vnam diem ratione ſacræ confeſſionis. num. 972.
Executio ratione prægnantię differtur, ſed an membri mutilatio, Item cauſa infantis alendi. numero 973. 974. 975.
Exilium differtur ratione prægnantiæ. numero 976.
Bannita prægnans non poteſt occidi, numero 977.
Adulteram prægnantem à patre occidi. numero 978.
Prægnans non cogitur teſtificari. num. 979.
Executio differtur ob Ferias Dei, & cum damnatus vult Principi detegere periculum, & ad tollendum tumultum. num. 980. 981.
Tumultus cauſa ſedandi executio differtur. numero 982.
Executio differtur, vt aliud crimen indagetur. numero 983.
Executio differtur per appellationem. numero 984.
Executio differtur ob accuſationem falſi. nume. 985. & ſeqq.
Executio differtur pro eo die, quo quis ſumpſit ſacram Euchariſtiam, vel per tres dies. numero 988. 989.
Executio differtur ob qualitatem artificis. numero 990.
Executio differtur ratione furoris ſuperuenientis. numero 991.
Executio differtur cum conſtat de innocentia, & alijs caſibus. num. 992. & 993.
Eccleſiæ immunitate gaudere condemnatum. numero 994.
Cœmiterium gaudet Eccleſiæ immunitate. numero 995.
Sacerdos portans Euchariſtiam reddit condemnatum ad eum confugientem tutum. num. 996.
Euchariſtia ſacramentum non reddit immunem à morte. numero 997.
Statua Principis reddit ſecutum ad eam confugientem. num. 998.
Cardinalis Pileus reddit tutum condemnatum. numero 999.
Læſæ Maieſtatis crimine damnatus non gaudet priuilegijs aliorum damnatorum. num. 1000.
Meretrix ſi petat damnatum in maritum, auditur, numero 1001. & 1002.
Virgo Franciæ poteſt petere ſibi maritum damnatum. num. 1003.
Meretrix Mediolani non poteſt petere ſibi damnatum in maritum. num. 1004.
Gratia fit ſi laqueus frangatur, vel triremis naufragium faciat, numero 1005. 1006. & ſequentibus.
Gratia bannito per vim ducto ab alio territorio. numero 1009.
Subdiales litteræ quando dentur pro exequenda ſententia. num. 1010.
Præuentioni, quando in delictis ſit locus. numero 1011.
Sententia condemnatoria alterius iudicis non ſui facit ſolum iudicium. num. 1012.
Sententia alterius, quando exequenda, & quomodo, & an iudex domicilij, numer. 1013. 1014. & ſequen.
Brachium ſæculare quando implorandum, nu. 1016. 1017. 1018.
Puniri quis non debet in vtroque foro, numero 1019.
Sententiam eccleſiaſticorum, an laicus exequatur, ſine nouo proceſſus, quòd Senatus Mediolani non fecit, num. 1020.
Damnatos ad confeſſionem hortandos, num. 1021.
Damnatis datur Euchariſtia tamen per diem executio differtur, num. 1022. 1023.
Damnatus traditur ſatellitibus, num. 1024.
Carnifice deficiente cogitur vilis aliquis, numero 1025.
Damnatus decapitatur expenſis fiſci, nu. 1026.
Damnatus ducitur decapitandus poſt, per loca publica, num. 1027.
Damnati ducuntur ad ſupplicium bobus cum ducentibus ſoluto pretio domino eorum, numero 1028.
Damnatus ad flammas prius ſtrangulatur, numero 1029.
Damnatus ſi moriatur poſtea non ſuſpenditur, numero 1030.
Damnatorum cadauer lapſo die deponitur de furca, num. 1031.
Damnatorum cadauera dari affinibus ſepelienda, niſi ſint latronum, vel dentur anathomicis cum licentia Senatus, numero 1032. 1033. 1034. 1035.
Damnati veſtes ſunt iudicum, num. 1036.

Damnatorum veſtes vendi & pretium conuerti pro maleſactoribus præquirendis, vel iuxta conſuetum fiat, nu. 1037, 1038.

Veſtes damnatorum pretioſæ ſunt ſatellitum, numero 1039.

Damnatorum veſtes viles Mediolani, ſunt carnificis, num. 1040.

d Ita quòd moriatur.

951 HOc † dictum, & expreſsũ, quia multiplex eſt pœna capitalis, & ſimpliciter impoſita pœna capitis, vel capitalis, intelligetur de deportatione, vel exilio, ſecundum communem vti mitiorem, vt latè notatum ſupra in præludijs, tit. de pœnis, & firmat. Ita Fely. cap. ex hominis, numero 22. in princ. licèt in cõtrariũ arguat, verſ. poteſt attentari, cum addit. ibi de conſtit. Decius l. Imperium, num. 13. ad finem, & 14. & 15. ff. de iuriſd. omniũ iudic. Fely. c. qualiter, & quando, il ſecondo, nu. 52. de accuſ. Duenas reg. 393. limit. 3. Anchar. iun. q. 30. num. 6. 7. & 8. lib. 2. Boſſ. tit. de ſententijs, nu. 101. vbi loquitur relatiuè, & pœna mortis de iure canonico, eſt excommunicationis, ita not. Montald. de reprobat. ſententiæ Pilati, nume. 28. cum ſequen. notat,
952 † hæc principalis concluſio habet locum etiam in ſtatutis loquentibus ſimpliciter de pœna capitis, ſecundum communem, vt per Caſſan. d. loco, nu. 2. & Carer. d. num. 17. idem Caſſan. ſuis conſuet. rubr. . §. 5. il textu, il en perdia la vie, nu. 2. Carer. ſua
953 Praxi, d. nu. 17. in §. circa itaque, † ampliãdo etiam ſi addita eſſet pœna vltra capitalem confiſcationis bonorum, quia intelligeretur nihilominus pœna capitalis exilij tantum, ita contra Carer. d. nu. 17. verſ. ibi etiam, & Bertr. tenentes contrarium, firmat Alex. conſ. 104. nu. 2. vol. 1. Anchar. d. loco, nu. 11. & 12. ex quo ſcribentes indiſtinctè
954 in hac communi loquuntur, † etiam quod addita ſit pęna pecuniaria, vt per eum ibi,
955 † quæ opinio magis habet locum ſtãte decreto de quo infra c. ſi. nullus corporaliter, vt ſignãter docet, Boſſ. tit. de coitu dãnato, nu. 82. in princip. & Anchar. iuni d. q.
956 30. ad finem, † limitando hanc opinionem etiam ſtante illo decreto, nullus, procedere, niſi tractaretur de delicto, ex quo de iure communi etiam imponeretur pęna mortis naturalis, prout in homicidio, & coitu cum moniali, vel ſimili contra opinionem quorundam, vt per eundem Boſſ. d. loco, numero 28. quod idem not. Fely. d. c. qualiter, & quando, nu. 53. & ibi nu. 52. 53. & 54. notat alias limitationes, cum relatis per Ca-
957 rer. d. num. 17. † ideo ad tollendas has difficultates ſolet addi clauſula, ita quod moriatur, quia tunc verba hæc mortem naturalem inferunt, ita not. Anchar. d. q. 30. nu. 9. ad fin. Clar. d. ſua Praxi, §. ſi. q. 67. in prin. ad finem eius, Cummia. ſuis ritib. c. 71. nu. 18. & 19. Bonac. in quæſt. crim. in verbo, pœna, verſ. quod ſtatuto, ibi, ideo quando, & ita hic cauetur, & ſupra, in princ. & c. quicunque cuiuſuis, & cap. carnali copula, &
958 tit. de raptu mulie. & alibi ſæpe, † idem ſi addantur ſtatuto, vel decreto clauſulæ inferentes mortem, veluti de furca, laqueo, ferro, flamma, igne vltimo ſupplicio, ferali peſte, vel ſimili, vt per Anchar. d. q. 30. n. 10. idem ſi dicatur imponendam pœnam acerrimam, quia intelligitur de morte, ita Fely. d. cap. ex his, nu. 22. verſ. ad idem textus, l.
959 2. de conſtit. † clericus ſi ſit damnatus in pœnam mortis naturalis intelligitur tamẽ quod prius degradetur, dein morti tradatur, ita Boſſ. tit. de ſent. nu. 101. & 102. Carer. §. circa itaq; nu. 57.
960 † Vltra pœnam mortis occidens, vel vulnerans aliquem tenetur ad expẽſas, vel intereſſe verſus ipſos occiſos, vel vulneratos, vel eius hæredes, ita Ioſeph. Ludouicus, ſuis communibus concl. 39. amplia. & a limitando, vt per eum. a
961 † Animal irrationale committens delictum non poteſt puniri pœna mortis dempto caſu notato per Clar. d. §. ſi. q. 99. verſ. quæro etiam.
962 † Sententia capitalis, & corporalis ſtatim mittitur executioni per iudices ad quos ſpectat, de quibus infra dicetur, niſi damnatus inſpecto iure cõmuni appellet, vel alius pro eo, declarando, vt per Angelum tract. malefic. in verbo, & ibi caput à ſpatulis, nu. 25. cum addit. Auguſt. ibi latè. Quæ quidem appellatio, & omne aliud remedium ordinarium, & extraordinarium, & ſublatum fuit apud nos, per decretum, ſupra tit. de accuſat. cap. à ſententia.

Execu-

ADDITIO.

a Addas Nauar. in Manuali c. 15. nu. 20. & quomodo extimentur operę hominis mortui, & quibus debeatur extimatio. Vrſil. deciſ. 34. quod teneatur ad damna ſocio exercitationis. Boer. deciſ. 233. vtrum creditori, cui occiſus ſua arte ſatisfaciebat. Vrſill. d. deciſ. 34. & talis condemnatio ad intereſſe ſit per iudicem condemnantem ad pœnã. Fran. Mar. deciſ. 460. & 510. vide etiam Plot. in l. ſi quando §. 4. verſ. homicidium. C. vnde vi.

963 † Executionem ſentētiæ capitalis omni ingenio differre debet iudex, notat Lancil lot.tract.attēt.ſecunda parte, c.12.ampl.4. num.9.aliquos autē modos differendi executionem capitalis ſententiæ, notat Marſ. in ſua praxi,§.opportunè, num.1.cum ſeq. Caſſan.ſuis conſuet.rub.1.des iuſtices,§.5. in textu,s'il n' à Grace,nu.125.126.& 127. latius Carerius ſua praxi, §. circa itaq; nu. 88. cum ſeq. aliquos etiam notat Cœpolla
964 caut.2.† inter quos primus eſt, quando aliquis comparet, & dicat condemnatum ſibi eſſe obligatum ad reddendam rationē alicuius mercaturæ, vel negotiationis, vel adminiſtrationis,vel huiuſmodi, quia differtur executio, donec reddat rationem, hanc pro cautela, notat Cœpolla cautela 2.nu.3.relatiuè Boſſ.tit.de executione ſententiæ,num.10.Marſ.ſua praxi, §.opportunè,num.2.Carer.d.§.circa itaque, num.82. Bonacoſ.tract. de famul.q.90. verum quicquid ſit de iure, quòd de cōſuetud. nō ſeruetur,notat Clar.ſua praxi,§.fi.q.93.ī prin.
965 vbi ipſe diſtinguit, † ſecundo differtur, quando damnatus de grauiori delicto accuſatur, vt notat Cœpolla caut.2.nume.2.
966 Marſ.d.§.opportunè,nu.5. † quæ autem dicatur grauis, vel grauior pena in ſtatutis, notat Gloſa in l.1.C.nemini liceat ſignum,
967 † tertiò differtur, vbi damnatus alium de crimine accuſauerit, licèt in praxi obtinere durū eſſe notat Clarus, d.quæſt.92.verſ.
968 & etiam, † quartò differtur, quando iuſſu Principis officialis videt decapitandum in iuſtè dānatum, quia differre debet, donec Principi reſcribatur, Boſſ. relatiuè d. tit. execut. ſententiæ, num.8.Cœpolla caut.2. num.5.Marſ.dicto §.opportunè, nu.6.verſ. alias eſt etiam, Carer.d.§.circa itaque, nu. 78.& 81. latè Clarus d.quæſt.60.verſ.ſolet dubitari, & quæſt.97.verſ.item differenda,
969 & ſupra notatum, † & quod differatur per triginta dies, ſi ex iracundia Princeps ſic damnauerit, notat Mart.Lauden.tract.de
970 principibus,quæſt.221. † tamen exequens mandatum hoc non incurrit pœnam, nec labem,ita Cagnol. in l. velle, num.15.ff.de regul.iur.cauetur etiam in lib.14.communium,in verbo, officialis abſque peccato, Soarez.ſuis communibus,in verbo,officialis ſi mandatum, declarando vt ſignanter per Carerium,d.§.circa igitur,nume.110.
971 cum duobus ſequē.† Excuſantur etiā Barrucrius, & famuli exequentes ſententiam capitalem iniuſtam mandato ſuperioris, ita Carer.dicto §.circa igitur, num.107.& 108.& ſupra notatum,in verbo,capite,nu.
972 677.† quintò differtur executio capitalis per vnam diem ſolum, vbi non ſit periculū in mora, ad hoc vt quis poſſit induci ad confitendum peccata, vbi nollet confiteri,
973 ita Clar.d.q.97.verſ.ſed pone,† ſexto ſit dilatio ſententiæ capitalis,ac etiam corporalis in muliere prægnante,donec pariat, ac etiam poſt donec lactetur partus, vbi non adſit alia perſona quæ lactet, ita Cœpolla dicta caut.2.nu.9.& 10.Marſ.d.§.opportunè,num.6.circa finem,verſ. alius eſt caſus, idem Iacob.Boulc.in l.capitalium,§.famoſos,num.213.ff.de pœnis,Boſſ.tit.de delict. num.105.Carerius d.§.circa itaque, nu.83. Clar.d.q.93.verſ.differtur etiam, Menoch. tract.arbit.lib.1.q.86. num.10. Bonacoſ. in quæſt.crimin.in verbo, homicidium, verſ.
974 item limita in fœmina, † in muliere autem prægnante ſicut differtur mors, an ita differtur membri eius mutilatio, & tortura, notat Bald. in l. Imperator, la ij. in prima lect.num.3.& lect.2.num.2.ff.de ſtatu hominum, & hoc ſiue partus ſit animatus, ſiue
975 non,vt ibi,Bart.num.5. † poſt partum autē debet ſtatim morti tradi,& infans alendus publicis expenſis. Et vbi non reperiatur nutrix differtur executio mortis contra matrem,donec alatur,ita Bald.d.l.Imperator,num.3.verſ.ſed numquid,ff.de ſtatu hominum,& lect.2.num.9. & ſupra notatum, nam & alia priuilegia habet mulier præ-
976 gnans, † condemnata enim in exilium, nō debet in eo mitti,vbi ſit periculum,ne pariat in via,& ſic differtur donec pepererit, ita Bald.d.l.Imperator,lect.1.nu.4.verſ.itē
977 ſi eſt,& lect.2.num.2. † mulier vlterius banita prægnans non poteſt impunè interfici etiam ex forma ſtatuti, † ſecus in patre,
978 quia poteſt interficere filiam repertam in adulterio prægnantē, ita Bald.d.loco, numero 4.verſ.ſed pone,in prima lect.& in 2.
979 lect.numero 3. † mulier præterea prægnās non poteſt cogi venire ad teſtificandum, ſi periculum ſit,ne pariat in via,ita Bald.d.loco,1. lect. numero ſecundo, verſ. ſed nun-
980 quid, † ſeptimò differtur executio capitalis in diebus feriatis in honorem Dei, niſi tractetur de enormiſsimis delictis,ita Cla-
981 rus d.quæſt.97.verſ.quæro etiam, † octauò differtur executio,ſi imminęret periculum Principi, quia ipſe damnatus vult detegere proditionem,vel tractatum contra Principem,ita notat Carer.d.§.circa itaque nu mero 76.non autem differtur ſi diceret aliquid ſcire defendum Principi, ita Mart. Lauden.tract. de principibus, quæſt.220.
982 † nonò differtur, vt tollatur tumultus populi,ita Carer.d.§.circa itaque numero 79.
983 † decimò differtur, vt indagetur aliud

crimen

crimen,ita Carer.d.§.circa,itaque num.84.
984 † vndecimo differtur, vbi appelletur à con
demnatione,quia tunc iudex habet manus
ligatas, vt notat Cœpolla caut.2. nume.4.
Marſ.d.§.opportunè,nu.6. verſ. alios etiã,
985 † & vbi velit exequi, poteſt eripi à mani-
bus familiæ per appellantes, ibi verſ.& ſic
dicit,verum in hoc Ducatu nõ ſeruiret, ex
quo prohibita eſt appellatio à ſententijs
in criminalibus per decretum ſupra tit. de
986 accuſ.cap. à ſententia, † duodecimò differ
tur executio,vbi accuſati sũt teſtes,& pro-
ducens de falſo, ſuper quibus lata ſenten-
tia condemnatoria illa, vt notat Cœpolla
caut.2.numero 16.vbi numero 17.dat cau-
telam, qualiter debeat iudex ferre ſenten
tiam condemnatoriam, ita quòd differa-
tur executio, donec diſcutiatur de exce-
ptione teſtium, notat Marſ.d.§.opportunè
987 numero primo, † decimotertio differtur
ſẽtẽtię executio,vbi opponatur defectus
iuriſdictionis iudicis,qui eam tulit, immo
ea annullatur tunc, ita Marſ.d.§.opportu-
nè,num.27. verſ.modo redeundo cum ſeq.
988 † decimoquartò differtur executio capita
lis eo die, quo quis ſumpſit Sacramentum
Euchariſtiæ, ita notat Marſ.d.§. opportu-
nè, num.30.Carerius ſua praxi §.circa ita-
que,num.129.ad finem,Clar.ſua Praxi,§.ſi.
quæſt.99.verſ.ſed quæro, & infra dicetur,
989 † ſed quòd differatur per dies tres, ita Iõ.
990 de Arnono,Soliloquio 81.† decimoquintò
non exequitur condemnatio capitalis,ſed
differtur contra artificem ob qualitatẽ arti
ficij,ita notat Marſ.d.§.opportunè,num.6.
imò tunc quod mitius puniatur notatũ ſu-
pra in verbo,capite,nu.862.& notat Tiraq.
tract.de pœnis temperañ.cauſſa 50.nume-
991 ro primo, † decimoſextò non exequitur
condemnatio capitalis contra furioſum fa
ctum poſt delictum, ita notat Marſ.in d.§.
opportunè,num.6.verſ.aliàs etiam,notatũ
ſupra d.loco, numero 510. cum ſeq.idem
Clar.§.fin.quæſt.60.verſ. ſed quæro, idem
deciſio Peruſ.77.nu.5.limit.12.par.2.idem
Menoch.tract.arbit.lib.2. Cent.4.caſu 325.
992 ad finem, † decimoſeptimò nõ exequitur
ſententia condemnati capitaliter,quando
conſtat de innocentia condemnati,ſed re-
ſcribitur Principi, qui ſi reſcribat ſenten-
tiam exequendam, tunc exequitur, vt no-
tat Marſ.d.§.opportunè,num.7.& 10.idem
Mart.Laud.tract.de Principibus,q 213.ve-
luti ſi fuit condemnatus Titius vti occiſor
& dein conſtet fuiſſe Caium,quia ſuperſe-
detur ab executione contra Titium, vt no
tat relatiuè Alex.l.ſæpe,nu.36.ff.de re iudi
cata, idem Carerius dicta ſua praxi, §.cir-
ca itaque, numero 77.95.& 96. Clar.d.§.fi.
993 quæſt.98.verſ.ſed nunquid,ſi poſt, † impe-
ditur autem executio ſententiæ capitalis
in multis caſibus notatis per Clarum ſua
994 praxi,§.fin.quæſt.98. per totum, † primò ſi
condemnatus, dum ducitur ad ſupplicium
aufugiat ad Eccleſiam, ita notat Clar.d.q.
98.in princ.& q.30. verſ. ſcias autem, latè
diſcutit Caſſan.ſuis conſuetud.rubr.1.des
iuſtices, §.5.in textu,s' il n' à Grace, nu.3.
declarando, vt per eum numeris ſeq. quis
995 gaudeat immunitate Eccleſiæ,vel nè,† idẽ
eſt, ſi dũm ducitur ad ſupplicium tranſiuit
per cimiterium, vel ambitum Eccleſiæ, ita
996 Caſſan.d.loco,num.121. † ſecundò impedi
tur executio ſi aufugiat damnatus ad Sa-
cerdotem portantem Sanctam Euchari-
ſtiam,ita Caſſan.d.loco,numero 120. Io.de
Arnono Soliloq.80.Didac. Couarru. tract.
variarum reſolut.cap.20.numero ſexto, li-
bro ſecundo,Clar.d.quæſt.98. verſ.ſed po-
ne, notatur etiam in lib.3.communium, in
verbo, condemnatus ad mortem, in prin.
997 † non tamen euitat mortẽ, ſi dicat ſe ſum-
pſiſſe Sacram Euchariſtiam, quæ permitti-
tur aſſumi, ita Clar.d.q.98.verſ.ſed quæro,
niſi prout ſupra notatũ, tertiò euitat mor-
tem damnatus,ſi cõfugiat ad ſtatuam Prin-
cipis,vel ad eius perſonam,ita Caſſan.d.lo
998 co, num.119. † quartò damnatus ad mor-
tem, euitat mortem ſi ante delictum com-
miſſum fecerit votum ingrediendi religio-
nem,de quo credi deberet iuramento dam
nati, vt notat Clar.d.q.98.verſ.ſed quid, vbi
notat, quòd hæc cautela apud nos nõ pro-
deſſet,vt ibi eum, latè diſcutit hunc articu
lum Caſſan.d.loco, numero 102. vſque ad
999 numero 111. † quinto impeditur ſecundũ
communem executio capitalis,ſi quis dam
natus obuiam habet, dum ducitur ad ſup-
plicium Cardinalem, qui imponit pileum
ſuper caput damnati,ita Mart. Laud.tract.
de princip.quæſt.49. Cœpolla caut.2.nu.1.
Iaſon §.pœnales, numero 109. inſtitut. de
act.Boſſ.tit. de execut. ſententiæ, nume.8.
verſ.vel quando,Cotta ſuis memor. in ver-
bo, Cardinales gaudent,Tiraquel.de pœn.
temp.cauſſa 55.per totum Caſſan. d. loco,
nũ.101.Carer. d.§.circa itaque, nu.74. idẽ
notatur in lib.3.communium, in verbo,cõ-
demnatus ad mortem, verſ. ſimiliter, Cla-
rus d.ſua Praxi.§. fi.quæſt.98. verſ.vlterius
quæro, quod ipſe nunquàm vidit obſerua-
ri,ſed ſi caſus contingeret iudicaret tranſ-
mittendum ad triremes, & ſic mitiorẽ pœ-
1000 nam imponẽdam,† quicquid ſit, hæc hæſi-
tatio non procederet in damnato de Cri-
mine Læſæ Maieſtatis, ita Gigas tract. de
Crimi-

crimine Læſæ Maieſtatis, lib.3.rub.de plu-
1001 ribus,quæſt.16.num.6. † nec valet priuile-
gium in contrarium.161.Gigas, numero 7.
1002 † ſextò, ſi in actu executionis capitalis
damnati meretrix petat illum in maritum
impeditur executiò, ita Carerius ſua pra-
xi,§.circa itaque numero 85. idem cauetur
in lib.3.communium,in verbo, condemna-
1003 tus ad mortem,verſ.3.†idem de conſuetu
dine Franciæ in qualibet muliere,vel puel-
la etiam nõ meretrice petente damnatum
in virum, notat Boer. deciſ.217.nu.20. Ti-
raq.tract. de pœnis temper.cauſſa 56. Caſ-
ſan.in conſuetud.ſui, rub.1.des iuſtices §.
5. in textu, s' il n' à Grace, numero 96.
1004 † quod an poſſit fieri per iudicem ordina-
rium,explicat Caſſan.d.loco, nume.97.98.
1005 & 99.† ſed quod damnatus ad mortẽ me-
retricem ducere volens nõ liberetur à pœ-
na mortis, notat de mente Iacobi de Belo-
ciſio ſua praxi,rubr.de Lenonibus, nu.34.
Conradus Lauden. d.ſua praxi,lib.1.c.9.§.
3.de homicid.numero 8. verſ.23.amplia,ꝙ
etiam hoc non obſeruetur in hoc Ducatu
vt liberetur per hanc petitionem meretri-
cis,notat Clar. d.§.fi.q.98.verſ.quæro etiã,
1006 † ſeptimò, an liberandus,vel ſaltẽ faciẽda
gratia ei damnato ad mortem, cui ſecuris
in actu executionis ſententiæ non potuit
caput amputare, vel ei ſuſpenſo funiculus
ſit fractus, quod ſic,notat Boſſ.tit.de fauo-
ribus defenſ. num.11.& tit.de execut.ſen-
tentiæ, nu.25. Boer.deciſ.217.nume.18.&
19.vbi multa exempla tradit, Caſſan.d.§.5.
in textu s' il n' à Grace, nu.124. verſ.adde
alium vigeſimumquartum, Tiraq. de pœn.
tẽper. cauſſa 60. Io.de Arno.Soliloquio 5.
Carer.ſua praxi, §. circa quartum, nu. 175.
Guielm. Ruuil. tract. de inueſtit. lib.3.c.7.
tit. de execut. ſententiæ, numero quinto,
verſ.adhuc quæro, Conradus Lauden. ſua
praxi, libro primo, c.nono, de homicid.ad
finem, limit.83. idem lib.3. communium,
verbo, condemnatus ad mortem, verſ.4.an
damnatus, latè diſcutit Clar.ſua praxi,§.fi.
1007 q.98.verſ.finali, †fienda eſt quoque gratia
damnato ad triremes, qui vi tempeſtatis
aufugit ab eis, vt notat Boſſ.d.tit.de execu
tione ſententiæ,num.25. vbi etiam dicit li-
berari à pœna triremium dato alio pro ſer
1008 uo,vbi ipſe ſit effectus infirmus, † octauò
iniuſtè etiam ſi quis fuerit damnatus, & du-
catur ad vltimum ſupplicium, poteſt de fa-
cto impediri eius executio, conuocatis et
amicis,& conſanguineis,vt notat Carer.d.
ſua Praxi, §. circa quartum, numero 82.
1009 † nonò ſententia quoque mortis contra
aliquem bannitũ non exequitur,ſi ille ban-
nitus exiſtens extra territorium bannien-
tis per vim ductus eſt in territorio à priua
tis, non ſic ſi eſſet traditus à iudice illius
territorij,notat Clarus d.§.fi.q.96.verſ.ſed
quid ſi bannitus,banni tamen executio po
teſt fieri in ciuitate conſiderata in omni-
bus, ita Nellus tract. bannit.2.par. ſecundi
temporis, q.36.
1010 † Executionẽ ſententiæ capitalis,vel cor
poralis,an poſſit exequi alius iudex, quàm
is,qui eam tulit,veluti ſi iudex originis ve
lit exequi ſententiam iudicis delicti, vel è
contra,& an tunc poſſit,vel requirantur lit
teræ ſubſidiales,vel fienda remiſsio damna
ti,notat remiſſiuè Angelus,d.verbo, & ibi
caput à ſpatulis, nu.25.cum addit. ibi Ber.
in littera B,& Auguſtini, ibi in addit.verſ.
& in quantum,& nu.27.remiſſiuè, Boſſ.tit.
de executione ſententiæ,num.11.12.& 13.
1011 † quicquid ſit, quod iudex originis, vbi
præueniſſet in condemnando delinquen-
tem,tamen eius executionem teneretur re
mittere iudici delicti,notat Boſſ.tit.de fo-
ro competenti,num.48.ad finem,idem Di-
dac. Couarru.tract.practic.q. cap.11.nu.3.
verſ.6.in fi. tractatus, Foller. in Conſtitut.
Regni, rubr. de magiſtro iuſtitiæ, Capitu-
neorum, numero 13. cum duobus ſequen.
1012 † ſententia autem condemnatoria crimi-
nalis contra aliquem à iudice delicti lata
non facit fidem,nec mittitur executioni in
loco originis,vel domicilij,quando iudex,
qui damnauit eſt territorij ſeparati, licèt
faciat indicium,ita notat Clarus dicta ſua
1013 praxi,§.fi.quæſt.14.verſ.ſed pone, † quãdo
autẽ teneatur iudex domicilij exequi ſen-
tentiam criminalem ad requiſitionem iudi
cis,qui eam protulit abſque nouo proceſ-
ſu, vel nouus proceſſus requiratur, notat
declarando,Boſſ.tit.de ſent.nu.114.& 115.
1014 † ſententiam autem iudicis delicti poteſt
exequi iudex domicilij in eodem Domi-
nio,abſque litteris ſubſidialibus, & nouo
proceſſu,not.Boſſ. notat tit. de foro com-
1015 petenti, numero 86. † quòd autem iudex
non poſsit exequi ſententiam iudicis alte-
rius territorij abſque litteris ſubſidiali-
bus,limitando niſi ſint ſub eadem ditione
Principis,notat Clarus d.§.fi.q.96.verſ.itẽ
1016 quæro, † iudices autem ſeculares debent
præſtare auxilium,& brachium ſuum iudi-
cibus Eccleſiaſticis,ſi fuerint requiſiti,pro
puniendis delinquentibus ſuppoſitis eo-
rum foro,vt notat Afflict.in Conſtitut.Re-
gni,rubr.48.de adult.Colier.num.10.lib.3.
1017 † & iudices Eccleſiaſtici poſſunt punire
Hæreticos per eorum familiam,vel familia
iudicis ſecularis, quæ debet eis concedi,
nec

nec tenetur iudex Eccleſiaſticus iudicem
ſecularem requirere hoc caſu, minusq; iu-
dex ſecularis poteſt hoc in caſu cognoſce-
re, an ſententia iudicis eccleſiaſtici ſit iu-
ſta, vel ne, vt notat Boſſ. tit. de Hæret. num.
10. Rebuffus tract. de his, qui requiſ. in pre-
fatio. num. 121. quod idem Princeps face-
re debet, not. Mar. Laud. tract. de principi-
1018 bus, q. 203. † aliàs autem regulariter ſen-
tẽtia iudicis Eccleſiaſtici nõ ſtatim eſt mit
tenda executioni per iudices ſeculares,
quorum brachium impetretur pro execu-
tione in cauſſis, in quibus poſſunt cogno-
ſcere, quia debent prius videre, an ſenten-
tia fuerit ritè, vel rectè lata, limitando in
crimine hæreſis, de quo ſupra, ita Foller.
declarat ſua praxi, quarta parte principa-
li, verſ. pœnis debitis feriantur, num. 16. &
17. idem Marſ. tract. bannit. in verbo iudi-
1019 ce, nu. 192. & 193. † & vbi in cauſſis mix-
ti fori quis ſit punitus in foro Eccleſiaſti-
co, non poteſt iterum puniri in foro laico,
ita Foller. d. loco, nu. 103. notatũ per nos
alibi, titulo de accuſ. cap. ſi in eadem,
1020 † quòd autem cognoſcatur per iudices lai
cos vtrum ritè, vel rectè lata ſit ſententia
per iudices Eccleſiaſticos, ſic factum per
Senatum annis ſuperioribus in quibuſdã
mulieribus damnatis ad mortem in curia
Archiepiſcopali Mediolani, vti Laruis, &
traditis curiæ ſeculari. vt earum condem-
natio exequeretur, Senatus enim noluit
exequi pœnam illam in dictis mulieribus,
cum ſuſpicaretur eas indebitè damnatas,
quę dein: ſenio cõfectæ in carceribus diẽ
ſuũ obiere, me exiſtente tunc protectore
carceratorum, & pro eis aduocante.
1021 † Executio capitalis ad mortem ante-
quàm fiat, debet iudex hortari damnatum
ad confeſſionem eius peccatorum, & per
aliquod tempus tenere ſecum viros bonę,
& probatæ vitæ, qui eum inducant, & hor-
tentur ad ſaluationẽ animę, ita notat Boſſ.
tit. de executione ſententię, nu. 21. & quòd
id omnino facere debeat iudex, notat Go-
meſ. tract. delictorum, cap. 14. de confiſcat.
bonorum, nu. 7. & ſic pro executione me-
moratæ concluſionis mera prouidentia Il
luſtriſs. ac Reuerendiſs. Cardinalis Borro-
mei Archiepiſcopi, & Paſtoris noſtri, inter
alias innumeras reformationes, & piiſ-
ſimas operas ſic ab annis pluribus citra,
practicatur ex ſocietate, & confraternita-
te plurium virorum principalium huius
1022 vrbe ad hoc paratorum, † non etiam dam-
nato debet denegari Sacratiſsimum Sacra
mentum Euchariſtię ſi pœniteat, ita notat
Mart. Lauden. tract. de principibus, concl.
370. idem Afflict. in Conſtit. Regni, rub. 13.
de homicid. nume. 7. lib. 1. idem Caſſan. in
conſuetud. ſuis, rubr. 2. §. 1. in textu, il con-
fiſque le bien, nu. 5. idem Gomeſ. tract. de-
lict. d. c. 14. de confiſcat. bonorum, nume. 7.
verſ. item adde, idem Didacus tract. varia-
rum reſolut. lib. 2. c. 20. num. 11. Clarus di-
cto §. finali, quæſtio. 99. verſ. ſed quæro,
1023 † differtur autem executio ſententiæ illa
die, qua ſumitur per eum Euchariſtiæ Sa-
cramentum ſecundum notata per Carer.
ſua Praxi. §. circa itaque numero 192. ad fi-
nem, notatur in addit. ad Afflict. dicta Rub.
13. de homicid. in littera B, lib. primo. Cla-
rus dicta q. 99. verſ. ſed quæro, & ita practi-
1024 catur, vt ſupra notatum, † pro executione
ſentẽtiæ capitalis, & mortis, traditur dam-
natus die ſtatuta collaterali, qui cum ſatel-
litibus ſententiam capitalem per miniſtrũ
iuſtitiæ exequi faciat, vt notat Clar. d. §. fi.
1025 quæſt. 99. in princ. † & vbi nullus ſit carni-
fex, qui iuſtitiam exequatur cogitur vilis
perſona ad eam exequendum, ita Maranta
ſuo Speculo. 6. parte princ. ſecundo actu,
num. 25. idem Marſ. l. 1. nume. 26. ff. ad leg.
Cornel. de ſicar. Carer. d. ſua Praxi. §. circa
itaque num. 23. Boule. d. §. famoſos, nu. 126.
ff. de pœnis, Conrad. d. cap. 9. de homicid.
nu. 10. limitat. 8. idem Clarus d. q. 99. verſ.
ſed pone Gabriel ſuis communibus, tit. de
iure quæſito, concluſ. 2. numero decimo.
1026 † executionis autem huius impenſa perti
net ad fiſcum, non ad carnificem, ita Clarus
d. quæſt. 99. verſ. quæro hic, tamen Medio-
1027 lani ſit expenſis cõmunitatis eius, † dam-
natus hic ad mortem pro executione iuſti-
tiæ ducitur per loca conſueta publica, &
quandoque ante domum interfecti ad ter-
rorem aliorum, ita Boſſ. tit. de execut. ſen-
tentiæ, num. 16. executioque talis fit in lo-
cis conſuetis, præterquàm infamoſis latro-
nibus, vt tradit Clar. d. quæſt. 99. verſ. item
1028 quæro, & ita ſeruatur, † bos & animal pri-
uati poteſt capi producendo malefactorẽ
ad locum iuſtitiæ ſoluto competenti pre-
tio eius domino, ita notat Afflict. in Con-
ſtitut. Regni, Rubr. 87. de prohib. curial. om-
nes, num. 3. cum addit. ibi lib. 1. Marſ. l. 1. nu-
mero 26. verſ. & idem. ff. ad l. Cornel. de ſi-
car. Maranta ſuo Speculo. ſexta parte prin.
ſecundo actu, num. 126. Conrad. d. cap. 9.
de homicidijs, nu. 10. limit. 8. Boule. d. §. fa-
moſos, num. 176. Gomeſ. tract. delict. c. 14.
de confiſcat. bonorum, nume. 7. cum addit.
ibi in littera B, vbi adducitur ratio, cur ſol-
uatur pretium hoc, ex quo terra fructus ex
illius cultura non gignit, notat Gabriel tit.
de iure quæſito, concl. 2. num. 8. & 9.

Dam-

1029 † Damnatus ad flāmas prout in crimine
hæreſis,ſodomiæ,vel falſi ex vſu,prius ſtrā-
gulatur, antequam comburatur apud Chri
ſtianos,ita notat Clarus d.§. fin.q.99.verſi.
vltimo quæro.
1030 † Mortuus damnatus ad mortem nō po-
teſt ſuſpendi regulariter per iudices, niſi
ex cauſſa,vt notat deciſ.l.Imperium,nu.16.
ff. de iuriſd.om. iudic. notatum latè ſupra
cap.mortuorum, tit.de accuſat.
1031 † Cadauera damnatorū regulariter non
debent remanere ſuſpenſa in patibulo vl-
tra illam diem,qua ſuſpenduntur, vt notat
Dec.d.l.Imperium,num.17.ff.de iuriſd.om
nium iudicum.
1032 † Condemnatione capitali contra dam-
natos ad mortē executa, de iure ciuili non
licèt eos ſepelire, niſi habita licētia à iudi
ce, vel Principe, maximè in crimine læſæ
Maieſtatis,de iure autem Canonico in Ita-
lia ſeruatur quòd ſepeliantur eum iudicis
licentia tamen,licèt ſecus ſeruetur in Gal-
lia, immò peccant iudices non conceden-
tes licentiam conſanguineis ſepeliēdi cor
pus damnati, ita notat ſimpliciter Dec.l.
Imperium,num.18. ff.de iuriſd.omniū iud.
Caſſan.ſuis conſuetud.rubr.2.§.1. in textu,
il confiſque le bien, nu.6. & 8. notat etiam
Carerius dicta ſua Praxi,§.circa itaque,nu
mero 22.Gomeſ.tract.delict.c.14.de confi-
ſcat.bonorum,numer.8. idem notat Iacob.
1033 Boule.d.§.famoſos, nume.51. † limitando
id non fieri in Italia in aliquibus caſibus
propter immanitatē criminis, prout in de-
licto læſæ Maieſtatis, & aggreſſorum,& la-
tronum publicarum viarum, idē notat de-
clarando, Clarus,d.§.fi.quæſt.100. in prin.
1034 † cadauer rei damnati, & ſuſpenſi, ante-
quàm ſepeliatur, an poſsit dari medicis
chirurgicis pro anotomia facienda,mouet
hanc quæſtionem Bar.in l.fin.ff.de cadauer.
punit, & relinquit indeciſam, quod idem
facit Anania,in cap.2. col.prima,ad finem,
de furt.quòd autem iure permittente poſ-
ſit tradi pro dicta anotomia fienda, ex quo
fit intuitu,& ob bonum publicum, & reipu
blicæ,licèt tēdat in iniuriam priuati, quòd
fieri poteſt,ita in his terminis determinat,
Dec.in l. Imperium, numero 18.ad finem,
vbi Curt.num.38.& Gaſpar Velaſcus,num.
22. Sebaſtianus Sapia,nume.9. ad finem,li-
mitando, nume.10. id ſolum procedere in
cadauere damnati, & ſuſpenſi non aliter
mortui, ff. de iuriſd.omnium iud.idem no-
tat Ripa tract.de remed.contra peſtem,nu
mero 142. & 143. idem ſequitur Mantua
ſuis obſeruat. lib.4.obſeruat.34.mouet pa-
riter hanc quæſtionem,Gomeſ.tract.delict.
cap.14. de confiſcat.bonorum,num.9.verſ.
poſtremò,& allegat Bartolum, & Ananiam
non decidentes, ipſe autem non allegans
Decium,nec alios ſupra notatos d.l.Impe-
rium,decidit de iure licitè poſſe tradi cor
pus damnati pro anotomia facienda ratio
ne ſupra allegata, & ita vniuerſitatem do-
ctorum legentium in Gymnaſio Salaman-
tico determinaſſe,& conſuluiſſe ſic requiſi
tam ad conſulendum, quid eſſet de iure à
Diuo Carolo Imperatore anno 1550. ean-
dem opinionem approbat dictos ſcriben-
tes allegando Emanuel Soarez in additio-
nibus ad Gomeſium, d. loco, in littera C,
miror autem valde quòd Clarus alioquin
occultatiſſimus in ſua Praxi, §.fina. q.100.
verſ.quæro nunquid, vbi tangit hanc quæ-
ſtionem,& tantum alleget Bartolum dubi-
tantem, nec referat dictos Doctores & ſic
decidentem,prout ſupra notatum,hoc ce-
1035 re de iure,† tantum dicit ipſe quòd vir-
quid ſit de iure, cum hoc nullibi reperia-
tur deciſum in iure,de conſuetudine apud
nos ſeruari, quod dentur anotomiæ cum li
centia tamen Senatus, vel Principis, quod
etiam alius iudex inferior non poſſit con-
cedere hanc licentiam, notat Caſſan. ſuis
conſuet.rubr.2.in textu,il confiſque le bie-
1036 ne,nume.7. ad finem, † veſtes autem dam-
nati, quòd ſint iudicum, & pœna ſit in re-
gno familiæ, & carnifici ſpolianti damna-
tum mortuum, poſtquam contra eum facta
ſit executio mortis,notat Carer. d.§. circa
1037 itaque, num.24. † quòd autem ſit conuer-
tendum pretium dictarum veſtium in ex-
penſas neceſſarias officij,vt puta in perqui
rendo malefactores, & huiuſcemodi, not.
Bart.in l.Diuus,num.5.ff.de bonis damnat.
1038 † ſed quod ſit ſeruanda conſuetudo, &
mos regionis,& prouinciæ not. Clar.d.§.fi.
1039 q. 100. verſ. fin. † quid autem ſeruetur in
Francia,not. Boer.deciſ.349. numero quin
1040 to,† apud nos autem mos eſt, vt veſtes vi-
les ſint carnificis demptis his quibus eſt
honeſtè ſepeliendus, pretioſæ autem diui-
dantur inter ſatellites,& milites,ita notat.
Clar. d.q.100.verſ.finali.

SVMMARIVM.

*Tanquam denotat improprietatem, num.*1041.
*Homicidij pœna non tenetur non habens animum occidendi, num.*1042.
*Animus occidendi,vt cognoſcatur. num.*1044.
Occidendi animus in dubio præſumi.

e Et tanquam homicida.

1041 HÆc † dictio, tanquàm, denotat improprietatem, ideo non punitur talis eadem pœna, prout occidens, vt not. Felyn. in cap. nonnulli. §. ſunt & alij, nu. 44. verſ. & ideo, de reſcript. latè Bertach. ſuo Repert. in verbo, tanquam, Rebuff. tract. de reb. eccle. non alien. nu. 101. Menoch. tract. arbitr. lib. 2. Cent. 4. caſu 315. num. 8. vbi infert ad ſimilia ſtatuta, & in ſimili notatum ſupra tit. de recept. bannit. in cap. nulla, in verbo, incurrat ſimilem pœnam, ideo ibi dicitur non infligi eadem pœna. a

1042 † Homicidij pœna tenetur etiam de iure communi, qui habet animum occidendi, ſiue in rixa, ſiue non, ſi id perpendatur, Boſſ. tit. de homicid. num. 44. aliàs qui non habens animum occidendi, licèt mors ſequatur non tenetur de homicidio, ita Cœpol. conſ. 34. nu. 3. & 34. Alex. conſ. 140. nu. 3. vol. 2. Neuiz. Sylua nupt. lib. 1. num. 96.
1043 verſ. & eſt alia, Io. de Arno. ſing. 44. † vnde inferuntur ſcribentes quod occidens ſine dolo malo, etiam quòd adſit culpa non puniri pœna ordinaria mortis, vt notatum ſu
1044 pra, in verbo, homicida, † qualiter autem comprehendatur animus occidendi, dicetur infra in verbo, occidendi, vbi notatum in dubio præſumi animum occidendi, iuxta tradita per Cœpol. conſ. 29. num. 4. & Carer. latè d. §. homicidij autem, nu. 44.

SVMMARIVM.

Affectus homicidij patrandi punitur licet tamen ſequatur effectus, num. 1045.
Pœnam homicidij, licet attentati in Ducatu Mediolani non poſſe minui per iudices, numero 1046. & 1047.
Pœnam perhibentis falſum teſtimonium, vt quis innocens damnatur, licet non damnetur, non poſſe minui, num. 1048.
Attentatum non haberi pro facto in ſtatuto loquente de actu facto. num. 1049. 1050.
Conatus, vt puniatur, nu. 1051. cum ſeqq.
Affectus ex communi in atrocioribus punitur, vt affectus ſi tamen deueniatur ad actum proximum, & ſemper mitius, nu. 1055. 1056. 1057.
Affectus ſolus punitur mitius niſi cum ius commune concurrat cum ſtatuto, num. 1058. & 1059.
Conatus ſolus non punitur mitius vbi circunſtantiæ aggrauant, num. 1060.
Attentatum non punitur, licet ſtatutum puniat delictum pœnis limitatis, num. 1061.
Attentatum puniri extraordinem arbitrio, numero 1062. & 1063. 1064.
Attentatum iudicem non punire, vt factum niſi in atrociſſimis, num. 1065.
Attentatum puniri interpretando ſtatuta ſecundum ius commune, num. 1066. 1067.
Conſuetudinem valere, vt attentatum puniatur extraordinem, num. 1068. 1069.
Attentatum puniri non poſſe extraordinem in atrociſſimis, num. 1070.
Attentum ſtuprum mitius punitur, num. 1071.
Irregularem ſola voluntas non facit etiam in attentato homicidio, num. 1072. 1073.
Conatus ad delictum quomodo puniatur, nu. 1074.

f Etiam non ſequente morte.

1045 DEſumptum † decretum hoc ex diſpoſitione iuris communis, l. is qui cum telo. C. ad leg. Corn. de ſicar. & in §. itē lex Cornelia Inſtit. de public. iudi. cum ſimil. quòd puniatur affectus etiam ſi non ſequatur effectus, quòd percutiens etiam non occidens habens animum occidendi puniatur vti homicida, latè Boulc. d. §. famoſos, nu. 75. & 76. quæ tamen ſunt abrogatæ per generalem
1046 conſuetudinem, vt infra dicetur, † qua conſuetudine ſtante, & ſtatuto quod puniatur affectus, tamen iudices poſſent minuere pœnam, quod quidem Principes non patiuntur maxime Mediolani quod fiat, & vè illis iudicibus, qui hoc facerent, quia hoc reſpicit ſpeciem gratiæ, quā ſibi reſeruant Principes, ita notat in decreto antiquo ſimili huic, Boſſ. d. tit. de homicid. num. 4. verſ. & ſi ſtatutum, de quo decreto etiam vti laudabili, facit mentionem idem Boſſ. d. loco,
1047 nu. 49. declarando, nu. ſeq. † & quod iudices, & Prætores in hoc Ducatu Mediolani non poſſint mutare pœnam homicidij, nec hoc Princeps, & Senatus pateretur, not. idem Boſſ. tit. de inquiſit. num. 117. verſ. ſed non ſeruatur, & quod puniatur affectus nō ſecuto effectu, vbi ſit deuentum ad actum proximum etiam cauetur ſupra cap. mandantes, vbi punitur mandans, & mandata-
1048 rius etiam non ſecuto effectu, † idem in perhibente falſum teſtimonium, vt innocens damnetur ad mortem, etiā nō ſecuto effectu,

---

ADDITIO.

a Et tanquam homicida, ergo pœna ordinaria, vt infra paulo.

effectu, vt refert Boſſ. d.tit.de homicid. nu.
15.verſ. at etiam putet.
1049 † Decretum ſi diceret, quòd occidens
puniatur non haberet locum in eo, qui ani-
mo deliberato percuſſit, ſi non occidat, ita
not. Brun. ſuper Conſtit. in verbo, homici-
dium, verſ. ſtatutum ſi dicat, & Iaſ, Inſtit. de
1050 actio, in princ. nume. 31. & 32. † quia quod
delictum attentatum habeatur pro perfe-
cto, & conſumato, non eſt ſecundum natu-
ram, & veritatem, ſed per fictionem, quæ
non habet locum in ſtatutis, quæ proprie
intelligenda ſunt, ita Menoch. tract. ar-
bitr. libro ſecundo, Cent.4. caſu 361. nume
ro 108. & 109.
1051 † Conatus, & attentatum quod puniatur
etiam non ſecuto effectu de iure commu-
ni, not. Marſ. in d.l. prima, numero 1. verſ.
quinimo fortius, ponit regulam affirmati-
uam, cum decem fallentijs Afflict. in Con-
ſtit. Regn. rub. 11. de pœnis eius aſperita-
tem, num. primo, cum ſeq. lib. 1. hanc etiam
regulam cum fallentijs, not. Boule. d. §. fa-
moſos, numero 77. cum ſeq. Soc. reg. 49. at-
tentatio, Duen. reg. 35. affectus, declaran-
do, vt per eos, Menoch. tract. arbitr. libro 2.
Cent.4. caſu 360. numero 23. quam limitat
quatuor modis per quatuor concluſiones
Generales, & in d. caſu 360. nume. 87. cum
1052 ſeq. quatuor, † inter alias fallentias illa
notatur, vt non puniatur conatus, vel atten
tatum, niſi ſit delictum conſumatum, quan-
do pœna imponitur pro delicto ipſo iure
ita Marſ. d. tract. bannit. in verb. atrociori-
1053 bus, numero 19. † quicquid ſit in omnem
caſum non debet iudex relinquere conatũ
impunitum, ſed aliquam pœnam extraordi
nem infligere, ita Rebuff. tract. ſuper Cõſt.
in prohem. Gloſ.5. nume. 31. & Clar. d. ſua
Praxi, §. fi. quæſt. 92. verſ. ſcias tamen, ibi, re-
gulariter, ampliando, etiam ſi conatus ſit
remotus, vt not. Gram. deciſ. 38. num. pri-
1054 mo, † vbi autem conatus venit de iure pu
niendus, tamen in delictis non conſumatis
mitius punitur delinquens etiam iure com
muni inſpecto, ita Tiraq. de pœn. temper.
1055 cauſſ. 40. numero primo, † omnes autem
ſcribentes in hoc articulo concordant,
quod inſpecto iure communi in atrociori-
bus delictis puniatur affectus, non ſecuto
effectu, ita Marſ. in l. vnica, nu. 292. cum ſeq.
exemplificãdo, vt per eum, C. de rapt. virg.
aliqua etiam notat idem Marſ. l. qui falſum
numero 1. cum ſeq. C. ad leg. Corn. de ſicar.
idem firmat in ſuo tract. bannit. in d. verb.
atrocioribus, numero 17. caſus trigintaqua
tuor ſingillatim explicat i his terminis, Me
noch. d. caſu 360. numero 24. vſque ad nu-
1056 mero 87. † quam etiam concluſionem, vt
puniatur conatus & attentatum in atrocio
ribus, ſi tamen ſit deuentum ad actum pro-
ximum, confirmat plures auctoritates alle-
gando Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. reuer-
tatur, nume. 334. C. de reuoc. don. & tract.
de pœn. temper. cauſſa 37. numero primo,
cum ſeq. & relatiuè, tract. de pen. cauſſa 40.
numero quinto, Grãmat. deciſ. 2. nume. 7. &
deciſ. 38. num. 7. Boer. deciſ. 316. numero 4.
Corn. conſ. 249. numero primo, & ſecundo,
volumine primo, Conrad. d. c. 9. de homicii
nu. 6. capit. deciſ. 155. num. 16. declarando,
vt per eum, nu. 21. Gomeſ. tract. delict. c. 3.
de homicid. numero 30. Clar. d. quæſt. 92. in
princ. Oſaſc. deciſ. 19. numero ſecundo,
1057 † verum etiam dictis caſibus vbi lex punit
conatum, vti actum conſumatũ, tamen etiã
ceſſante conſuetudine de qua infra mitius
iudex poteſt punire ſi velit, licèt non coga
tur, Tiraq. d. cauſſa 40. num. 2. latè Viui. ſuis
communibus, lib. 2. opin. 53. conatus, decla
rando, & exemplificando, vt per eum,
1058 † & in omnem caſum imponitur etiam de
iure in atrocioribus mitior pœna, vbi non
ſit eadem inflicta per diſpoſitionem iuris
communis, vt per Tiraq. ibi cauſſa 39. Marſ.
conſ. 47. nume. 9. vol. primo, Gram. deciſ. 2.
1059 num. 6. † quicquid ſit de iure, de conſuetu
dine tamen generali per totum mnudum,
& præcipuè per Italiam, non punitur etiam
in atrocioribus attentatum prout conſu-
matum delictum ſed mitius, de qua conſue
tudine poſt alios atteſtatur Angel. conſilio
14. nu. 3. & tract. malef. in verb. ex interual-
lo, numero 15. cum addit. ibi Auguſt. Corn.
conſilio 249. numero 3. volumine primo,
Alex. conſ. 15. num. 2. vbi Gloſ. Pariſ. volumi
ne primo, & conſ. 140. numero 2. vol. 2. Af-
flict. d. Conſtit. rubr. 48. de off. reprobat. nu-
mero 11. libro primo, rubr. 41. malis, & no-
xis, numero quinto, libro tertio, Grammat.
deciſ. 2. numero 8. & deciſ. 74. numero 16.
& 22. idem voto 20. numero ſeptimo, Con-
rad. d. cap. 9. num. 6. verſ. addit mirabiliter,
Boſs. tit. de homicid. numero 48. verſ. ſolus
tamen animus, Carer. d. §. homicidij autẽ,
nu. 12. cum ſeq. Caſſan. ſuis conſuetud. rub.
prima, des iuſtices, §. quinto, in textu, s'il
n'a Grace, numero 123. verſ. & quis, Tiraq.
d. cauſſa 27. numero tertio, & clarius cauſ-
ſa 38. numero primo, cum ſeq. licèt, nu. 11.
alleget aliquos tenere, hanc conſuetudinẽ
habere locum ſolum vbi ad ſint ſtatuta pu-
nientia variè delicta, quàm à iure commu-
ni ſit diſpoſitum, hanc etiam conſuetu-
dinem, not. Rebuf. tract. ſuper Conſtit.
in proœm. Gloſ. 5. numero 28. cum ſequen.

Boſſ.tit.de homicid. num.12. declarando,
vt per eum, num.13. hanc vlterius conſue-
tudinem refert Gomeſ.d.cap.3.de homici.
num.30.verſ.adde tamen, deciſ. Peruſ. 80.
num.3.parte 2.Foller.ſuper conſtit.rub.de
ſumm.Trin.nu.30.Clar.d.quæſt.92.in prin.
quam etiam repetit in terminis homicidij
puniendi,d.§.homicidium,verſ.fin. idē fir-
mat, Menoch.d.caſu 360. numero 92. cum
ſequen.Oſaſc.deciſ.19.num.2.verſ. in con-
trarium, rationem adducit quod ea fuerit
introducta ob varietatem pœnarū per di-
uerſa ſtatuta impoſitarum .in puniēdis de-
lictis, de hac etiam conſuetudine atteſta-
tur notiſsime,Bonac.in quæſt.crim. ī verb.
1060 affectus,in princ. & verb. conatus, † quæ
tamen cōſuetudo limitatur,vbi ex circum-
ſtantijs grauantibus atrocitatem facti, ve-
luti quia is qui percuſsit, putabat percuſ-
ſum mortuum,vel in veneficio, quia venefi
ciatus illicò ſe curauerit,vt ita in addit.ad
Alex.conſilio 15.numero 3.littera E, verſ.
1061 quod tamen,volumine primo, † quæ qui-
dem conſuetudo habet locum etiam ſtan-
tibus ſtatutis punientibus delictum pœnis
limitatis,ſimpliciter, quia non procedit in
attentatis,nam ea tunc mitius puniuntur,
vt notat poſt alios, Tiraq.d. cauſſa 37. nu-
mero 3.Afflict.deciſ.21.nume.10. Carer.d.
§.homicidij autem,num.9.10.& 11.vbi di-
cit,tunc puniri pęna extraordinaria, idem
cauetur in lib.17.communium,in verb.ſta-
tutum puniens,Menoch.d.caſu 360.nume-
1062 ro 96.cum ſeq. † & quod puniatur pœna
extraordinaria,& arbitraria ſic attētatum,
notant ſcribentes pręnarrati,& nouiſsime,
Menoch.ibi, numero 110. cum ſeq. & pro
motu iudicis,Clar.d.quæſt.92.verſ.ſcias ta
1063 men,ibi,& nota,† declarando id non pro-
cedere vbi verba ſtatutorum verificarētur
in conatu illud tantum conſiderando, ita
Iacob.Boulc.d.§.famoſos, numero 34.velu
ti in aſſaſſinio,not. Corn. conſilio 249. nu-
mero 12.volumine primo; & exemplificat.
Tiraq.d cauſſa 37.numero 4. 5. & 6. ſequi-
tur,Menoch.ibi,num.115.cum ſeq.d.quæſt.
92.verſ.ſcias autem,ibi, ego autem, quam
opinionem tutiorem dicit,ibi, & hæc opi-
1064 nio, † licèt dicat vidiſſe quandoq; in atro
ciſſimis delictis attentatum, & conatum
puniri pœna ordinaria, quandoque etiam
extraordinaria,& iudicem poſſe adhærere
cui opinioni magis libet, inſpecta facti, &
perſonarum qualitate, ita Clar. d. q. 92.
1065 ibi, nihilominus, † demptis tamen atro-
ciſſimis delictis, quòd non deberet iudex
pro ſolo conatu imponere pœnam mortis,
niſi id expreſsè caueatur per legem,vel ſta
tutum, & etiam quod eo caſu requiratur,
quòd ſit deuentum ad actum proximum,
1066 not.Clar.dicto loco, ibi, in his vero, † &
tunc attentatum haberetur ex ſimilibus
ſtatutis pro conſumato fictè,non verè,Gal-
lin.tract.de verb.ſignific. lib.3. cap.19. nu-
1067 mero 6. † quæ quidem conſuetudo habet
locum in omnem caſum, vt extraordinariè
puniatur quis ex attentato etiam ſtātibus
ſtatutis punientibus ſimpliciter, ſi ſit de-
uentum ad actum proximum,idem Clar. di
1068 cta quæſtio.92. verſ. fin. † ſublimitando ſi-
gnanter, vt per Tiraquel. dicta cauſſa 37.
num.7.vbi verba ſtatuti non eſſent ita cla-
ra, ita quòd comprehenderent conatum,
quia tunc ſecundum iuris cōmunis diſpoſi
1069 tionem interpretanda eſſent. † Quòd au-
tem conſuetudo hæc valeat, poſt longam
diſputationem,not. Tiraq. cauſ.38. nume-
1070 ro 2.vſque ad numero 33. † quæ conſuetu
do limitatur ſecundum aliquos,vt nō pro-
cedat in delictis atrociſſimis.Affli. rub.41.
de malis,& noxijs,mala noxia, numero 6.
exemplific.id in Crimine Læſæ Maieſtatis,
& aſſaſſinij, lib.3.idem Rebuf.in conſtit. in
procem. Gloſ.5.nume.29. cum ſeq. Alciat.
conſi.456.num.1.Tiraq.d.cauſſa 38. nu.10.
Couar.d.tract.rubr.ſecundæ partis initiū,
numero 7. Clar. d. quæſt.92. verſ. ſcias ta-
1071 men, † idem dicitur in attentante pudici-
tiam puellæ, nam etiam ſtante hac conſue-
tudine, quòd affectus puniatur, licèt non
ſequatur effectus, notat Cumia in ſuis ri-
1072 tib.c.71.nu.39. † declarando etiam, vt in
atrociſsiſimis delictis ſecundū aliquos mi
tius puniatur,ita Clar.d.verſ. ſcias tamen,
1073 ibi,ſed certè, † animum vlterius delibe-
ratū occidendi habens, & accedens etiam
cum armis hac de cauſſa contra aliquem
non occidens,non ſit irregularis, quia vo-
luntas ſola non facit quem irregularem,
ita Viui.d.lib.2.communium opin.54. ho-
1074 micidium, † licèt aliàs voluntas non mi-
nus punitur ex bono euentu maleficij, ita
not.Tiraq.cauſſa 52.nu.7. cum ſeq. Afflict.
tit.de pace tenen.verſ. ſi quis aliquem,nu-
a mero 18. a

ADDITIO.

a Contrarium ſeruatur de conſuetudine contra Menoch.de arb.quæſt.97.quomodo puniatur conatus ad deiictum.Farinac.de pœn.temper.q.95.numero 23.& ſeq.Caball.reſolut.crimin.caſu 27.fere per totum.Bertaz.conſilio 123.lib.1.& conſilio 274.numero 7.13.& 12. & conſilio 292. libro ſecundo.

SVM-

SUMMARIUM.

Vulnus quid ſit, num.1075.
Vulnus dicitur ſola tumefactio, num.1076.
Vulnuſculum quid ſit, num.1077.
Vulnuſculum nullum habet in ſe delictum, numero 1078.
Statutum de vulnerante non extendi ad vulnuſculum, num.1079.
Vulnus differt à vulcere, num.1080.
Vulnerans leuiter tenetur ad expenſas, nu.1081.
Vulnerans aliquem pluribus ictibus an pro pluribus teneatur, ſi vnica ſit percuſſio, nu.1082.
Vulnerans in facie non dicitur vulneraſſe in re ſua, num.1083.
Appellatio an proſit, ſi poſtea ſententia prima confirmetur, num. 1084.
Vulnerantes ſeſe coniuncti mitius puniuntur, numero 1085.
Statutum de vulnerante non habet locum in ſeipſum percutiente, num.1086.
Notarius non poteſt eſſe rogatus de qualitate vulneris niſi ad hoc electus, num.1087.
Vulneris qualitas non poteſt deſcribi niſi per notariũ ad hoc deputatum.

g Tantummodo vulnerauerit.

1075 VUlnus † quid ſit, not. Boer. deciſ.323. nume.1. vulnus autem appellatur ſciſſura, vel ſeparatio à corpore, vt ait Marſ. ſua Praxi, §.& quia, nume. 1. Io. de Arno. caut.2. verſ. in cõtrarium eſt veritas,
1076 † tumefactio ſola dicitur etiam vulnus, ita Cumia d. loco, c.64. num.6. ſi tamen ſit aperta ex neceſſitate ob ſaniem, Marſ. d.§.
1077 & quia, num.2. † vulnuſculum autem dicitur vulnus modicum, ita Boer. d. nu.1. verſ.
1078 & vulnuſculum. † Tamen vulnuſculum nullum habet in ſe delictum regulariter, vt idem Marſ. d. loco, nu.3. Cumia d. c.64. nu. 5. Bonac. in queſt. crim. in verb. vulnus, verſ.
1079 & vulnus, † & ſtatutum puniens vulnerantem, non habet locum in vulnuſculum facientẽ, vt per eundem Marſ. d. loco, num.4. idem Aug. ad Ang. tract. maleſ. in verbo, incendium verſ. & ponit etiam,
1080 † Vulnus differt à vulcere, quia vulnus dicitur illatum, & vulcus natum, Boer. d. loco, num.3.
1081 † Vulnerãs aliquẽ leui, vel leuiſſimo vulnere, tenetur ad expenſas verſus eum, ita Afflict. d. rubr.52. qui ramum, nu.6. lib.3.
1082 † Vulnerans aliquẽ vno ictu pluribus vulneribus, an pro vnica percuſſione, vel vulnere, vel pluribus ſit puniẽdus, not. practic. in forma inquiſit. verſ. pluribus percuſſionibus, num.5.6.7.8. & 9.
1083 † Vulnerans in facie non dicitur vulneraſſe in re ſua, ita Bonac. in verb. verſ. ſtatutum dicit.
1084 † Statutum dicit, quod pro vulnere quis condemnetur in centum, & ſi non ſoluerit intra menſem, manus eius amputetur, ſi condemnatus appellauit, & lapſus ſit menſis, dein prima ſententia confirmata, an poſ ſit condemnatus ſoluere centum, not. Bonac. in d. verb. vulnus, verſ. ſi ſtatutũ dicit.
1085 † Coniuncti ſi inter ſe rixantes ſe vulnerauerunt, non per hoc mitius puniuntur, ſicut extranei, ita Clar. d. §. fi. q.60. verſ. ſed quæro.
1086 † Statutum puniens percutientem, & vulnerantem cum armis, non habet locum in percutiente ſe ipſum, Carer. d. §. homicidij autem, nu.53.
1087 † De qualitate vulneris non poteſt eſſe rogatus notarius, vt poſſit conficere inſtrumẽtum, niſi ad hoc ſit deputatus, ita Marſ. d. §. & quia, nu.40. declarando, nu.41.

SUMMARIUM.

Inſultus dicitur in alium ſaltus, nu.1088.
Inſultus dicitur cum armis cum arma de facile erant in promptu, num.1089.
Euaginatio prima non habet locum cum ignoratur quis ſit prouocatus, nu.1090.1091.
Euaginatio prima præſumitur oriri ab inſultante, numero 1092.
Domus appellatione, an veniat hoſtium, & porticus, num. 1093.
Inſultus pœna, & vulneris quando confundatur, numero 1094. 1095.
Vulneris, & inſultus pœna incontinenti, licet ſequatur vtrumque non confunduntur ſæpe, nu.1096.
Pœna vulneris, & inſultus cum ſunt diuerſa, & incontinenti, alterum cum altero confunditur, numero 1097.
Vulnus, & inſultum eodem tempore facta eſſe quomodo capitulandum.

h Aut inſultum.

1088 INſultus † dicitur in alium ſaltus, & idem eſt, quod alium aggredi, Bart. l.1. cum arietes, numero 3. ff. ſi quadrup. paup. fecis, dicat. Ang. tract. maleſ. verb. fecit inſultum, in princ. Boſſ. dicto titulo de inquiſit. numero 120. verſ. vnde ſi duo, latè Nell. tract. bannit. ſecunda parte, ſecundi temporis, quæſtio.54. vbi ſignanter.

1089 † Inſultus dicitur factus cũ armis, ẽt ſi
arma capta nõ fuerint. vbi facile capi po-
tuerint per eũ, vt inſultũ faceret, ita Marſ.
ſua Praxi, §. pro complemento, nu. 35. Iaſ. §.
ex maleficijs, num. 79. & 80. Inſtit. de actio.
a idem Cumia. in ſuis ritib. c. 60. nu. 1. a
1090 † Pœna corporalis ſi imponatur ex ſtatu
to primo inſultanti, vel aggredienti, vel
euaginanti, & ignoratur quis ſit inſulta-
tus, vel aggrediens, ambo abſoluuntur à
pœna capitali, Clar. d. q. 60. verſ. vidi ego,
1091 † idem ſi ambo ſe vulnerauerint, & igno-
retur quis ſit prouocatus, ita Tiraq. de pęn.
1092 tempe. cauſſa 62. † inſultans autem præſu
mitur primo euaginaſſe, vel percuſſiſſe, ita
Aret. conſ. 34. nu. 2.
1093 † Pœna ſi imponatur ex ſtatuto inſultan
ti ad domum, vel in domo, an habeat locũ
ſi inſultus fuerit factus in porticu, vel ho-
ſtio domus, vel in pertinentijs, & quid ſi
domus ſit communis cum alio, vel condu-
ctitia, latè declarat, Angel. d. tract. malef. in
verb. fecit inſultum, num. 3. & 5. cum addit.
vtroque loco Auguſtini, faciũt tradita per
Doctores in l. cætera §. hoc Senatus conſul
tum, ff. de leg. 1.
1094 † Pœna ſi imponatur pro inſultu, & vul-
nere diuerſa, ſi quis inſultauit, & vulnerà-
uit, aut hoc fit incontinenti, confunditur
inſultus cum vulnere, aliàs non, ita Balb.
l. aduerſus, numero quinto, C. de furt. Ang.
d. verb. fecit inſultum, numero ſecundo, cũ
additio. Aug. ibi, declarando, vt per eum,
vt attendatur tunc quæ ſit maior pœna,
idem Nell. tract. bannit. ſecunda parte, ſe-
cundi temporis, quæſt. 54. verſ. ſi vero, ſe-
quitur Foller. ſuper Conſtit. rubr. de nouo
codice facien. numero primo, columna ſe-
cunda, verſ. item impunè, idem Afflict. in
d. rubr. 17. de defenſ. impoſit. num. 41. verſ.
intellige tamen, libro primo, & rubr. 12. ſi
quis aliquem, numero 25. lib. eod. Marſ. ſua
1095 §. & quia, numero 37. & 38. † limitando,
niſi pœna inſultus eſſet diuerſa à pęna vul
neris, vt per eum, numero 39. verſ. ſecundo
limita, de mente Bar. in l. nunquam colum-
na quarta, numero quinto, cum ſeq. verſ. ſe-
1096 cundo pone, ff. de priuat. delict. † limitan-
do etiam quando inſultus eſſet factus in
vno territorio, & conſumatum delictum in
alio, quia tunc non confunditur, Auguſt. d.
numero ſecundo, verſ. & inde Baldum,
1097 † quomodo autẽ teſtes deponere debeãt,
vt dicantur incontinenti, vel ex interuallo
hæc facta, not. Marſ. d. nu. 38. ad fin. & num.
39. idem Bald. d. l. aduerſus, & 6.

ADDITIO.

a Vide Gram. conſ. 43. nu. 6.

SVMMARIVM.

Inſultus poteſt eſſe cum telo, & ſine, nu. 1098.
Inſultus ſine armis factus, oſtendit deeſſe animum occidendi, num. 1099.
Teli appellatione quid veniat.

i Cum telo.

1098 SEcus † ſi inſultus factus ſit ſine telo euaginato, vt hic canetur, cũ inſultus poſsit fieri ſine telo, & cũ telo, ſine euaginatione eius, vt notiſsimum eſt, &
1099 quod † inſultus poteſt fieri ſine armis, notatur, in verbo præcedenti, quia tunc ceſſat animus deliberatus occidendi, vt dicetur in verbis ſequentibus.
1099 † Teli appellatione quid veniat notatur, in l. penult. in fin. ff. ad leg. Iul. de vi public. & in l. is qui cum telo, C. ad leg. Corn. de ſicar.

SVMMARIVM.

Voluntas eſt de eſſentia peccati, nu. 1101.
Deliberatè, & ex propoſito idem eſt, nu. 1101.
Deliberatio eſt cum interuallo, nu. 1102.
Inſultus deliberatus eſt cum non præcedit rixa, num. 1103.
Deliberatum animum non tollit ira omnis, nu. 1104.
Prouocatio repentiua tollit deliberati animi crimen, licet à tertio fiat, vel in rixa, nu. 1105. 1106.
Rixa excludit probationem animi deliberati, numero 1107.
Teſtis quando cenſeatur deponere fuiſſe deliberatum animum, nu. 1108.
Deliberatus animus non ſemper arguitur quod poſt rixam fiat crimen, num. 1109.
Deliberatus animus cognoſcitur ex verbis, vt nunc ades, & ex coniecturis, vt cum fit crimen larua, nu. 1110. 1111.
Homicidium ex propoſito fieri quatuor modis, nume. 1112.
Inſidia, aggreſſio Clandeſtina, arma, il giacco manicha di maglia, &c. arguunt deliberatum animum, num. 1113. *cum ſeq.*
Proditoriè homicidium quando dicatur factum, nu. 1116.
Deliberatus animus non præſumitur.
Rixa ex coniecturis cognoſcitur, ad arbitrium, num. 1117.
Animi qualitas cognoſcitur ex coniecturis, nu. 1118.
Animi deliberati præſumptiones, nu. 1119.
Rixa iuncta dolori iuſto excludit omnino deliberatũ animum etiam ſi præcedat, nu. 1120. 1121.

Deli-

Deliberatus animus non præſumitur in fratre opem fratri ſetente in rixa, nec in eo qui nil amouit ex bonis, nu. 1122. 1123.
Homicidium deliberatum Mediolani grauius punitur, nu. 1124. cum ſeqq.
Deliberato animo factum homicidium non eſt gratiabile, nu. 1128.
Gratia Mediolani non fit facile auctori rixæ, numero 1129.
Homicidium, licet in rixa non ſemper Mediolani eſt gratiabile.
Gratiabile eſt homicidium cum remiſſione Mediolani, cum quis occidit errore vnum pro alio, numero 1130.
Deliberatum animum abſuiſſe reorum eſt probare.
Immunitate eccleſiæ non gaudent homicidæ de animo deliberato, nu. 1131.

K Animo tamen deliberato.

1100 ANimus † eſt de eſſentia peccati
& vbi tollatur de medio volun
tas, omnis actus eſt indifferẽs,
a ita Boſſ. tit. de homic. nu. 36. *a*
1101 † animo deliberato quid face-
re, & ex propoſito idem eſt iure, vt not.
Boſſ. d. loco, num. 53. Cumia. in dictis ritib.
1102 cap. 54. num. 102. † & deliberatio eſt quę-
dam meditatio, & interuallum ad actum
1103 aliquem, vt not. idem Boſſ. num. 54. † ideo
deliberatè dicitur inſultare, quando præ-
meditatus quis fuerit actum ad differentiã
actus, qui fit in rixa, & impetu quodam,
idem Boſſ. d. loco nume. 50. Menoch. tract.
arbitr. lib. 2. Cent. 4. caſu 35. nume. 15. & 16.
ita etiam in homicidio animo deliberato,
vel ex propoſito, not. Clar. d. §. homicidiũ,
1104 verſ. ex propoſito dicitur, † nec factũ ira-
cundia tollit animum deliberatũ, niſi con-
ſtet illam iracundiam fuiſſe talem, quæ de-
linquentem à mente alienauerit, Alcia.
1105 conſ. 471. num. 6. † ideo animus delibera-
tus ceſſat, quando id quod fit, non erat co-
gitatum tempore actus, ſiue prouocatio
fiat ab offenſo, ſiue à tertio, Boſſ. d. loco, nu
1106 mero 58. † & ſic fiat interueniente rixa,
ceſſat animus deliberatus, vt per eundem,
1107 nu. 51. † ideo probare volens animum de-
liberatum, debet producere teſtes qui cla-
rè deponant excludendo rixam, vt not.
Boſſ. num. 52. & Cumia d. cap. 54. num. 122.
b cum ſeq. *b* ceſſat † tamen aliquando ani-
1108 mus deliberatus, etiam ſi fiat ex interual-
lo, ſi non fiat diuerſio ad alios actus extra-
neos, exemplificando, vt per eundem Boſſ.
d. loco, nu. 61. & 62. & Cumiam, d. loco, nu-
1109 mero 109. cum ſeq. † animus vlterius de-
liberatus interuenire dicitur, etiam ſi in ri
xa interueniat, quãdo quis rixam affectat,
vt ad homicidium perueniat, idem Boſſ. d.
1110 loco, nu. 56. declarando num. 57. † dicitur
etiam factum animo deliberato, & ex pro-
poſito extra rixam, etiam quando illud vo
ce exprimitur dicẽdo, nunc ades, nõ equi-
dem effugies, vel quid ſimile, vel ex multi-
tudine percuſſionum, vt not. Boſſ. d. loco,
nu. 44. ad finem, & Cumia. d. loco, num. 104.
1111 cum ſeq. † idem eſt, vt præſumatur animus
deliberatus in his, quæ tempore carnis pri
uij laruati portant baculos ferratos ad ali-
quẽ percutiendum, vel eũt cũ ſaccis plenis
1112 lapidibus, vt per eundem, nu. 45. † quatuor
autem modis committitur homicidium ex
propoſito, abſque aliqua ſcilicet qualita-
te, ex inſidijs, proditoriè, & per aſſaſſiniũ,
ita not. Clar. d. §. homicidium verſ. delibera
tum, animus autem deliberatus ſemper co
gnoſcitur per coniecturas, de quibus ſu-
c pra, & infra, *c* ex † inſidijs autem qualiter
1113 dicatur commiſſum homicidiũ, not. Clar.
1114 d. ſuo §. verſ. ex inſidijs, † proditoriè aũt
quando homicidium dicatur commiſſum,
not. Clar. ibi, verſ. proditoriè vero, late Gi-
gas tract. de Crimine Læſæ Maieſtatis, rub.
1115 de proditoribus, & ſupra notatum, † per
aſſaſſinium vero, quando dicatur commiſ-
ſum homicidium, not. Clar. ſua Praxi, §. aſ-
1116 ſaſſinium. † animus deliberatus in dubio
in delictis non præſumitur, Plot. conſi. 30.
num. 74. Alba. conſ. 45. nu. 2. exceptis duo-
bus caſibus, latrocinij ſcilicet, & eorum
qui agros depopulantur, ideo debet pro-
bari per eum, qui dicit adfuiſſe animum
deliberatum, Menoch. d. Cent. 4. caſu 361.
1117 n. 23. & 24. cũ ſeq. † animus aũt deliberatus
ꝙ adfuerit occidendi, vel ꝙ adfuerit mera
rixa

ADDITIONES.

a Marſ. in l. vnus §. cognitionum, numero 26. ff de quæſt. & ſing. 454.

b Quando teſtis cenſeatur deponere ſuper animo deliberato. Alba conſ. 472. nu. 3.

c Quæ coniecturæ requirantur ad inducendum animum deliberatum. Albenſ. conſilio 46. vbi plura appoſtillator item, & conſilio 472. vbi ait cum qui euaginato enſe eſt aliquem aggreſſus, dum tranſiret, & dirigebat percuſſiones ad caput, nullis prolatis verbis animi deliberati indubitatum indicium dediſſe, item ſi erat armatus, col giaco di maglia, guanti, & maniche di maglia, & ſecreta in teſta, con ſpada, & pugnale, item ſi dixerit guardati ſe tu ti ſai guardare, idem ſi appareat dè geminato inſultu, de auxilio, & aſſiſtentia alterius pariter armati ex qualitate armorum, & loci animus deliberatus dignoſcitur.

rixa,colligitur ex coniecturis, prout nota-
tur per Bart.in l.prima,§.diuus num. 20.ff.
ad leg.Corn.de ſicar.& Menoch.ibi nume-
1118 ro 21. † in animo autem dignoſcendo ver
ſatur arbitrium iudicis, idem Menoch. d.
1119 caſu 361.numero tertio,† coniecturas au-
tem plures præſumptionis animi delibera
ti,notat Boſſ.eod.tit.numero 63. cum ſeq.
refert etiam multas Clar.d.§.homicidium,
verſ.ex propoſito,ibi,animus ad occiden-
1120 dum, † vbi autẽ in ipſo actu rixæ, vel ipſo
actu inſtantis iuſti doloris, alteriusvè affe-
ctus animi quis vulnerauerit, vel occide-
rit,tunc clarum eſt nõ eſſe commiſſum deli
ctum animo deliberato,ita Menoch.d.caſu
361.num.17.& Cumia d.cap.54. num.107.
1121 cum ſeq. † idem ſi rixa paulo ante præceſ-
ſerit,vel iuſtus timor, vel impetuoſus ani-
mi affectus,quia ceſſat animus deliberatus,
vt per Menoch.d.loco,num.ampliando,nu
mero 19,& declarando numero 20. & 21.
1122 † animus quoque deliberatus non dicitur
interfuiſſe homicidio,ſi quis accurrens fra
tri rixanti cum alio,illum rixantem cũ fra-
tre interfecerit,ita Boſſ.d.tit. de homicid.
nũm.59.verſ.& minus,declarando, vt per
1123 eum ibi, † non præſumitur pariter animus
deliberatus occidendi, quando quis prius
nihil ex domo amouerit de bonis,& rebus
1124 eius,ita Alba.conſ.46.num.9. † animo de-
liberato quod ſit commiſſum homicidium
1125 valde eſt vtile ſcire in hoc dominio,† pri-
mo quia vbi ſit homicidium factum animo
deliberato graue eſt delictum, Boſſ.tit. de
inquiſit.nume.115.& Menoch. d. caſu 361.
1126 num.16. † & grauius etiam hoc caſu occi-
dens punitur,Boſſ.tit.de homicid.num.65.
ad fin Conrad.d.cap.9.num.7.verſ.quinto,
amplia,Menoch.d.num.16. ampliando, vt
per Marſ.d.l.prima,numero 2.cum ſequen.
1127 ff. de ſicar. † ſed quod ſit eadem pœna
prout in homicidio in rixa,licèt ſit grauius
delictũ,not. Boſſ. de inquiſit. numero 116.
1128 & 117. vbi adducit rationem, † ſecundò
homicidium hoc animo deliberato patra-
tum ex inſtitutis,& Decretis Principũ non
eſt gratiabile,niſi ex magna cauſſa,Boſſ. d.
nu.115.idem tit.de remed.ex ſola clemen.
nu.42.declarando,nume.48.49.& 50.idem
Carer.d.verſ.ex propoſito, ibi, illud vero,
& hoc etiam cauetur in ordinibus vorma-
1129 tientibus, † imò quod plus eſt, pro ho-
micidio etiam in rixa, quando quis eſt
auctor, vel origo rixæ, gratia ei ſit cum
magna difficultate,vel ſaltem adhibita ali-
qua pœna pecuniaria, vel exilij, ita Boſſ.
1130 dicto loco, numero 118. † verum ſi quis
animo deliberato volens occidere vnum
alium occidat,quo ad eum dicitur homici
dium cum animo deliberato,nõ tamẽ quin
poſſit habere gratiã,habita remiſsione, ita
Senatũ dijudicaſſe notat Clar.d.§.homici-
dium, verſ.dicitur etiam, ibi, benè verum
1131 eſt,† tertio committens homicidium ani-
mo deliberato non eſt tutus immunitate
eccleſiæ,Clar.d.loco.d.verſ.ex propoſito,
a ibi,item committens. a

SVMMARIVM.

Occidendi animo percuſſum aliquem cognoſci ex iteratione actuum,loco,poteſtate,armis,modo,num. 1132.

Occidendi animus in dubio præſumitur multo magis ſi prædixerit velle occidere,nu. 1133.1134.

*Armorum qualitas indicat an fuerit annimus occidendi,nu.*1135.1136.

Enſis, pugio indicant animum occidendi, numero 1137.

Cultro homicidium factum non præſumi ex propoſito.

*Deliberatus animus non præſumitur in eo,qui leuius percuſſit, cum poſſet grauius, & dicenti contrarium incumbit probatio,nu.*1138.1139.

Baculo facta, non præſumuntur ad occidendum,numero 1140.

Percuſſio infrà caput excludit animum occidendi, num. 1141.

*Deliberatus animus occidendi non præſumi fuiſſe in faciem percutiente,nu.*1142.

Percuſſiones omnes extra rixam arguunt animum deliberatum,nu. 1143.

Deliberatũ animum præſumitur inſolito delinquere, & teſtibus,qui deponant de minis præcedentibus delictum,nu. 1144.1145.

*Occidendi animus colligitur ex coniecturis omnibus de quibus, Alex.nu.*1146.1147.

Homicidium ex percuſſione facta inſtrumento non apto ad occidendum, punitur arbitrio, numero 1148.

*Occidens animus non præſumitur in percutiente culum,vel amicum,nu.*1149.

*Vel cum percuſſus exculpat cum iuramento maxime affinem,nu.*1150.1151.1152.

*Iuramentum pœnam minuit cum alijs tamen coniecturis,nu.*1153.

*Vulnerans,licet non animo occidendi, ſi tamen occidat tenetur de homicidio, nu.*1154.

*Homicidij reus eſt etiam dans operam rei licitæ, ſi potuit prauidere.nu.*1155.

1 Occi-

ADDITIO.

a Reis magis quam actoribus competit onus probandi non habuiſſe animum deliberatũ occidendi,Laur.Chir.in ſuis commun.concl.26.Cent.4.

I Occidendi.

1132 POteſt † enim eſſe animus delibera
tus , vel dandi vulnus faciendi
cicatricem non occidendi , quod
deprehenditur ex qualitate loci ,
vulneris, & poteſtate , quam habuit vulne-
rans ad ictus iterandos,& aliter, ex modo
percutiendi, quod cum conſiſtat in animo
verificatur ex præſumptionibus,vel circun
ſtantijs ex armorum qualitate, & ex modo
quo fuit facta percuſſio , per narrata per
Gand. dicta Rubr.de homicid. numero 23.
verſic. ſolutio diſtingue , Boſſ.dicto tit.de
homicid. numero 55. & Alba. conſilio 46.
numero 12. & 13. latè hæc inditia , & con-
iecturas animi deliberati explicat , Marc.
Anton.Blanc. in repet.l.fin.ff.de quæſt. nu.
1133 67. cum ſeq. † In dubio autem præſumitur
animus occidendi,vt not. Cæpoll. conſilio
29. numero 4. Carer. latè.§. homicidij au-
1134 tem, numero 44.vbi latè diſcutit, † & ani-
mus deliberatus occidendi facit teneri,vel
non, vbi nõ adſit pœna ordinaria, ita Boſſ.
1135 dicto loco , num.35, ad fin. † quod magis
habet locum , vt dicatur adfuiſſe animus
occidendi , ſi probetur eum ſic ante dixiſ-
ſe velle , ſcilicet occidere , vt not. Afflict.
1136 Rubr.11. de intrant. num.7.lib.1. † Quòd
autem animus occidendi cognoſcatur per
coniecturas ex qualitate facti, & armorũ ,
not.Dec.conſilio 9.numero 3.plures conie
cturas, not. Cuman.conſil.135.nu. quinto.
Marſil.d.l.1.§.Diuus,numero 20.cum plur.
ſeq.ff.de ſicar. Afflict.dicta Rubr.11.de pę-
na eius,numer.8. Boſſ.d.titulo de inquiſit.
numero 110. cum ſeq. & tit. de homicid.
num.37.cum ſeq. Conrad. d.cap.9.num.7.
Crauet. conſilio 119. nu.19.Mantua, conſ.
216,num.26. volum.2. Menoch. dicto caſu
1137 361. num.5. cum ſeq.duobus , † cum enſe
enim,& pugione ſi quis percuſſerit præſu-
mirur animus occidendi , non ſi cum par-
uulo cultro, ita declarat tex. in d.l.1. & §.
Diuus,vbi Bart.idem Aret. conſil.80.nu.6.
Alciat. in l.inter ſtuprum,num.4.ff.de ver-
borum ſignific. Boſſ. d.nume.37.verſic.ad-
uerte, vbi dicit de claua, cucuma, & bacu-
lo: In quo tamen aduertit iudices , vt ſint
oculati , ne fraudolenter quis tali gladio
1138 paruo vtatur, † ex armis quoque aptis ad
occidendum ſi quis percutiat, non eo de-
terius, quo fieri poteſt,ceſſat animus occi-
dendi , not. idem Boſſ. numero 38. & Ca-
rer.d.§.homicidij autem, num.38.Crauet.
1139 conſil.119.nu.10. † quòd autem potuerit
percutere ferro , & non percuſſerit,ſed ha-
ſta creditur percutiẽti , niſi percuſſus pro-
bauerit contrarium,vt per Boſſ. d.loco,nu.
46. ad finem, Auguſt.ad Angel. d.verb. ex
interuallo, num. 16.verſ.& adde Ang. Me-
1140 noch. dicto caſu 361.num.6.& 7. † idem ſi
percutiat cum baculo, vel pomo enſis, vel
haſta non ferrata, ita Bonacoſſ.in verb.ho-
micidium , verſiculo item limita in occi-
1141 dente, † ex inſtrumento quoque quo non
communiter homines vtuntur ad occiden
dum,tamen ſi fiat percuſſio etiam infra ca-
put ſi ſit inſtrumentum graue, præſumitur
animus occidendi,ita notat exemplifican-
1142 do, Boſſ.d.loco, num.39. † vlterius quan-
do ſit percuſſio in capite, non ſemper prę-
ſumitur animus occidendi, veluti ſi fiat in
facie,quia non eſt mortalis,vt per Boſſ.nu.
1143 40.declarando numeris ſeq.† quæ quidem
conſiderationes habent locum , ſi fiant in
rixa , alias præſumitur ſemper animus de-
liberatus occidendi in dubio , idem Boſſ.
1144 num.44.declarando,ibi latè, † ex conſue-
tudine etiam occidendi præſumptio inſur
git,quòd quis percuſſerit animo occiden-
di,Carer.d.locò,numero 35.vnde ſi plures
percuſſerint,& neſcitur quis vulnerauerit,
ſi aliquis ſit ſolitus committere homici-
dium,præſumitur contra eum,vt poſſit tor
1145 queri,ita Carer.num.38.† probatur etiam
per teſtes , qui audiuerunt, accuſatum di-
centem, ſe velle talẽ occidere,vt per Boſſ.
1146 num.39. † quod autem colligitur ex alijs
coniecturis præcedentibus, & ſequẽtibus,
1147 vt nu.40. † quòd autem non adfuerit ani-
mus occidendi , probatur coniecturis no-
tatis, per Alex.conſil. 140.num 3.cum ſeq.
vol.2.Boſſ.d.tit.de homicid. num.36. cum
ſeq.maximè, num.47.vſque ad num.55.la-
tè Marſil.d.l.prima, numero 20. cum ſequ.
1148 † ex qualitate enim armorum,& facti col-
ligitur animus nõ occidendi,veluti ſi per-
cutiat inſtrumento non apto ad inferendũ
mortem , quia etiam eo caſu ſi moriatur
percuſſus , non punitur percutiens pœna
homicidij, Cæpoll.conſ.34.num.8. Carer.
d.ſuo §.num.22. Gomeſ.tract.delict.cap.3.
de homicid.num.17. verſ.poterit autem ,
exemplificando, vt per eum, Crauet.conſ.
1149 119. num.10. † percutiens etiam aliquem
poſt culum non præſumitur animo occidẽ
1150 di percuſſiſſe,Alciat. præſumpt.24. † ami-
citia quoque inter occiſum, & occidentẽ,
oſtendit,illum non habuiſſe animum occi-
dendi , ita Cæpoll.conſilio 31. numero 5.
Boſſ. dicto titulo num.48.Ioan. de Arnon.
1151 Caut.7. † quod quidem procedit multo
magis in affine occidente affinem, Boſſ.d.
num.

num.48. & Carer. q.9. homicidij autem, nu.
1152 30. & 59. ad fin. † Probatur etiam quòd nõ ad fuerit animus occidendi iuramẽto partis offendentis, vbi aliter directo nõ poſſit probari, ita Carer. ibidem num.41. Conrad. d. c.9. num.7. verſic. adde tamen, idem Ioan. de Arnon. ſingul.44. vbi dicit euitare
1153 tunc pœnam mortis ordinariam, † nec obſtat, quòd cauſſæ criminales, non poſſint probari iuramento, vt per Carer. num.42. quia d. probatio habet ſolum locum concurrentibus alijs coniecturis, vt per eum,
1154 num.43. † quicquid ſit animum tantũ vulnerandi habens, ſi occidat, tenetur de homicidio, ita Boſſ. dicto loco, num.37. verſ. quibus ideo, & num.74. verſic. arbitror ta-
1155 men; † nam dans operam rei illicitæ tenetur de ſecuto, ſi id veroſimiliter debuit ſequi, ita Boſſ. d. tit. de homicid. num.93. a

ADDITIO.

a Addas Maſcard. concluſ.864. de prob: vbi ponit quo pacto probari poſſit homicidium fuiſſe commiſſum animo occidendi, vbi etiam concluſ. ſeq. ponit quomodo homicidium facto commiſſum probari poſſit.

m Etiam ſi non lædat.

De iure communi ſecus, vbi nõ ſit deuentum ad actum proximum, vt notatum latè ſupra, & etiam ſi deuentũ ſit ad actũ proximum ex conſuetudine de qua ſupra notatum latè fuit.

n Vel occidat.

Si tamen vulnerauit, vt ſupra notatum.

SVMMARIVM.

Auxilium dantes homicidio ex propoſito, puniuntur ſicut homicidæ. num.1156.

Statutum de pœna imponenda auxiliatoribus ad homicidium, interpretatur ex iure communi. numero 1157.

Auxiliator ad homicidium, an puniatur, vt principalis, ſunt de iure opin. num.1158.1159.

Auxiliator ad homicidium dicitur etiam qui aſſiſtit ſolum. num.1160.1161.

Auxiliator ſi non eſt author, & cauſa immediata delicti non tenetur de homicidio, vt principalis. numero 1162. cum ſeqq.

Auxiliator qui ex ſtatuto pro ope delicto præſtita tenetur, intelligitur pecuniaria pœna. nu.1167.

Mai. ſtatis læſæ crimine tenentur auxiliatores æquè ac principales. num.1168.

Cauſam dediſſe homicidio quis dicatur. nu.1169.

Auxilium aliud cooperatiuum, aliud nudum, numero 1170.

Aliud immediatum. num.1171.

Aliud ante delictum. num.1172.

Auxilium ex propoſito punitur pœna ordinaria. numero 1173.

Auxiliator non eſt propriè, qui præſtat opem poſt delictum. numero 1174.

Auxiliator in dubio torquetur, vt fateatur, an ex propoſito ſit. num.1175.1176.1177.

Auxilium remotum punitur arbitrio. num.1178.

Auxilium caſu præſtitum, ſiue ignoranter non punitur. num.1179.

Auxiliator qui præſtitit arma non præſumitur, quod ad delictum ea commodarit. num.1180.

Auxilium in ipſo delicto punitur ordinariè. numero 1181.

Auxilium remotum mitius puniri. num.1182.

Auxilium nudum mitius punitur. num.1183.

Auxiliator non tenetur, niſi principali conuicto numero 1184.1185. cum ſeq.

Auxiliator opem ferens ignoranter, excuſatur. numero 1187.

Auxiliator non punitur vti principalis, qui ex coniecturis grauatur, vt maiori pœna dignus. numero 1188.

Auxiliator non punitur vt principalis ſi ſtatutum hoc dicat. num.1189.

Auxiliator nudus non punitur. num.1190.

Auxiliator non punitur, vt principalis quoad omnia num.1191.

Auxilium poſt delictum mitius punitur. num.1192. & 1193.

Auxilium caſuale, ſine ſcientia, (vt in exemplo,) non potuiſſe inquiri. num.1194.

Auxilium præcedente tractatu punitur ordinaria pœna. num.1195.

Auxiliator hæretici punitur de hæreſi. num.1196.

Aſſocians poſt delictum, vt puniatur. nu.1197.

Conſulens non tenetur indiſtinctè, ſed auxiliator. num.1198.

Auxiliator, quando aliàs principalis erat occiſurus, mitius punitur. num.1199.1200.

Auxiliatoribus quandoque parcitur. num.1201.

Auxiliator mitius punitur pro delicto non conſumato, niſi ſit læſa maieſtas. num.1202.1203. cum ſequentibus.

Auxiliator non punitur vti principalis, & ex ſuperuenienti qualitate augetur pœna. nu.1207.

Auxiliatoris, & æquè principalis pœna. numero 1209.

Auxiliator qua actione teneatur. num.1210.

Inſtigator idem, & diſſuaſor delicti, vt puniatur. num.1211.

Auxiliatorum plurium, an pœna eadem. num.1212.

Au-

Auxiliator ad delictum non plus principali tenetur. num. 1213. cum ſeqq.
Auxiliator non punitur vti principalis ad duplum. num. 1216.
Auxiliator ad plura homicidia teneturniſi de vno. 1217.
Auxiliator in rixa, ſi ipſe occidat, non grauat principalem, niſi ratificet. num. 1218. 1219.
Ratificatio delicti, vt fiat. num. 1220.
Ratificans delictum conuenitur in loco delicti. numero 1221. cum ſeqq.
Auxiliator homicidę non repellitur ab actibus à quibus principalis, num. 1225. 1226.
Auxiliator non tenetur pro alio auxiliatore, numero 1227.
Auxiliator ad furtum, non tenetur vti principalis ad reſtitutionem. num. 1228.
Auxiliator vti principalis tenetur de pace rupta. numero 1229.
Irregularitas contrahitur ob auxilium. num. 1230.
Irregularis eſt qui inſtigat ad homicidium, item qui cauſam etiam remotam ei dat. num. 1231. 1232.
Conſulens tenetur vti principalis ratione delicti. numero 1233. 1234.
Licet mitius, & ſiue delictum etiam ex interuallo ſequatur. num. 1235. 1236.
Conſulens furtum tenetur parti læſæ. num. 1237.
Conſulens non punitur cum principalis aliàs erat facturus, non tamen in atrocioribus. numero 1238. 1239. 1240.
Conſulens, an in dubio præſumatur ei conſuluiſſe qui alias eſſet facturus ſunt opin. num. 1241.
Conſulens tenetur ſi principalis eius nomine fecit. num. 1242.
Conſulens ad furtum tenetur indiſtinctè. num. 1243.
Conſulens, & opem ſimul delicto præſtans tenetur indiſtinctè. num. 1244.
Conſulens æquitate canonica mitius punitur. numero 1245.
Conſulens quomodo probet principalem aliàs facturum fuiſſe. num. 1246.
Conſulentem, an principalis poſſit excuſare. numero 1247.
Conſulenti imponitur onus probandi, principalem non fuiſſe aliàs facturum. num. 1248.
Conſulens non tenetur vti principalis ad pœnam ſtatuti. num. 1249.
Conſulens non tenetur vti principalis quoad diuerſam qualitatem. num. 1250.
Conſulens non tenetur principalis ad pœnam auctam ſtatuto. num. 1251.
Conſulens non tenetur vti principalis cum ſtatutum diſtinguit pœnas. num. 1252.
Conſulens poſt delictum non tenetur. num. 1253.
Conſulens non punitur, ſi reuocet. num. 1254.
Conſulens non tenetur de conſilio ſpreto. num. 1255.
Conſulens non tenetur, niſi ſequatur effectus, nec vbi principalis fuit abſolutus. num. 1256. 1257.
Conſulens in interdicto, vnde vi mitius punitur. numero 1258.
Conſulens excuſatur ſi conſulit quod fieri non poteſt, vel ſi delictum non ſequatur. num. 1259. 1260.
Irregularitas quandoque contrahitur ex conſilio. numero 1261.
Irregularis, an fiat inſtigator. num. 1262.
Conſulens tenetur reficere damna, licet detur actio in principalem, niſi principalis aliàs eſſet facturus. num. 1263. 1264. 1265.
Conſulens in dubio tenetur vti principalis, nu. 1266.
Conſilij pœna, & etiam auxilij, an poſſint concurrere. num. 1267. & 1268.
Conſulens excommunicari, an excommunicetur. numero 1269.
Irregularis eſt qui conſulit irregularitatē. nu. 1270.
Conſulens aliquando punitur plus faciente. nu. 1271.
Conſulere plus eſt quam compellere. num. 1272.
Perſuadens delictum tenetur, ac conſulens ſine diſtinctione, an eſſet facturus. num. 1273. 1274.
Perſuadens non tenetur, niſi ſecuto delicto. numero 1275. & ſeq.
Perſuadere eſt ad vtilitatem perſuadentis. nu. 1277.
Conſcij, & qui poſſent prohibere delictum non tenentur. num. 1278.
Conſcij non tenentur, niſi in atrocioribus. nu. 1279. cum ſeqq.
Atrociora crimina ſunt parricidium, læſa maieſtas.
Conſcius pater de crimine filij læſæ maieſtatis non tenetur. num. 1282.
Conſcius nunquam ſine dolo tenetur. num. 1283.
Conſcius tenetur in foro conſcientiæ ſuccurrere. numero 1284. 1285.
Conſcius præſumitur in dolo. num. 1286.
Conſcius, vt pater tenetur, quia poteſt prohibere, num. 1287.
Irregularitas fit ex eo quia clericus conſcius erat delicti. num. 1288.
Conſcius fraterni delicti, debet relegari. nu. 1289.
Vaſſallus conſcius delicti in dominum tenetur. numero 1290. 1291.
Conſulens, an puniatur vti mandans. num. 1292.

o Pari modo.

1156 PVniendum ſcilicet eadem pœna, quod idem in præſtantibus auxilium ad homicidium animo deliberato per decreta antiqua, de quibus per Boſſ. dicto tit. de homicid. nu. 21. verſic. & decre-
1157 to, & num. 49. vbi clarius. † Statutum, vel decretum puniens ſimpliciter præſtantem auxilium, & fauorem eadem pœna debet interpretari ſecundum iuris communis diſpoſitionem, ita not. Marſil. conſil. 24. num. 16. vol. 1. Cœpoll. conſil. 27. nu. 15. Conrad. d. Rub. de conſentientib. nu. 1. & 6. verſ. 5. amplia.

amplia.Bonac.ſuis quæſt.in littera P.in ver
bo, de præſtante auxilium, & in terminis
huius decreti, not. Menoch. d.Cent.4. ca-
1158 ſu 349. num.10.& 11. † limitando niſi de-
cretum loqueretur per verba generalia, &
vniuerſalia,vt per Cępoll.conſ.27.num.15.
1159 ad fin.& num.17.† de iure autem commu-
ni opiniones ſunt diuerſæ, qua pœna ve-
niat puniendus auxiliator, aliqui enim te-
nent,pœnam eſſe eandē in auxiliatore,quę
in principali, quæ fuit opinio originalis.
Bart.in l.is qui opem,num.5.ff.de furt.Cœ-
poll.conſ.34. nu.12.& 13. capit.deciſ.155.
num.15.Grat.conſilio 52.num.1.vol.2.Con
rad.d.cap.9.nu.18.limit.29.addit.ad Alex.
conſilio 15.num.3.in littera C, & D, vol.1.
Felyn.in cap.1.num.13.verſic.ſed tu dicas,
de off. deleg.etiam communē dicit, Corn.
conſil.8. vol.3. cum alleg. per Clar.d.§.fin.
quæſt.90. in princ. & ſuis communibus in
verb.auxilium ferens, quam etiam not.Ber
tach. ſuo repert. in verb. auxilium, verſ.6.
Soc.ſen.conſil.188.num.3. verſ. confirmat.
1160 vol.2.† & quòd pari pœna puniantur agē-
tes, & cooperantes, not. Oſaſc. deciſ.105.
1161 num.1. † quæ quidem opinio ſecundum
eos habet locum, & extenditur etiamſi ma
num maleficio auxiliator non appoſuerit,
vt not.Dec.cap.1.num.12.de off. deleg.re-
fert Clar.dicta quæſt.90. in princip. & hoc
1162 etiam, † tamen conſentientes delicto, au-
ctorizando, & defendendo magis delin-
quunt, & magis puniuntur in grauioribus
delictis, quàm in alijs, ita not.Conrad.di-
cta Rubric. de conſuetudinibus, numero
1163 octauo. † Ampliando ſecundo etiā ſi de-
linquenti debeatur maior pœna,quàm de-
beatur auxilianti,Felyn.d.capit.1.num.13.
verſic. amplia. primo, declarando, vt per
1164 eum,idem Conrad.d.loco,num.6. † tertiò
ampliatur, etiam ſi iſta qualitas, quæ eſt in
iſto auxiliāte ſit apta augere delictum,idē
Felyn. d.loco, verſ.amplia etiam, & Con-
rad. dicto nu.6.verſiculo ſecundo amplia.
1165 †quartò ampliatur etiam ſi qualitas aggra
uans ſuperuenerit poſt delictum,vt ibi,Fe-
lyn.& Conrad.etiam dicto loco,verſic.ter-
1166 tio amplia. † Alij autem diſtinguunt, an
auxiliator dederit cauſſam immediatā de-
licto, & tunc puniatur eadem pœna,aut vē
ro nō fuit cauſſa immediata delicto, & tūc
puniendus venit pœna mitiori,hanc diſtin
ctionem tradit Bald.in l. iudices. ff.ad leg.
Iul.pecul.& in l. prima. C.de agger. idem
conſ.497.vol.1.Gand.d.Rubr. de homicid.
num.7.ſequitur Cœpoll.conſ.27.num.8. &
16.cum addit. ibi, & conſilio 34. num.16.
& 17.Bertach.in conſtit.in verb.auxilium,
verſic.33. Salyc. opiniones contrarias no-
tat in l.vnica,num.24. verſic. ex Prædictis,
C.de rapt.virg.Boſſ.tit.de homicid.nu.33.
verſ.& pro effectu, declarando vt per eum,
Ruin.conſilio 50.num.2.3.& 9.vol.1. Marſ.
ſua Praxi. §. conſtante,numero 49.& 50.&
conſil.24.num.17. & 22. & conſil.30. num.
9.vol. primo, Petr. Rauen. ſing.804. Boer.
deciſ.167.num.2.ad fin. Grat. conſil.52.nu.
1167 primo.3.& 15.cum ſeq.vol.2. † dicēs,quòd
vbi ſtatutum imponit eandem pœnam opē
præſtanti, habet locum in pœna pecunia-
ria,non corporali,notat etiam Natta, conſ.
151.num.3.& 4. volum.1.Carer. d.§.homi-
1168 cidium autem num.19. † limitando in cri-
mine Læſę Maieſtatis,in quo indiſtinctè pu
nitur quis eadem pœna, vt per Carer.d.lo-
co ibi,nu.70.communem hanc dicit Socin.
Sen.conſilio 188.num.7.volum.2.vbi etiam
notat quando quis dicatur dediſſe cauſ-
ſam delicto,cum allegatis per Clar.d.quæ-
ſtio. 90. in princ.ibi, aut auxiliator, quam
quidem opinionem dicit etiam ęquiorem.
Idem Clar.ibi,& quidem opinio,quam opi
nionem,vt auxiliator puniatur mitiori pę-
na,quando auxilium non fuit cauſſa imme-
diata delicti; extendunt habere locum, D.
D.etiam quod adſit ſtatutum diſponens,quod
auxiliator puniatur eadem pęna, ita Marſ.
d.conſ.30.num.15.& in l.prima, num. 89.ff.
ad leg.Corn.de ſicar.pro qua opinione fa-
cit quod ſupra notatum,quod ſtatutum ſi-
mile debet intelligi, & interpretari ſecun-
1169 dum ius commune,† quando autem dica-
tur quis dediſſe cauſſam delicto,vel homi-
cidio,notat Cœpol.conſ.34.num.20. & 21.
idem Socin. Sen. conſ. 188. num.6. ad fin.
1170 & 7. † alij autem diſtinguunt, quod ferè
incidit in eandem præcedentem diſtinctio
nem, quòd aut opem ferens, & auxilium
præſtans, illud præſtat cooperatiuum, &
non nudum, & tunc punitur eadem pœna,
alias punitur mitiori, ex eo quòd ſecundo
caſu auxilium non auget delictum,ita Cæ-
poll.d.conſ.27.num.12.& conſ.34.num.22.
idem Iaſ.conſ.137.num.3.& 4. vol.1. Marſ.
d.§.conſtante,num.61.verſ. idem adde, &
Iacob.Boulen.d.§. famoſos, num.100. cum
1171 ſeq.† quando vlterius dicatur quis auxiliū
dediſſe cooperatiuum, vel ſimplex, quod
dicitur mediatum, vel immediatum,notat
exemplificando,Carer.d.§.homicidium au
tem,num.7.8.& 9.Pariſ.d.conſ.152. nu.38.
volum.4.Socin.Sen.d.conſ. 188. numero 7.
1172 † aliter autem diſtinguit Salic. in l. vnica.
C.de rapt.virg.relatiuè per Foller.ſua Pra-
xi,quarta parte princ.verſic.pœnis debitis
feriantur, num.70. Clarus autem d. quæſt.

90.in

90.in princ.verſic.ego tamen,aliter diſtin-
guit, quòd aut auxilium præſtitit ante de-
1173 lictum, vel in ipſo delicto, vel poſt, † qui-
bus quidem caſibus omnibus, ſi delictum
ſit commiſſum præuio tractatu, vel delibe-
ratione, accedente conſenſu, aut ſcientia
ipſius auxiliatoris, & tunc indiſtinctè ha-
beat locum opinio prima Bartoli,quòd ea-
dem pœna, qua principalis ſit puniendus
auxiliator, ſiue auxilium hoc ſit præſtitum
ante delictũ, ſiue in ipſo delicto, ſiue poſt,
rationibus notatis per Conrad. d. Rubri-
ca de conſentientibus,nu.4. exemplifican-
do,vt per eum, num.5. & 6. in princ. latius
notatur per Clar.d.verſ.ego tamen pro cla
1174 riori,† aut non proceſſit tractatus aliquis,
vel deliberatio, & tunc placet Claro opi-
nio illa, quòd ſi auxiliator præbuit cauſ-
ſam maleficio, quòd tunc puniatur eadem
pœna, aliàs puniatur pœna mitiori, ma-
ximè ſi auxilium præſtitit poſt delictum
commiſſum,quia tunc non dicitur verè au-
1175 xiliator,ita Clar.d.loco, verſ.aut vero, † ſi
autem ſit dubium nunquid præceſſerit tra-
ctatus, vel deliberatio reſpectu auxiliato-
ris, tunc auxiliator torquendus eſt ſuper
ipſa deliberatione, & tractatu,aut ſcientia
delicti, & vbi fateatur punitur ſaltem pœ-
1176 na extraordinaria, † maxima enim ſuſpi-
tio contra eum inſurgit, quòd præſtiterit
auxilium delinquenti etiam poſt delictum
patratum, vti particeps, & conſcius ipſius
delicti,ita Clar.d.verſ.aut vero, ibi, aut eſt
dubium, vbi dicit ſic ſeruare Senatum Me-
1177 diolani, † nouiſſimè in hoc articulo aliter
diſtinguit, Menoch. d.Cent.4. caſu 349. ꝙ
aut auxilium quis præſtitit ante delictum,
& tunc auxiliator is ſit puniendus eadem
pœna, vt tradit Bart. in l. in furti.§.opem.
num.3.ff.de furt.Gomeſ.tract.de delict.c.3.
de homicid.num.48. Menoch.d.loco num.
1178 3.& 4.† declarando id non procedere,pri-
mo vbi auxilium nõ fuerit proximum, ſed
remotum,quia tunc punitur pęna extraor-
1179 dinaria, vt ibi,per eum,num.5. † Secundò
declaratur non procedere, quando igno-
ranter ſit præſtitum, quia tunc nulla pœna
punitur, ita not.Felyn.d.cap.1.nu.13. verſ.
limita, niſi præſtans de off.deleg. & cap.ſi-
cut dignum, num.4. verſ.quinto limita, de
homicid.Io.de Arno.caut.31.vbi loquitur,
de commodante arma ei, qui fecit homi-
cidium,Iaco.Boulen. d.§.famoſos, nu.101.
ad fin.& num.102. Pariſ.conſ.154. num.14.
vol.4.Soc.Sen.d.conſil.188.num.2..verſ.vbi
1180 loquitur,Menoch.d.caſu 349.nu.8.† in du
bio autem non præſumitur, quod commo-
dauerit arma eo animo, vt delicto opem
1181 ferret, Menoch. d.loco, num.6. † ſecundo
autem caſu, quando auxilium fuit præſti-
tum in ipſo delicti tempore, tũc magis re-
cepta eſt ſcribentium ſententia, quod pu-
niatur pœna ordinaria,ita Bart. d.§.opem.
num.4.& Menoch. d.loco.num.7.tamen de
cretum ſequens cap.quicunque ſciens. §.ſi
quis auxilium in rixa, mitius punit, vt ibi
1182 per eum,† limitatur hæc concluſio, quan-
do iſtud auxilium fuit remotum, non pro-
ximum,quia tunc mitiori pęna punitur ar-
bitrio iudicis, ita notat Felyn. in d.cap.1.
num.13.verſ.limita primo, & in capit.ſicut
dignum,num.2. de homicid. idem Marſ.in
l.fin.num.30. C.d.l.Corn. de ſicar. Conrad.
d.Rubr.de conſentientibus,num.7. Burſat.
conſil.243.nu.23.vol.2. Gomeſ. d.tract.de-
lict.d.cap.3. d.num.48. verſ.ſecundo caſu,
Natta conſilio 151. numero 3. volu.primo,
1183 † limitando niſi dediſſet cauſſam malefi-
cio, quia tunc eadem pœna punitur, notat
idem Natt. numero 5. & Iacob. Boulen. d.
loco.num.110.idem firmat Menoch.d.caſu
1184 349. num.9. † quod idem eſt, quando au-
xilium eſt nudum, vt quia nil ferè egit au-
xiliator,quia mitius punitur, not.idem Me-
1185 noch.nu. 10.† ſecundò limitatur non pro-
cedere,quando non conſtat verè, & plenè
de delicto principalis, nec in hoc ſuffice-
ret contumacia principalis, vt tradit Fely.
d.cap.1.num.13. verſ. limita ſecundo,& d.
cap.ſicut dignum, num.3. verſ. ſecundo li-
mita.Marſil. d.l.fin. num.32. Conrad. d.lo-
co,num.7. verſ.ſecundo limita,& Menoch.
eodem loco.num.13. ideo conſuluit,vt agi
tetur proceſſus cõtra Ambroſ. vt per eum,
1186 num.14. † Tertiò non habet locum, quan-
do principalis ex illo delicto nõ venit pu-
niendus, ſed illud licitè fecit, quia pariter
auxiliator non punitur,ita Carer.d.§.homi
cidium autem,num.77.& Menoch.numero
1187 15.exemplificando vt per eos,† quartò li-
mitatur,quando ignoranter auxiliator de-
dit opem, & auxilium, quia tunc excuſa-
tur, prout iam dictum in caſu præcedenti
ante delictum, vt per eundem Menoch. d.
loco, num.16. & not. ſupra in cap.latrones
viarum, in verbo ſcienter Conrad. d. loco
1188 verſ.quarto limita,† quintò non habet lo-
cum, vbi ob aliquam qualitatem extrinſe-
cam grauaretur delictum in perſonā prin-
cipalis, quia non grauaretur in auxiliato-
rem,nec è conuerſo,Conrad.ibi,verſ.nono
limita, idem Menoch.d.loco, nu.17. & 18.
1189 & infra dicetur latè, † ſextò declaratur
nõ procedere,vbi ſtatutum, vel decretum,
aut lex imponeret diuerſas pœnas in delin
quente,& auxiliatore, Felyn. d.loco,num.
13.

13.verſ.limita niſi, & d.cap.ſicut dignum, num.4.verſ.7.Marſil.d.l.fin.num.34. verſ.vltimo limita, & in d. §.conſtante, num.15. verſ.ſeptimo,& Conrad.d.loco, nu.7.verſ.
1190 ſexto limita, & verſ.8.eſt, † limitatur ſexto non procedere quando iſte auxiliator probaret ſe in actu delicti nil egiſſe,ita Me
1191 noch.d.loco: nnm.20. † octauò limita non procedere, vbi tractaretur de actu repellēte homicidam,veluti ab honoribus, quia tunc non comprehenderet opem ferens, ita Felyn.d.loco, nu.13.verſ.limita, niſi in materia,Conrad.d.num.7.verſ.quinto limi
1192 ta, † poſt delictū autem præſtans opem, & auxilium mitius punitur, pęna ſcilicet extraordinaria, ita Bart.d.§.opem.nu.4.Gandin.dicta Rubr. de homicid. num.8.Felyn. d.cap.1. num.13. verſ.limita dummodo, & d.cap.ſicut dignum,num.4.declarando, vt per eum, Marſ.in d.l.vnica, nu.110. & 112. & in d.l.fin.num.33. & 44. Gomeſ.d.cap.3. num.48. verſ.tertio caſu. Conrad.ibi, verſ. tertio limita,Clar.d.queſt.90.verſ.aut quęro,Menoch.d.caſu 349.nu.21. & 22. & hoc quia poſt delictū non dicitur propriè pręſtare auxilium,ita Marſ.d. §.conſtante, nu. 54.declarando,num.55.parit,conſ.152.nu. 41. vol.4. Clar. d.loco. verſ.aut vero,ibi, ſi vero Boſſ.notat relatiuè d. tit.de homicid.
1193 numer.35. † quibus autem modis dicatur præſtari auxilium poſt delictū, not. Boule.
1194 d.§.famoſos, num. 105.cum ſeq.† pęna autem præſtantis auxiliū poſt delictum, quæ erat per decretum antiquum eadem, qua puniebatur principalis, fuit reformata ex nouo decreto,vt not.Boſſ.d.loco, num. 34. quæ eſt infra cap. ſequen.quicūque ſciens.
a §.receptans. *a* † Limitatur autem hæc con
1195 cluſio, vt non habeat locum ſi præceſſiſſet tractatus de auxilio poſtmodùm præſtando, tunc enim punitur eadem pæna, Marſ. d.l.vnica,num.224. Conrad. d.num.7. verſ. declaratur tamen,Menoch.d.loco,num.23. exemplificando ſecundum aliquos in eo, qui aſſociauit delinquentem poſt delictum commiſſum, vt per eum, num.24. quæ ta
1196 men exemplificatio ibi, reprobatur, † limitatur etiam in atrocioribus,veluti in hæreſi, quia eadem pœna punitur, ita Con
1197 rad.d.verſ.declaratur tamen,† qualiter autem puniatur aſſocians poſt delictum patratū,notat relatiuè Foller.ſua Praxi,quarta parte princ.verſ.pœnis debitis feriatur,
1198 num.70.circa fin.verſ.qualiter autem, † in omnibus autem prædictis caſibus non diſtinguitur, an delinquens eſſet alias facturus,vel ne,prout in conſulente,vt not. Carer.d. §.homicidium autē, nu.94. Kirchou. ſuis communibus Cent.prima, concluſ.22.
1199 † Tamen quòd mitius etiam puniatur, vbi ſit alias facturus delictum is delinquens, not.Angel.in tract. malefic. verb. Sempronium,num.43. vbi Auguſt. in addit. nu.44. & Conrad.d.loco,nu.6.verſ.quarto poteſt,
1200 Clar.d.q.90.verſ.item ſcias, † in prædictis etiam caſibus non punitur quis pęna ordinaria, ſed mitiori, quando delictum non fuit auctum, nec quis interuenit vt habilius delictum committeretur,ita not.Marſ. d.l.fin.num.35.& 36.C.de ſicar.& Carer.d.
1201 §.homicid.autem,num.66.& 67.† auxiliatores quoque ſi plures fuerint,vbi immineret periculum,& ſtrages multorum, caporales tantum punirentur, Felyn.d.num.13. verſ.limita etiam,& Carer.d.loco,num.76. Conrad.num.7. verſic.ſeptimo ſecundum,
1202 † nam etiam propter multitudinem delinquentium mitius puniuntur delinquentes, ita not.Tiraq.d.tract. cauſſa 47.nu.3. Marſ.
1203 d.l.fin.37.† auxiliator vlterius mitius punitur pro delicto nō conſumato, quicquid ſit in principali,Bertach.ſuo Repert.in verbo auxilium, verſ.47. & Conrad. d.num.7.
1204 verſ.decimo limita, † & licèt in alijs caſibus puniatur affectus,etiam ſi ſecutus non fuerit effectus, tamen fallit in auxiliante, ita Marſ.d.§.conſtante,nu.64.verſ.item teneas,& num.65.item Cæpol.conſ.34.num. 15.Carer.d.§.homicidium autem, num.56.
1205 † limitando in caſibus atrocioribus,in quibus punitur attentatum, veluti in crimine
1206 Læſæ Maieſtatis, vt d.loco, nu.56. † & q non puniatur præſtans auxilium, vel conſilium ex attentato non perfecto, vel conſumato, notat Menoch. d. Cent.4. caſu 360. numero 107. rationem adducit, num.108.
1207 & 109. † Propter qualitatem ſuperuenientem principali, an grauius puniatur auxiliator,diſtinguit Salic. in l.vnica, nu.26. C. de rapt.virg.
1209 † Plures committentes vnum maleficiū, an poſſint puniri tam de maleficio, quam de auxilio inuicem præſtito, declarat idem Sa-

ADDITIO.

a Inquiſiti fuerant nonnulli de loco Lauaniæ occaſione homicidij patrati ob auxilium, poſt autem facta oppoſitione quod erat caſuale, & nulla interuenerat ſcientia, fuit ordinatum, conſtitutionem hanc contra eum non habere locum, & ſublata quoad hoc caput inquiſitio.hæc de menſe Auguſti anni 1583.ad officium D.Cap.Iuſt.penes Arrigonum. Quomodo formanda ſit inquiſitio not. Farinac.de pœn.temper.q.96.num.61.Caball. reſolut.crim.caſu 198.nu.17.32.& 33.Bertaz. conſ. 143.num.18.lib.1.

Salicet. dicto loco, numero 28.
1210 † Obligatio contra auxiliatorem oritur
ex facto ſubſecuto propter opē, quod ſer-
uit ad notata p eundē, Salic. d. loco, nu. 27.
1211 † Concitans, & aſſocians raptorem, vel
homicidium committere volentem, tamen
diſſuadens ne rapinam, vel homicidium fa
ciat, qualiter, & quibus caſibus teneatur,
notat diſtinguendo, Marſil. dicta l. fin num.
43. Ioan. Brunel. in repet. cap. primo, de ho-
micid. tertia parte, num. 53.
1212 † Auxiliatores ſi fuerint plures, an vni-
formis, vel diuerſa ſit pœna, notat Carer.
d. loco, num. 22.
1213 † Auxilium præſtans delinquenti, & cō-
mittenti homicidium, nō plus peccat, quā
principalis, Grat. conſilio 52. numero 59.
volumine ſecundo. Pariſ. conſilio 154. nu-
1214 mero 20. 21. & 22. volum. 4. † tenetur vl-
terius in qualitate extrinſeca aggrauante
delictum, quando eam ſciuerit auxiliator
etiam quod non adeſſet in perſonam auxi
liantis, exemplificando, vt per Fely. d. cap.
ſicut dignum, num. 1. verſ. & quia materia,
Diaz. reg. 122. homicidio præſtans, ampl. 1.
Io. Brunel. d. cap. 1. quarta parte, nume. 50.
Clar. ſuis communibus, in verbo auxilium
præſtans, & d. quæſt. 90. in princ. verſ. quia
1215 immo etiam, vbi dicit communem, † am-
pliatur ſecundo, vt teneatur auxiliator de
qualitate extrinſeca, quæ non aderat tem-
pore auxilij, ſi tamen exiſteret tempore
delicti, exemplificando, vt per Fely. d. cap.
ſicut, nu. 1. verſ. 2. declara; idem Diaz. d. reg.
122. ampl. ſecundo, & Io. Brunel. d. quarta
1216 parte, nu. 57. † non tamen haberet locum,
ſi pœna duplicaretur in perſonam princi-
palis, ex qualitate intrinſeca, quia ad du-
plicationem non tenetur auxiliator, Bart.
in l. liberis. §. poſthumis. num. 1. ff. de alim.
& cib. leg. Bertach. ſuo Repert. in verb. auxi
lium. verſ. decimotertio, Felyn. d. cap. ſicut
dignum, nu. 2. verſ. 3. limita. Marſ. d. §. con-
ſtante, nu. 53. ad fin. Carer. d. §. homicidium
autem, num. 75. vbi diſtinguit, Menoch. d.
Cent. 4. caſu 349. nu. 17. declarando, nu. 18.
idem notat Bonacoſ. in ſuis quæſt. in verb.
auxiliator, verſ. idem ſi auxilium.
1217 † Auxiliator etiam præſtans auxiliū plu
ribus delinquentibus tenetur tantum vni-
ca pœna non pluribus, ita not. practic. in
form. inquiſ. in verſ. pluribus percuſſionib.
num. 4. Bertach. d. verb. auxilium, verſ. 31.
Corn. conſ. 8. nu. 5. vol. 3. Marſ. d. §. conſtan-
te, nu. 72. Carer. notat relatiuè d. §. homici-
dium autem, num. 73. vbi etiam notat quā-
do pluribus homicidijs interuenerit.
1218 † Auxilium, & opem præſtans in rixa, ſi
ſecutum fuerit homicidium, non facit; vt
principalis teneatur aliqua pena, exempli-
fic. vt per Bald. in l. data opera, nu. 63. C. de
his qui accuſ. nō poſſ. Marſil. d. l. fin. nu. 26.
cum ſeq. Riminald. Sen. conſ. 13. nu. 25. vol.
primo. Carer. ibidem, num. 50. & in §. circa
quartum, num. 45. Afflict. d. rubr. 13. de ho-
1219 micid. num. 4. † limitatur hæc cōcluſio nō
procedere, ſi principalis id ratum habeat,
ita not. Bald. d. l. data, nu. 63. & Carer. d. lo-
co, nu. 50. ad fin. not. etiā Marſ. d. §. conſtan
te, nu. 46. verſ. ſed in contrarium. Cotta d.
ſuis memor. in verb. opem præſtans, verſic.
1220 prædicta, † ratificatio autē delicti quibus
verbis inducatur, not. Carer. in §. circa igi-
1221 tur, nu. 184. cum 4. ſeq. † ad inducendum
autem ratificationem in delictis multa re-
quiruntur, de quibus relatiuè per Carer. d.
1222 loco, nu. 189. † delictum autem quod non
poteſt per inſtrumentum extraneum expli
cari, non poteſt etiam ratificari, declaran-
do, & exemplificando, vt per eundem Ca-
1223 rer, nu. 190. † quando autem ratificans te-
neatur, & puniatur, vt mandans, vel vti fa-
ciens, notat idem Carer. num. 196. cum tri-
1224 bus ſeq. † vbi autem poteſt ratificans con
ueniri, ex delicto, debet conueniri in loco
delicti, non ratificationis, ita Carer. dicto
loco, num. 200.
1225 † Auxiliator homicidæ, licèt eadem pœ
na, qua homicida puniatur, & habeatur eo
caſu vti homicida, vt not. Bertach. in dicto
verbo auxilium, verſ. 48.
1226 † Attamen in actibus, in quibus ex ali-
quo ſtatuto repellerentur homicidæ, nō re-
pellerentur hi auxiliatores, vti homicidæ,
ita not. Fely. d. cap. 1. nu. 13. verſ. limita niſi
eſſemus, & in d. c. ſicut dignum, nu. 4. verſ.
6. Marſ. in d. l. fin. num. 33. & d. §. conſtante,
num. 55. verſ. 6. Carer. d. §. homicidium au-
tem, num. 77.
1227 † Auxiliator licèt teneatur de damno
dato per eum, tamen non tenetur de dam-
no dato ab alijs auxiliatoribus, licèt princi
palis teneatur etiam de damno dato ab a-
lijs, ita not. pro ſing. Bart. in l. prætor. §. ſi
quis. ff. de vi bon. rapt. ſequitur Carer. dicto
loco, num. 85.
1228 † Auxiliatores quoque ad furandum, li-
cèt teneatur eadem pœna, qua principalis,
tamen non tenentur cōditione furtiua ad
rei reſtitutionē, ſicut principalis, Bertach.
d. verb. auxilium. verſ. quadrageſimo.
1229 † Auxiliator quoque tenetur de pace ru
pta ſicut principalis, idem Bertach. d. verſ.
39. Marſ. d. §. conſtante, nu. 47. Carer. dicto
loco, nu. 86. Conrad. d. rubr. de conſentien-
tibus, num. 6. verſ. 6. amplia.

1230 † Clericus vlterius auxiliator homici-
dij, & mutilationis membri fit irregularis,
ita Bettach.d.loco , verſ.29.auxiliator ho-
micidij, & Carer. d.loco, numero 83. Bru-
nel.ad Gouarruuium,in repet. d.capit.pri-
1231 mo. quarta parte, numero 50. † fit pariter
irregularis ſi conſulat,inſtiget, vel perſua-
deat,vt quis percutiatur,vel occidatur, vel
vt ſe ſummergat, vnde mors, ſit ſecuta, ita
Carer.in §. circa igitur , numero 140. am-
pliando quatuor modis,& limitando quin
que modis , vt per eum , numeris ſequenti
vſque ad numero 155. idem Brunel. dicta
1232 quarta parte. numero 59.61. & 63. † idem
ſi dedit cauſſam etiam remotam homici-
dio, vt notat idem Brunellus dicto capitu-
lo primo, quarta parte, numero 64. decla-
rando vt per eum, de homicid.
1233 † Decretum hoc ex quo imponit eãdem
pœnam non ſolum auxilianti , & opẽ præ-
benti, ſed etiam conſulenti, quod quidem
interpretandum ſecundum diſpoſitionem
iuris communis,vt ſupra notatum in auxi-
liante, & in his terminis, not. Menoch.di-
cta Cent.4. caſu 351. numero 14. cum ſeq.
videndum quid ſit de iure communi , &
1234 quomodo declaretur hoc, † de iure igitur
communi conſilium præbens ad delictum
eadem pœna regulariter punitur,prout de
linquens, Duenas reg. 149.cõſulens , Diaz.
reg.145. conſulens, idem Ioan. Brunel.di-
cta quarta parte , numero 58.declarando ,
1235 vt per eum , † licèt , quod puniatur pœna
mitiori teneat , Oſaſc. deciſ.67. numero 4.
1236 † ampliatur primò hęc concluſio, vt pro-
cedat ſiue delictum fuerit patratum in cõ-
tinenti , ſiue ex interuallo , Carer.dicto §.
1237 circa igitur , numero 155.& 156. † exten-
ditur ſecundò hæc concluſio , vt non ſolũ
puniatur eadem pœna , ſed etiam teneatur
ad intereſſe partis læſæ,nam ſi alicuius cõ-
ſilio res furto fuerit ſubtracta,vel damnum
datum , tenetur conſultor æquè ac is , qui
ſurripuit, vel damnum dedit ad rei reſtitu-
tionem , vel refectionem damnorum , ita
Carer. dicto loco , numero 176. declaran-
do numero 177. Menoch. dicto caſu 351.
1238 numero. . . † limitatur autem multis mo-
dis hæc concluſio,vt quis non teneatur ea-
dem pœna , notatis per Conrad. d. Rubr.
de conſulentibus, numero ſecundo.Secun-
1239 dò limita , vſque ad fin. † & primo limita-
tur non procedere,ſi delinquens abſq; hoc
conſilio illud delictum erat patraturus ,
quia tunc non punitur conſulens eadem
pœna , ita limitat.Felyn.dicto capit.primo
numero 8.de offic.deleg.& dicto cap. ſicut
dignum, num.7.Iacob.Boulen. dicto §. fa-
moſos , numero 95. dicit communem Ca-
rer. dicto §.circa igitur,numero 163.quic-
quid dubit. & numero 168. verſiculo vlti-
mo Dueñ.reg.149. conſulens, in princip.&
Conrad.dicta Rubr. num.1. de conſulenti.
verſ.dicamus inquam , Menoch. caſu 351.
num.17. quòd tamen aliqua pœna, ſed mi-
tiori eo caſu puniatur conſulens Dec. in h.
conſilij. numero 5.cum addit.ibi.ff.de reg.
iur.idem in dicto capit. primo , numero 9.
Carer. dicto loco. numero 162. Menoch.d.
caſu 361. numero 22. & ita dicit interpre-
tanda diſpoſitio decreti ſupra capit.latro-
nes viarum, indiſtinctè loquentis, vt dicto
loco per Menoch. numero 23. tollendo id,
quod poſſet in contrarium obijci, exten-
dendo numeris ſeq. vſque ad fi.idem Clar.
1240 d. §.fin. quæſt.88. in princ. † quæ quidem
concluſio extenditur , vt mitius puniatur
conſulens delinquentem alias facturũ etiã
in delictis atrocioribus , prout in decreto
iſto, & ſupra d.capit. vt ſignanter declarat
Menoch.caſu 351. num.24.25.& 26.vbi di-
cit ſic declarari debere opinionem , Bald.
Decij, Boſsij,& Menoch. qui videntur ſen-
tire contrarium,vt in locis per eos citatis,
1241 † quæ quidem concluſio , vt non teneatur
ſi aliàs erat facturus delinquens,limitatur,
vt per Felyn.dicto capit. primo,numero 9.
& per Carer. d.loco, numero 164. non ha-
bere locum in atrocioribus delictis, ſequi-
tur Conrad.d.numero 2.declarando vt per
eum ibi , an autem præſumatur in dubio
aliàs facturum opiniones contrarias. not.
Conrad.ibi numero primo, verſiculo quar-
to amplia, & infra dicetur , verum tollitur
per præallegata ſupra , cum ponatur pro
1242 ampliatione, & extenſione , † Secundò li-
mitatur non procedere , quando delictum
commiſit delinquens nomine conſulentis,
non ſuo , vt trad. Dec. dicto capitulo pri-
mo. numero decimo. verſiculo ſexto etiã,
Menoch.dicto caſu 351.numero vigeſimo-
ſeptimo. & vigeſimooctauo.quam opinio-
ne licèt dicat eſſe veram, tamen demõſtrat
1243 non quadrare huic concluſioni , † Tertiò
non habet locum hæc diſtinctio in furto ,
quia conſulens indiſtinctè tenetur,ſiue eſ-
ſet facturus, ſiue non, ita Carer.ibi, nume-
1244 ro 170. † Quartò non procedit hæc diſtin
ctio , quando quis præſtitit conſilium, &
opem ſimul , quia tunc indiſtinctè tenetur
hac pœna, qua principalis , vt per Care-
rium dicto loco , numero 171. & in §. ho-
micidium autem, num. ſeptuageſimoocta-
uo,licèt dicat de ęquitate canonica puniri
1245 pœna mitiori , † aliàs tres limitationes,no
tat Carer.d.§.circa igitur,nu.160.& 161. &
not.

not.ſupra capitul.latrones viatum, in ver-
1246 bo,vel conſilium, † qualiter autem probe-
tur, quòd eſſet delinquẽs id delictum alias
facturus, notat relatiuè, Carer.dicto loco,
numero 172. & recurritur ad indicia, ita
Bald.in l.ob hæc,numero 3. verſiculo quòd
in dubio,cum addit ibi. C. de his, qui not.
1247 infam.† an autem credatur facienti,& de-
linquenti, quod eſſet aliàs facturus ad ex-
cuſationem conſulentis, notat dicto loco,
1248 Carer. numer. 173.† in dubio præſumitur
quòd non eſſet facturus ſine illo conſilio,
Bald.dicto loco,numero 3. verſiculo ſi non
apparet, & Carer.loco met,numero 174.&
1249 175. † limitatur ſecundò principalis con-
cluſio, vt eadem pœna non imponatur con
ſulenti,prout facienti,quando ſtatutum im
poneret pœnam facienti tantum, quia non
comprehenderet conſilium dantem, Dec.
dicta l.conſilij, numero 14. & in dicto ca-
pitulo primo, numero 10. verſiculo vnde-
cimo,vbi Felyn.numero 9. verſiculo limita
hic, & dicto capit. ſicut dignum, numero
8. verſic. fallit tertio, & Carer. dicto loco,
numero 167. Menoch. dicto caſu 351. nu-
1250 mero 19. † tertiò limitatur non procede-
re quoad diuerſam qualitatem, quæ in eſt
interfacientem, & conſulentẽ,ex quo con-
ſulens puniri debet mitiori, vel maiori pę-
na,vt exemplific. Dec.dicta l.conſilij, num.
16.& dicto cap. primo, num.10. verſiculo
octauo,Iacob.Boulen. d.§.famoſos, nume-
ro 97. verſic. limita ſecundo, & Carer. di-
cto loco, numero 166. Menoch. dictomet,
1251 num.20. † vel ſi ſtatutum imponeret pęnã
duplicatam facienti, quia tunc ad eam nõ
teneretur conſulens,ita Felyn. d.cap.1.nu.
9.limit.3.& d.cap.ſicut dignum, nu.8.verſ.
1252 fallit ſecundo, † quartò limitatur quando
ſpecialis pœna indicta eſt facienti, & con-
ſulenti, Dec.d.l.conſilij,num.6. cum addit.
ibi, & dicto cap.1. num.10.verſic.ſeptimo,
vbi etiam Felyn. d.numero 9.verſic. limita
ſecundo, & d.c.ſicut dignum, d.nu.8. verſ.
fallit. ſi Carer.d.§.circa igitur,nu.168.Me-
1253 noch.d.caſu 351.numero 21.† quintò limi-
tatur non procedere,quãdo conſilium fuit
datum poſt delictum non ante, quia tunc
non punitur eadem pœna,Dec.d.l.conſilij,
num.11.cum addit.& d.capit.1. d.num.10.
verſiculo tertio, Carer.d.loco, num.6.& 7.
1254 † ſextò procedit principalis concluſio in
eo qui in ſui animi propoſito & conſilio
perſeueret, ſecus ſi illud reuocet ante de-
lictum patratum, modo quo not. Dec. d.l.
conſilij,num.14.& d. num.10. verſic.10. &
Carer.d.loco,num.158.Iac.Boulen.d.loco,
nu.98.Menoch.eodem loco,nu.8.vbi notat
1255 qualiter fienda ſit hæc reuocatio.† ſeptimò
non habet locum hęc pœna conſilij,vbi de-
linquens illud non acceptauit,ſed ſpreuit.
1256 Ita Carer. nu.157. † octauò ceſſat illa con-
cluſio,vbi effectus non fuerit ſecutus ex il-
lo conſilio,Dec.d.capit.1. & num.10. verſ.
quarto ad hoc, & d.l.conſilij, nu.10. & 11.
& Menoch.d.ſuo caſu 351.numero 9.10. &
1257 11.& Iacob.Boulen. d.loco,nu.96. † nonò
declaratur illa concluſio,vt non habeat lo-
cum, vbi ſit ſecuta abſolutio ad fauorem
delinquentis principalis, quia pariter libe
ratur conſulens, Dec. d.l.conſilij, num.13.
cum addit.ibi, & d.cap.1. num.10.verſic.9.
Menoch.nu.12.cum quatuor ſeq.declaran-
1258 do, vt per eum ſignanter. † decimò ceſſat
hæc concluſio in interdicto vnde vi, quia
conſulens mitius punitur.Dec.d.cap.1.nu-
mero 10.verſic.quinta concluſio;vbi etiam
Felyn. numero 9. limit.4. licet ibi additio
in littera B. dicat, contrarium fuiſſe deci-
ſum,idem Dec.dicta l.conſilij, num.7. cum
addit.& Carer. d. §. circa igitur, num.169.
Menoch. d. caſu 351. num.2. cum ſequent.
1259 † vndecimò excuſatur quis à pœna conſi-
lij, ſi conſuluit id, quod non poteſt expe-
diri per alium, quàm per conſulentem, ve-
luti adulterium, vel fornicatio, vt per Ca-
1260 rer. d.loco, num.159. † duodecimò excu-
ſatur conſulens à pœna, vbi delictum non
ſit ſecututum,ita Dec. d.l.conſilij, numero
decimo. & d.capit.1. numero 10. Boule.d.
1261 loco, numero 99.† clericus conſulens ali-
quid quòd ab eo perpetratum incurreret
irregularitatem, fit irregularis, Fely. d.c.1.
numero 11. verſ.vtrum,ampliando,& limi-
tando, vt per eum, & numero 13.& dicto
capitulo ſicut dignum,numero 9.10. & 11.
1262 † quid autem ſi inſtiget aliquem ad male-
ficium, an ſit irregularis, not. Fed. de Se-
nif.conſilio 168. numero primo. Angel. de
malef. in verſiculo & Sempronium, nume-
ro vigeſimotertio. cum addit. Auguſt. ibi.
1263 † conſulens tenetur vlterius ad emenda-
tionem damni,prout principalis, Felyn.di
cto capitulo primo. numero decimo. ver-
ſiculo,& circa.de offic. deleg. & dicto cap.
ſicut dignum numero decimotertio.de ho
1264 micid. † ampliatur hoc etiam ſi actio com-
peteret contra principalem damnificato-
rem, vt per eum d.nu.10. verſ. amplia hoc,
ſequitur in omnibus Conrad. d.Rubric.de
conſulentibus, nu.1. verſ.ſecundo amplia,
ſed liberato principali liberatur conſulẽs,
1265 vt ibi per eum, verſic. & declara, † limita-
tur etiam non habere locum, ſi conſultus
eſſet aliàs facturus,vt per eum, num.vnde-
cimo. cum addit. ibi in littera C. ita etiam

limitat.Fely.d.num.13. cap.ſicut dignum,
1266 † in dubio autem præſumitur, quod ali-
quis non eſſet delictum commiſſurus Fe-
lyn. dicto cap.1.numero 13.verſ.vtrum au-
tem,cum addit.in littera D. & d. cap. ſicut
dignum.num.12.
1267 † Auxilium, & conſilium ſi quis ſimul
præſtiterit ad delictum aliquod,in quo di-
uerſæ pœnæ imponuntur, an puniatur vtra-
que pœna, diſtinguit ſignanter Carer. d.§.
1268 circa igitur.num.133.& 134.† & vbi vtra-
que pœna tenetur,an vna confundatur per
alteram, diſcutit Carer. ibi, numero 135.
& 136.
1269 † Conſulens vlterius, inſtigans, & per-
ſuadens,vt clericus percutiatur ſit excom-
municatus, ita Carer. d.loco. num.140. &
incidit in pœnam. cap.ſi quis ſuadente An
gel.tract.malef.in d.verb. & Sempronium,
1270 num.22. cum addit.ibi, † clericus vlterius
conſulens incurrit irregularitatem,vbi ip-
ſe faciens eam incurreret,Conrad.d.Rubr.
num.1.verſ.tertio amplia.

Perſuadens autem homicidium an ea-
dem pœna puniatur, notat relatiuè Marſil.
1271 tract.bannit.d.verb.mortui, num.145. † &
quod puniatur aliquando plus quam fa-
1272 ciens, notat Marſil. ibi, nu.146. † quia eſt
plus quam compellere, & cogere, vt ibi,
1273 per eum, numero 147. † ſed quòd perſua-
dens ad delictum eadem pœna regulariter
puniatur,prout conſulens, notat Carer. d.
§.circa igitur,nu.179.Clar.d.§.fin.& quæſt.
1274 88. verſ. hoc autem † nec ſit diſtinctio, an
eſſet aliàs facturus, vel ne,niſi prout in cō-
ſulente,notat Angel.dicto verb.& Sempro
nium, numero 46. cum addit. Auguſt. ibi,
1275 ad fin. † Poteſt tamen ſuam perſuaſionem
reuocare, Marſil. dicto verbo mortui, nu-
mero 148. perſuadens autem non dicitur
1276 præſtare opem, vt per eum, num. 149. † &
perſuadens,non tenetur, niſi ſecuto male-
1277 ficio, vt per eum, num. 150. † dicitur au-
tem perſuadere, qui aliquid perſuadet ad
vtilitatem facientis,non autem ſuis ipſius,
Carer. dicto §. circa igitur, numero 178.
1278 † Conſcij, conſentientes, & aſſentientes
delicto, & exiſtentes præſentes, & prohi-
bere poſſentes negligendo, cum delictis
obuiare poſſent, neque iure ciuili, neque
iure canonico puniuntur regulariter, quia
quis non cogitur alteri benefacere ſecun-
dum communem,ita Felyn. dicto capitulo
primo,numero 13.verſiculo tertium mem-
brum, & Conrad. ſua Rubric. de conſcijs,
1279 numero primo. † licèt non ſit ſine ſcrupu-
lo occultę ſocietatis,qui manifeſtè facino-
ri deſinit obuiare, vt not. idem Conrad. d.
1280 loco,numero ſecundo. † verum diſtingui-
tur à iure ciuili, vel canonico, vt not. Ca-
rer. dicto §. circa igitur,numero 187.Bou-
len. dicto §. famoſos, numero 90. cum tri-
bus ſequent.Clar.dicto §.fin.quæſtione 57.
1281 verſiculo hæc autem,† limitatur primo in
atrociſsimo delicto parricidij, vt per Con-
1282 rad.dicto loco, numero tertio. † Secundò
limitatur in crimine Læſæ Maieſtatis, vt
per Conrad. ibi, numero tertio. verſiculo
1283 ſecundo. in crimine, † pater tamen non
reuelans ſciens filium crimen Læſæ Maie-
ſtatis facturum non punitur, vt per eum,
1284 numero quarto.verſiculo ſed magis,† ter-
tiò limitatur in foro conſcientiæ, quia te-
netur quis ſuccurrere, ita Conrad.dicto lo
co, numero quarto. verſiculo tertio. in fo-
1285 ro. † Si tamen hoc poteſt fieri commodè
per eum, vt per eundem, numero quinto.
1286 verſiculo quinto limita, † quòd etiam ha-
bet locum, niſi in caſibus in quibus requi-
ritur dolus, quia non ſufficit negligentia,
& dolus in dubio præſumitur, Conrad. di-
cto loco, numero quinto. verſiculo ſexto.
1287 † quartò Dominus tenetur obuiare dam-
no ſubditi,ita Conrad. dicto loco, numero
quarto.verſiculo quarto. exemplificando,
vt per eum in prætore vidente aliquem in-
terfici, ſi non ſuccurrat, vt per eum dicto
1288 loco numero quinto. † quintò ſi aliquis
clerici intuitu ſit percuſſurus, & clericus
tacuerit per dolum ſit irregularis mortuo
percuſſo, ita Conrad. dicto loco, dicto
numero quinto. verſiculo ſeptimo limita-
1289 tur, † ſextò frater ſciens tractatum,& non
reuelans, relegatur, Conrad. dicto loco,
1290 numero quinto. Octauo modo,† Sept.Va-
ſallus, Monachus,ſeruus, & ciuis, non re-
uelantes Domino delictum puniuntur, idē
Conrad. dicto loco, numero quinto. ver-
1291 ſiculo nono adde. † Autem delictum qua-
liter puniantur,not.Carer.dicto §.circa igi
1292 tur,num.183. † vbi autem puniatur, an vti
mandans,vel conſulens, puniatur Bald.di-
ſtinguit in l.ob hac verba, num.4. ff.de his,
qui not.infam.

SVMMARIVM.

Auxiliantes inuicem ad homicidium ſi ignoretur caput, contra vnum ſit inquiſitio de homicidio, contra alios de auxilio. numero 1293.

Auxiliator non poteſt accuſari, niſi conſtito de principali aliquo modo, num. 1294. 1295. & 1296.

Auxiliatori, an confeſsio principalis ficta noceat. numero 1297. 1298.

Auxiliatori, an noceant probationes verè contra principalem. num. 1299.

Au-

Auxiliatori nec nocet probatio, nec ſententia contra principalem. num. 1300. 1301. & 1302.
Auxiliator poteſt condemnari, licet ſit abſolutus principalis. num. 1303.
Auxiliatori, an acta cum principali noceant diſtinguendum. num. 1304.
Auxiliatorem non afficit inquiſitio, niſi exprimatur auxilium ad quid ſit præſtitum, & etiam tempus maleficij. num. 1306.
Et quod ſcienter. num. 1307.
Auxiliatores plus duobus non afficit inquiſitio formata contra duos. num. 1308.
Auxiliatores plures, cum ignoratur cuius ictus fuerit læthale, tenentur de auxilio, & eorum vnus de homicidio. num. 1309.
Auxiliatores qui omnes intulerunt vulnera læthalia, tenentur æquè principaliter. nu. 1310. cũ ſeqq.
Auxiliatores ad idem homicidium tenentur vt principales, & ſi ignoretur caput rixæ tenetur de homicidio. num. 1313. 1314.
Rixantibus pluribus in dubio vnus de homicidio conuenitur, alij de ictibus, aliàs omnes abſoluuntur. num. 1315. 1316.
Auxiliator debet conueniri in foro clerici principalis ſi petatur. num. 1317. 1318.
Auxiliator eodem libello quo principalis conuenitur. num. 1319.
Auxiliatores generali libello, principalis ſpeciali conuenitur. num. 1320.
Auxiliatori non nocet proceſſus ſi principali non nocet. num. 1321.
Conſilij condemnatur, ſi de eo conſtat, licet accuſatio dicat mandatum fuiſſe, idem de inſtigatione. num. 1322. 1323. 1324.
Auxiliatores, an liberentur condemnato principali. num. 1325.
Auxilium, vt probetur non fuiſſe præſtitum. numero 1326.
Auxiliatori denegatur eadem appellatio, quæ principali. num. 1327.
Auxiliatore vno ſoluente pœnam pecuniariam, an alij ſint liberati. num. 1328.
Auxiliatorem non poſſe conuenire actione aliqua efficaci, nec ex ſtipulatu, principalem. num. 1329.

p Intelligatur.

DEbet ſubaudiri, puniatur, & melius ſenſus colligetur, niſi addatur, verb. puniri.
1293 † Ex quo ex hoc decreto eadem pœna hoc caſu puniuntur principales, & auxiliantes: Ideo vbi plures fecerint homicidium, & incertum ſit, quis intulerit vulnus læthale, poterit formari contra vnũ ex eis inquiſitio de homicidio, & alios de auxilio, vt not. Boſſ. ſit de homicid. nu. 11. declarando num. ſequent. & notatum ſupra, capit. præcedenti, in verbo capite,
1294 † Auxilium non debet dari ſceleratis hominibus, Bonacoſſ. in ſuis quæſt. crimin. in verb. auxiliator, in princ. verſ. & nota quod
1295 non debet. † Contra autem auxiliatorem, & conſulentem non poteſt procedi de iure, niſi conſtet de principali delinquente, & delicto, Anchar. conſ. 216. nu. 5. Marſ. d. §. conſtante. nu. 39. 40. & 41. & conſ. 24. nu. 23. vol. 1. Conrad. d. Rubr. nu. 7. verſ. vndecimo limitare potes. Boſſ. tit. de delicto, nu. 40. declarando vt per eũ ſignanter quoad
1296 condemnandũ criminaliter, † ſufficit tñ ẽt ꝙ non conſtet de perſona certa, vbi certũ ſit, ꝙ alius illud commiſit, vt per eum, Ca-
1297 rer. d. §. homicidium autem, nu. 57. † & hoc per teſtes, vel confeſſionem principalis, nõ per eius contumaciã, vt per eum, d. nu. 57.
1298 Clar. d. q. 90. verſ. ſcias etiam, † & ꝙ non nocet auxiliatori ficta confeſſio principalis contumacis, & habiti pro confeſſo ex forma ſtatuti, not. Bertach. in verb. auxiliũ, verſ. 34. Marſ. d. §. conſtante, num. 63. & 84. Boſſ. d. tit. de delict. nu. 51. vſq; ad fin. Clar.
1299 d. verſic. ſcias etiam. † Probationes autem verè contra principalem, an noceant auxiliatori, notat relatiuè, Marſil. d. loco, nu. 75.
1300 † quòd autem nec probationes factæ contra principalem, nec ſententia contra principalem lata noceant auxiliatori, not. Bertach. d. verb. auxilium, verſ. 35. & verſic. 44.
1301 Salic. in l. vnica, nu. 25. C. de rapt. virg. † ſed neceſſe eſt probare clarè factum principale, & operis præſtationem, Carer. dicto §.
1302 homicidium autem, numero 58. & 59. † vbi etiam dicit ſententiam abſolutoriam principalis non iuuare auxiliatorem, quod idẽ tenet Bertach. dicto loco, verſiculo trigeſi-
1303 motertio. † & licèt fuerit abſolutus principalis, auxiliator tamen poteſt condemnari, vt per eundem, dicto loco, verſiculo
1304 20. & Boſſ. dicto titulo. num. 52. † Verum diſtinguendum, vtrum ſit ſententia, confeſſio, teſtes, vel alia acta, ad hoc vt poſſint præiudicare, vel ne, vt not. Boſſ. relatiuè di-
1305 cto titulo de delicto, numero 45. † in accuſatione, & inquiſitione contra auxiliatorem, vt teneat, debet exprimi, quòd talis præſtitit auxilium tali ad tale delictũ, Bertach. dicto loco, verſiculo 36. Marſil. dicta l. fin. num. 31. de ſicar. idem Boſſ. titulo de homicid. numero vigeſimoſecundo, verſ. non concurrentibus, Carer. d. §. homicidiũ autem, numero 65. Clar. d. quæſt. 90. verſic.
1306 in hac autem, † debet vlterius exprimi tempus maleficij commiſſi, vt tradit idem Carer. numero 64. idem debet exprimi quòd maleficiũ fuit factum cum aſſiſtentia,

Bertach.d.verb.auxilium,verſ.21. Cœpoll. cōſ.1.numero 17.Marſil.d.§. conſtante,nu. 42.Grat.conſ.73.nu.2.cū ſeq. vol.1. Carer. d.loco,nu.62.Clar. d.quęſt.90.verſ.aduerte etiam,Io.de Arnon.Soliloq.61.Bonac.d.
1307 verb.auxiliator,verſ.& quando, † exprimē dum eſt vlterius; quòd ſcienter præſtitit auxilium,& fauorem,vt not.Bonac.d.verb. auxiliator,verſ.idem niſi dicat, quod idem vt ſcientia debeat apponi, nòt. Grammat. deciſ.25.num.4.& 5.& Marſ.d.§. conſtante, nu.64.& id probetur per eum, idem notat Pariſ.conſ.152.num.1.& 2.vol.1.
1308 † Plures vbi fuerint auxiliatores vltra duos, tunc inquiſitio non procedit, ſi in ea dicatur, quòd alter alteri præſtitit auxilium, quia dictio,alter alteri, verificatur in duobus tantum,ita not. Bertach.d.verb.auxilium,verſ.14.Marſ. d.§.conſtante, nu.43. & 44. Carer.d.§. homicid.autem, num.63. Clar.d.quæſt.90.verſ.item aduerte vbi notat qualiter debeant formari verba Inqui-
1309 ſitionis. † Plures ſi fuerint vulnerantes, ex quo quis eſt occiſus, ſi ignoratur ex cuius ictu obierit, tunc formatur inquiſitio contra vnum de homicidio, & alios pro auxiliatoribus, praxim hanc pro ſingulari,not. Boſſ.d.tit.de homicid.nu.31.& tit.de deli-
1310 cto. num.41. cum ſeq. † quæ quidem praxis bona eſt, quando par eſt pœna in vtroque, nō autem quando eſt diſpar. Ita Boſſ.
1311 d.loco,num.31. † quid autem faciendū in ſententia,notat idem, Boſſ.d.loco,num.23.
1312 † Vbi autem duo intulerunt vulnera mortalia, ex quibus aliquis ſit mortuus, ambo tenentur vti principales, & vti auxiliatores, ita Bald.in l.non ideo minus, num.25. C.de accuſ.Carer. d.§.homicidium. nu.68. & diuerſis reſpectibus, vt ibi per eum.
1313 † Plures vbi fuerint in rixa, & mortui ſint aliqui, vel vulnerati,& ignoretur à quibus, ſi apparet de inceptore rixæ, contra eum proceditur de homicidio, vel de vulneribus, ne delictum remaneat impunitū,
1314 Marſ.d.§.conſtante,nu.77. † vbi autem homicidium fuerit in rixa commiſſum, & aliqui interuenerint, formatur inquiſitio de homicidio contra occidentem, & alios de eorum ictibus tantum, Boſſ.d.tit.de homicid. num.22.verſ.& qualitates, Marſ.ſing.
1315 400. † declarando, vt per eum de mente
a Bart.in l.fin.num.24.ff.ad l. Corn.de ſicar.a Quod autem quis vulnerauerit mortiferè, alijs dein. vulnerantibus, & tunc pœna ſit
1316 pro homicidio etiam in alijs, † ſi autem quis prius non mortiferè vulnerauerit, tūc ictus vniuſcuiuſq;, pōderatur,iuxta d.l.fin. ita Marſ.d.§.cōſtāte,nu.61. verſ.ſed in illa.

1317 † Iudex laicus ſicut nō poteſt procedere contra principalem clericū,ita nec contra auxiliatorem,ne continentia cauſæ diuidatur, Carer.d.§.homicidium autem,nu.
1318 79. † ſi tamen ſit principalis cōuentus coram vno iudice, non autem auxiliator,non auditur auxiliator, petens ſe remitti ad illum iudicem. Ita notat Carer.d.loco,num. 80. opiniones tamen Baldi contrarias ſibi ipſi not. Bertach.d. verb. auxilium. verſic. octauus.
1319 † In eodem libello poteſt procedi, tam contra principalem, quam contra auxiliatorem, vt per eundem Carer.d.loco, num.
1320 88. declarando, nu.89. † valet etiam proceſſus contra principalem ſpecialiter, & generaliter cōtra auxiliatores, vt ibidem, per Carer.num.93.
1321 † Proceſſus vbi non tenet contra principalem,non valet nec contra auxiliatorem, idem Carer.d.loco, num.81.
1322 † Accuſatus vti mandans, ſi ex proceſſu conſtat de conſilio tantum,non punitur de conſilio, ita notat de mēte Alex.conſ.129. num.6.vol.4.Carer.d.§.circa igitur, nume.
1323 139. † Ampliando etiam ſi adeſſent clau-
1324 ſulæ ſalutares,de quibus ibi per eum,† idē ſi quis ſit inquiſitus de mandato,& probetur tantum inſtigatio, idem Carer.d.§.circa igitur,num.181.
1325 † Conuicto, & condemnato principali, an liberentur auxiliatores,loquitur remiſſiuè Carer.ſuo §. homicidiū autem, nu.90.
1326 † Auxilium non fuiſſe præſtitum qualiter probetur,notat Bertach.d. verbo auxilium, verſic.38. & Carer.dicto loco,nu.60.
1327 † Appellatio ſicut denegatur à delicto principali, ita etiam denegatur auxiliatori, Carer.d.loco,num.95.ad fin.
1328 † Vno ex pluribus auxiliatoribus condemnato, quando agitur de pœna pecuniaria,ſoluente, an cæteri auxiliatores ſint liberati,not. remiſſiuè Carer.d.loco,nu.92.
1329 † Auxiliator non poteſt cogere, nec actione mandati, nec ex ſtipulatu, nec aliter delinquentem ad attendendum, ex eo quod delinquens promiſerit reijcere omnia damna, & intereſſe, quæ pateretur ex dicto maleficio, Bertach. dicto verb. auxilium, verſiculo 34. Marſ. d.§ conſtante,numero 65.verſ.ſcias,& num.66. Carer.ſuo §. homicidium autem, num.84.

q Qui-

ADDITIO.

a In homicidio in rixa à pluribus commiſſo; vbi rixæ author ignoratur, omnes ſunt abſoluendi. Farinat.q.96.nu.56.de pœn.temp.Cabal.latè reſoluti crim.caſu 198. num.36. Cæſar Barzius deciſ.143.

q Quicunque.

QVæ comprehendantur, & qui non latè notatum ſupra in verb. homicida.

r Huiuſcemodi penſato.

EX his verbis comprehenduntur etiam ſinonima, animus penſatus, & deliberatus, vt ſupra fuit notatum, in verb. animo deliberato.

ſ Maleficium.

QVid ſit maleficium, & quid veniat appellatione maleficij, not. Bertach. d. ſuo repert. in verb. maleficium, verſ. primo, ſecundo, & tertio.

S V M M A R I V M.

Auxilij nomen in ſtatutis intelligitur de proprio, numero 1330.
Auxilium, & inſtigatio, ac conſilium ſunt diuerſa, num. 1331.
Inquiſitio contra auxiliantes, quæ verba contineat.
Auxiliatorum plures ſpecies, nu. 1332.
Auxilium dicitur omne id, ex quo inſultatus ſit timidior, num. 1333.
Auxilium quatuor modis fieri, num 1334.
Auxilium fit, vel ante, vel poſt delictum, vel in ipſo, num. 1335.
Auxilium ante delictum eſt v.g. mutuando pecuniam, mutuando ſcalas, ferramentumve, numero 1336. 1337.
Scienter auxilium datum, vt probetur, numero 1338.
Auxilium dat, qui equum quoquomodo commodat, numero 1339.
Auxilium fit ad delictum pollicendo ſolum, numero 1340.
Spem præbere eſt auxilij ſpecies, numero 1341.
Iter demonſtrare eſt auxilium, aut ducere per vias latronum, numero 1341. 1342.
Indicare occidendum eſt auxiliari, numero 1343.
Explorator homicidæ damnatur ad triremes, numero 1344.
Auxilium datur homicidio ſtando prope occidentem, numero 1345.
Aſtans, licet armis non vtatur, dicitur auxiliari, licet arma depoſuerit, numero 1346. 1347.
Auxilium datur quoties ex aſſiſtentium quis redditur audacior, numero 1348. *& ſeq.*
Aſtans occidenti tenetur, ſi ſcienter, num. 1350.
Aſtans præſumitur in dubio non doloſè aſtare, numero 1351.
Aſtans an torqueatur ſuper ſcientia, nu. 1352.
Auxiliatur homicidæ, qui hortatur, nu. 1353.
Auxiliatur homicidæ, qui acclamat occiſo, numero 1354.
Auxilium non arguitur datum homicidæ, ab eo qui poterat prohibere, nu. 1355.
Aſſocians doloſè homicidam dicitur auxiliari, numero 1356.
Aſſocians ſine dolo non punitur ſi non poterat ſe retrahere, nu. 1357.
Auxilium non dici datum ad delictum, de quo non conſtat, nu. 1358.
Vulneranti ſi ſuperueniat alter, qui occidat, primi nõ dicitur auxiliator, nu. 1359.
Auxilium poſt delictum dari dicitur non propriè, numero 1360.
Auxilium datur delinquenti cum inſequentem familiam quis impedit, nu. 1361.
Auxilium occultum, quod nu. 1362.
Auxilium datur poſt delictum aſſociando, numero 1363.
Auxilium occultũ præſtatur delinquenti dum ſcienter receptatur domi, nu. 1364.
Auxilium dicitur datum delinquenti ſcienter, cum notorium eſt delictum, aliàs ſecus, numero 1365. 1366.
Auxilium dat delinquendi interueniens ad ſepeliendum, nu. 1367.
Auxilij diuerſitatis inueſtigatio fit ad pœnam infligendam, nu. 1368.
Auxiliatores dicuntur, qui ſimul delinquunt, numero 1369.
Auxiliatores homicidæ an dicantur ſocij, numero 1370.
Frater ſuperueniens rixanti, ſi occidat, ſolus tenetur, num. 1371.
Frater occidens rixantem cum fratre, mitius punitur, nu. 1372.

t Auxilium.

1330 STatutum, † vel decretum loquens de auxilio, intelligitur de proprio, Grat. conſ. 52. nu. 41. volu. 1. quod quale ſit infra
1331 dicetur: † ideo non comprehenderetur dans conſilium, vel inſtigationem, vel inflammatorem, cũ ſint diuerſa, vt notat in his terminis, Abb. c. ſi aduerſus, nu. 2. de hereti. & Boſſ. tit. de mãdato ad homic. nu. 65. 66. & 68. declarãdo, nu. 67. nã dicitur dare conſilium, præſtans largè opem,
a ita Bar. l. in furti §. opem, ad fin. ff. de furt. *a* Auxilia-

A D D I T I O.

a Quid requiratur, vt inquiſitio procedat cõtra auxiliantes, & quæ verba poni debeant in inquiſitione Grat. conſ. 73. nu. 2. & ſeq. lib. 1.

1332 † Auxiliatorum plures ſpecies notat,
Paul.Girland.tract.de pœna omnifar.com-
munis quæſt.10.numero tertio,& ſeptimo,
exemplificando, vt ibi per eum, idem Con-
rad. dicto §.tertio rubr.de auxiliator. nu-
mero primo.
1333 † Auxilium dicitur omne id, ex quo in-
ſultatus fit timidior, & inſultãs audacior,
vt not.Soc.ſen.conſ.188.nu.7.volu.2. Burſ.
conſ.65.nume.4.cum ſeq.vol.1.& latum eſt
verbum aptum comprehẽdere quomodo-
cunque alicui quis opituletur. ita Conrad.
d.rubr. de auxiliato. nu.2.
1334 † Auxilium quatuor modis poteſt præ-
ſtari, armis,manu,voce, & obiectu, ita not.
Bald.in l.cum dominus.ff. ad Sill. ſen. con-
ſul.relatiue Bonacoſ.d.verb. auxiliator, in
1335 princ. † quod quidem etiam præſtari po-
teſt tribus modis,ante ſcilicet delictum, in
actu delicti,& poſt delictũ,vt tradit exem-
plificando Bertach.d verb. auxilium, verſ.
20.Cæpol.conſilio 27.numero 7.verſ.vnde
videndum, Carer.d.§.homicidium autem,
numero ſecundo,de quibus etiam not. Me-
1336 noch.d.Cent.4.caſu 349.per tot. † auxiliũ
autem dicitur præſtitum ante delictum,ve-
luti ſi mutuauerit quis pecuniam ad deli-
ctum, Bertach. d. loco verſ. decimonono,
1337 † vel ſi præſtiterit ferramenta pro aperiẽ-
do domum, vt ibi latitãtem occideret, vel
dederit ſcalas pro aſcendendo feneſtras
vel pro faciendo furtum, Soc.d. conſ.188.
nume.3. verſ. confirmantur prædicta,idem
Boer.deciſ.167.nu.1.& 2.Marſ.d.l.fi.nu.39.
de ſicar.Carer.d.§.homicidium autem,nu-
mero 3. Natta conſ.151.nu.3.verſ. in con-
1338 trarium,vol.1.† idem ſi præſtet arma, & fa
miliam ſcienter, quæ ſcientia probari de-
bet, vt per Carer.d.loco, nu.4.& 35. deciſ.
1339 Peruſ.31.nu.10.par.1. † idem, ſi quis com
modet equum, vt conducat delinquentem
ſuper groppa equi,idem,Soc.d.loco,nume
1340 ro 2. † idem ſi præſtet ſpem in homicidio
committendo,veluti dicendo eas ad occi-
dendum, quia te adiuuabo, vt euadas, vel
portabo inſtrumenta ad ſepeliendum ca-
dauer.Carer.d.loco,nu.4.verſ.ſi præſtat,no-
tat latè declarando Cœpol. d. conſ.27. per
1341 tot. † quæ quidem ſpes de adiuuando eũ
poſt delictum eſt quædam præſumptio ; nõ
concludens probatio,idem Cępol. d.loco,
1342 nu.17.verſ.alia ratione, † dicitur etiã præ-
ſtare auxilium ante delictum, vbi quis du-
cat occidendum per vias, vbi latrones ha-
bitant, vt poſſit facilè occidi,Carer.d.loco,
1343 num.4. verſ. idem ſi ſciens, † quod idem
eſt,ſi perquirat occidendum, & eum noti-
ficet latronibus, & occiſoribus vbi ſit, ita
Bald.in d.l.ob hæc verba, nu.4.verſ.deinde
dicit Gloſ. ff. de his qui not. infam. Grat.
conſ.52.nu.4.vol.2.vbi dicit,puniri eadem
pœna,Carer.d.loco,nu.4.verſ.idem ſi ſtan-
1344 tibus,& nu.114. † non tamen dicitur præ-
bere cauſſam homicidio, quãdo delinquẽs
aliter id ſcire poterat,quo loco eſſet,Grat.
d.conſ.52.nu.21. Senatus autem quendam
Iõ. del Faceto qui explorauerat, vbi erat
inimicus homicidæ, & monuerat homici-
dam,vnde ſecutum fuerat homicidiũ, con-
demnauit in pœnam triremium perpetua-
1345 rum die 13.Ianuarij 1573. † præſtari quo-
que dicitur auxilium vulneranti, & occi-
denti,quando quis aſsiſtit non à longè,ſed
iuxta vulnerantem, vel occidentem, vel cũ
eo ſtet armatus, non ſi ſtet à remotis, ita
not.Bald.d.l.ob hæc verba ad fin.nu.5.Ber-
tach.d.verb.auxilium,verſ.29.auxilium di-
citur præſtare,Fely. in c.1.nu.14. amplian-
do,vt ibi in addit.in littera C.de off.deleg.
Iaſ.conſ.52.numer.5. verb.quinto mouear.
vol.1.Marſ.d.§.conſtante, nu.56.& 57.cum
ſeq.& nu.61.verſ.& adde. & in d.l.fin.num.
39.de ſicar.Cotta ſuis memor. in verb. opẽ
præſtans,verſ.ſed idem Baldus,Rimin.ſen.
conſ.13.nu.8.10.12.13.& 32.volu.1. Carer.
d.§.homicidium autem, numer.10. Clar.d.
q.90.verſ.quæro nunquid ille,declarando,
1346 vt per eum, † hæc autem concluſio,vt dica-
tur aſtans præſtitiſſe auxilium habet locum
etiam ſi aſtans cum armis, non vtatur eis,
Bald.d.nu.5.in fin. Fely.d.c.1.nu.14.& d.c.
ſicut dignum,nu.5. vbi adducit rationem,
Marſ.d.l.fi.nu.40. & ſua Praxi. §.pro com-
plemento,nu.36. Boſſ.tit. de homicid. nu-
1347 mero 22. in princ. † quod habet locum et
ſi arma ſint per aſtantem depoſita,ſi tamen
ſint ſub cuſtodia eius,vt per eundem d.nu-
1348 mero 22. verſ. vbi etiam, † nam etiam hoc
caſu dicitur præſtitiſſe auxilium,ex quo ex
eius aſsiſtentia inſultãs fit audacior, & in-
ſultatus timidior, ita Marſ. d.§.conſtante,
nu.58.Rimin.ſen.conſ.13.nu.9. cum addit.
ibi,in littera B, vol.1.Anchar.conſ.216.nu-
mero 2.Carer.d.§.homicidium autem, nu-
mero 19. Pariſ.conſ.152. nume.35. volu.4.
1349 † debet tamen hoc probari per accuſan-
tem,quod inſultans ſit factus audacior, &
inſultatus timidior,ita Pariſ.d.loco,nume-
1350 ro 36. † hæc autem concluſio, quod aſtans
occidenti,vel delictum committenti dica-
tur auxiliator, & auxilium præſtitiſſe, ha-
bet locum, vbi ſcienter,& dolosè præſtitit
auxilium, & aſtiterit, non ſi caſu aliter in-
teruenerit,ita Pariſ.dicto loco,numero 29.
1351 cum ſeq. † in dubio autem præſumitur
interueniſſe caſu, non ſcienter ad opem
feren-

ferendam,ita Marſ.d.l.ſi.nu.28. de ſicar. &
Boſſ.d.tit.de homicid. nu.25.& 33.verſ.dic
quod in dubio, niſi coniecturæ vrgeant in
contrarium, quarum aliquas ibi notat, &
dictum ſupra cap.latrones viarum, in ver-
bo,ad id,vbi notatum ex aliquibus conie-
cturis probari ſcientiam,& dolum, de qui-
bus etiam notat aliquas Boſſ.d.loco, num.
25.& vbi ſit dubium tunc formatur inquiſi
tio contra homicidam, & contra alios ſu-
perſedetur, donec ex diſcuſſione inquiſiti
de homicidio,vel aliter appareat an fuerit
auxilium cooperatiuum, vel ne, & ſic, vel
caſu,vel ſcienter,& doloſè,ſecutum ſit,ita
notat idem Boſſ.d.loco, nu.22.verſ. in du-
1352 bio, † an autem aſtans armatus inſultanti
poſſit torqueri ſuper hoc, an aſtaret caſu,
vel ſcienter,notat relatiuè Carer.d.§.homi
1353 cidium autem,nu.11. † auxiliũ autem di-
citur præſtare maleficio, qui eſt præſens,
ſuadens,& ad illud faciendum,& commit-
tendum hortans,ita Boer. deciſ.167.nu. 4.
1354 † auxilium etiam dicitur præſtare malefi-
cio, quando quis acclamat contra offen-
ſum,ita Marſ.d.§.cõſtante, nu.62. Bertach.
dict.verb.auxilium,nu.30.Carer.d.loco,nu
1355 mero 13. † præſentia autem alicuius, qui
potuit prohibere,& non prohibuit, ne ho-
micidium ſequeretur, non infert quod di-
catur auxilium præſtitiſſe, ita Carer. d. lo-
1356 co,nu.19.declarando, vt per eum, † auxi-
lium etiam præſtatur per aſſociationẽ occi
dentis,vel inſultantis doloſè, ita Carer.d.
1357 loco,nu.12. † ſecus ſi quis ſit vocatus ab
inſultante,& occidente, vt ſecum iret pro
vno negotio,& ille acceſſit cum eo cum ar-
mis,& obuiam habentes inimicum, illum
occidat, vocans ſi vocatus nil fecit, quia
tunc non tenetur de auxilio, maxime ſi ſe
retraxit,vel non potuit ſe retrahere, tamẽ
punitur aliqua pœna, ſi potuit ſe retrahe-
re,& non retraxit,ita not.Carer.d.loco,nu
1358 mero 52. † auxilium quoque non dicitur
præſtitum,quando non eſt, vel deficit ma-
leficium,Bertach.d.verſ.29.auxilium nõ di
1359 citur. † Duo pariter ſi ſunt armati,ſi vnus
vulnerauerit, altero dein ſuperueniente
non de voluntate primi, ſecundus non di-
citur auxiliator,vt puniri poſſit, niſi quan-
tum ipſe fecit. Bald.in l. non ideo minus,
num.26.verſ.iuxta hoc hic quæro,ad fin.C.
de accuſat.addit.ad Bald.in l. data opera,
num.63.in littera Cod. de his qui accuſat.
non poſſ.Carer.loco quo ſupra, nume.51.
1360 † auxilium autem poſt delictum dicitur
præſtari impropriè tamen, vt not. Clar.d.
q.90.uerſ.aut vero,& verſ.ſi vero, quando
quis fugienti auxilium ad deuiandum præ
ſtat Boer.deciſ.167. nume.4. verſ. & poſt,
1361 † quod idem ſi impediat,ne quis à familia
inſequente capiatur,ita Carer.dicto loco,
numero 26.& 27.declarando, numero 30.
1362 † & dicitur id auxilium occultum,& pro-
pterea aſtringitur imputatus probare con-
trarium,Marſ.d.l.vnica,num.111.& 219.C.
1363 de rapt.virg. † dicitur etiam præſtare au-
xilium,ſi ſtatim poſt delictũ quis aſſociet,
delinquentem,non ex interuallo, Bald.d.l.
1364 nõ ideo minus, nu.27. † recipiens quoq;
delinquentem in domo ſua poſt delictum
nulla affinitate ei adiunctus,& ſcienter,di-
citur præſtare ei auxilium occultum, Ca-
1365 rer.d.loco,numero 28. † quæ ſcientia ar-
guitur vbi maleficium ſit publicum, & no-
1366 toriũ,vt per eum, nu.29. † aliàs autem vbi
delictum non eſſet notorium, ignorantia
probaretur iuramento,Carer.d.loco,nume
1367 ro 33. † interueniens autem poſt deli-
ctum ad ſepeliendum occiſum, vnà cũ in-
terfectoribus non dicitur præſtitiſſe auxi-
lium,niſi prius præceſsiſſet cõſilium ad id
faciendum,Cœpol. conſilio 27. numero 7.
1368 † hæc autem indagatio,vtrum auxilium ſit
præſtitum ante delictum,vel in ipſo delicti
tempore,vel poſt,ſeruit ad pœnã infligen-
dam diuerſimode, vt ſup. notatum in ver-
bo,pari modo cap.præcedenti.

1369 † Auxiliatores quoque dicuntur omnes
ſimul delinquentes,& de auxilio ſimul om
nes tenentur,delicta ſimul committentes,
ita Bertach.d.verb.auxilium,verſ.decimo-
ſexto.

1370 † Auxiliatores homicidæ an intelligan-
tur ſocij homicidæ, not. Bertach. d. loco,
verſ.decimo.

1371 † Frater ſuperueniens fratri rixanti cum
alio ſi ipſe occidat rixantem,ipſe ſolus,nõ
frater rixans de auxilio tenetur, niſi alter
alteri præſtitiſſet opem, Afflict.d. rubr.13.
de homicid.num.4. Carer. d.§. circa quar-
tum,nu.45.

1372 † Ipſe etiam occidens hoc caſu ob iuſtũ
dolorem mitius punitur,Seyſell.d.l.vt vim
nu.108.ff.de iuſt.& iur.

SVMMARIVM.

Statutum loquens de auxilio,conſilio,fauore amplectitur omnem operam,nu.1373.

Conſilium,& perſuaſio ſit ad vtilitatem perſuaſi,numero 1374.

Conſilium,inſtigatio,inſtructio ſunt eadem, numero 1375.

Conſilio ſi quis accuſetur in inquiſitione, & probetur inſtigatio,valet indicium, nu.1376.

Mandatum,hortatio,inſtigatio differunt, nu.1377.

Con-

Conſultor tenetur, vt perſuaſor ſecuto delicto, num. 1378.
Mandans tenetur indiſtinctè, ſecus conſulens, nume. 1379.
Conſulens tenetur vti faciens, vbi aliàs non eſſet facturus, quandoque tamen mitius punitur, numero 1380. 1381. 1382.
Conſilium dans facto tenetur indiſtinctè, num. 1383. & ſeq.
Conſulens in atrocioribus indiſtinctè tenetur, nume. 1385.
Conſulens tenetur indiſtinctè cum nomine eius delinquitur, num. 1386.
Conſulens non tenetur vbi non adeſt delictum, num. 1387.
Conſulenti dicenti fuiſſe aliàs facturum incumbit onus probandi, nu. 1388.
Quod fit etiam coniecturis, nu. 1389.
Conſulens in dubio tenetur, quia præſumitur ea de cauſa delictum factum, nu. 1390.
Conſilium, licet reuocetur, tamen conſulens tenetur, num. 1391.
Conſilium indifferens poſſe interpretari à conſulente, num. 1392.
Conſilium quando dicatur præſtari, num. 1393.
Conſilium præſtatur facto, verbo, vel his iunctis, nu. 1394.
Conſilium propriè datur verbo, nu. 1395.
Conſilium propriè eſt ante delictum, nu. 1396.
Auxilium propriè eſt in ipſo delicto, nu. 1397.
Auxilium, an ab ope differat, nu. 1398.
Conſilium eſt quicquid fit gratia delinquentis, ſecuto actu dicitur opem tali conſilio datam, nume. 1399.
Conſilium ad delictum dat qui inſtruit, numero 1400.
Conſilium eſt omnis actus inſtruentis, nu. 1401.
Conſilium dat, qui docet vtilitatem ex delicto, num. 1402.
Conſulit qui loquitur in aures delinquenti, numero 1403.
Conſilium dat, qui dicit fac cito aliàs non ſuccedet, num. 1404.
Conſilium præſumptum oritur ex aſſociante poſt delictum, nu. 1405.
Conſilium in dubio non præſumitur cauſa delicti, numero 1406.
Conſilium qualiter poſſit reuocari, nu. 1407.
Conſulens debet denunciare parti, ne teneatur, nume. 1408.
Conſultus ne teneatur debet libere abſentem ſe facere à maleficio, num. 1409.

u Conſilium.

1373 STatutũ † loquens de præſtante auxiliũ, conſilium, & fauorem & puniens cum pœna pecuniaria, ac copulans tria, amplectitur omnem operam, Grat. conſ. 52. nu. 24. volumine 2.
1374 † Conſilium, & perſuaſio eſt, quando alicui perſuadetur ad vtilitatem perſuaſi. ita Boſſ. tit. de mandato ad homicid. num. 61.
1375 † conſilium autem à perſuaſione, inſtigatione, & inſtructione, quòd non differat, not. Bald. in l. non ſolum, §. ſi mandato, numero 22. ff. de iniur. Boſſ. d. loco, num. 60. ad fin. & d. nu. 61. Conrad. d. loco, rubr. de conſulentibus, nu. 1. Gomeſ. tract. delict. c. 3. de homicid. nu. 43. declarando, vt per Carer.
1376 ſuo § circa igitur, nu. 130. † vnde inferũt ſcribentes, quòd inquiſitio pro vno, probato altero eorum, ſuſtinetur, Boſſ. d. loco, nu
1377 mero 62. & 63. † differunt tamen inſtigatio, hortatio, & mandatum, vt not. Bald. in l. ob hæc verba, num. 1. ff. de his qui not. infam. refert Carer. d. §. circa igitur, nu. 180.
1378 † Conſilium, & mandatum concordant in hoc, quia conſultor, & perſuaſor tenetur prout mandator ſecuto delicto, ita Gomeſ.
1379 d. num. 43. † differunt autem in multis, vt not. Conrad. d. loco, nu. 1. verſ. & quod dif-
1380 fert. † Et in hoc præcipuè, quia mandans tenetur indiſtinctè, ſiue delinquens eſſet aliàs facturus, ſiue non, conſulens autem tenetur tantum, ſi aliàs eſſet facturus, Bald.
1381 d. l. ob hæc verba, nu. 3. cum addit. ibi, † ſed quòd conſulens puniatur vti faciens, vbi non eſſet aliàs facturus, & etiam quando eſſet aliàs facturus, ſed mitius, hæc eſt communis, vt not. Dec. in l. conſilij non fraudulenti, nu. 4. ff. de reg. iur. & in c. 1. num. 9. de off. deleg. Boſſ. d. tit. de mand. ad homic. numero 58. & 59. in princ. & ad fin. latè notatum ſupra in verb. pari modo, cap. præced.
1382 † quo quidem caſu, vbi mitius punitur, nõ poteſt imponi pœna mortis, vt not. in addit. ad Dec. d. l. conſilij, numero 4. in verſ.
1383 mitius, † in vno tamen caſu non fit diſtinctio inter mandatum, & conſilium not. per Bald. in d. l. ob hæc verba, nu. 3. verſ. reuoco in dubium, declarat etiã latè Angel. tract. malef. d. verb. & Sempronium, q. 22. nu. 43.
1384 & 44. † non fit etiam diſtinctio hæc quod eſſet delinquens aliàs facturus, vel nè, ſed quòd indiſtinctè conſulens teneatur, quãdo conſilium fuit præſtitum facto, vel verbo, & facto, cum tribus modis poſſit præſtari, Bald. d. l. 1. nu. 6. verſ. & conſilium, C. de
1385 ſeru. fug. & infra dicetur, † ſecundò limitatur hæc concluſio in atrocioribus delictis, quia in eis non fit diſtinctio, an conſultus, vel perſuaſus eſſet aliàs facturus, vel nè, ita Dec. d. l. conſilij, nume. 5. cum addit. ibi, & d. c. 1. nu. 9. contrarium in hoc firmat. Menoch. tract. arbitr. d. caſu 351. nu. 24. 25. & 26.

1386 & 26. † tertiò indiſtinctè tenetur conſu-
lens, quando nomine conſulentis fuit fa-
ctum delictum, Dec.d.l.conſilij, nu.8. & d.
1387 c.1.nu.10. verſ.6. † quartò non adhibetur
hæc diſtinctio, quando id, quod cōſulitur,
non cadit in delictum, vt per eundem De-
cium d.loco, numero 10. verſ. duodecimo,
1388 † quòd autem eſſet aliàs facturus quis, vel
nè, conſiſtit in probatione, vt not. Bald.d.
l.ob hæc, nu.3.verſ.an autem, relatiuè Boſſ.
1389 tit.de mand.ad homicid.nu.44. † quòd ēt
probetur coniecturis, not. Dec.d.l.conſilij,
1390 nu.9. verſ. ex coniecturis tamen, † in du-
bio autem præſumitur, quē eſſe motum ex
conſilio, & quòd non eſſet aliàs facturus,
vt per eum d.loco, num.9.cum addit.ibi, &
d.c.1.nu.10.verſ.& notandum, Grat.d.cōſ.
52.nu.39.& notatum ſupra d.verb.pari mo
do, quòd idem eſſe in mandante, ſimiliter
1391 notatum ſupra cap.mandantes, † differunt
ſecundò in hoc conſulens, & mandās, quia
non ſufficit cōſulenti, & perſuadenti, reuo-
care conſilium, & perſuaſionem, ſed debet
facere, ne ſequatur delictum, vel denūciare
in cuius perſonam illud ſit committēdum,
ita Gomeſ.d.c.3.nu.44.non ſic in mandan-
te, vt dictum ſupra cap.mandantes in verbi
1392 & illud reuocat † conſilium quòd poteſt
haberi ad bonum, & malum conſulens po-
teſt illud interpretari, ita Bald.d.l.1.num.
13.C.de ſeru.fugit.imò illud in dubio prę-
ſumitur datum ad bonum, vt ibi in addit.
ad Bald.in littera X.
1393 † Conſilium, quādo quis dicatur pręſta-
re, notat relatiuè Dec.d.l.conſilij, nu.17.&
d.c.1.num.16.verſ.poſtremo.
1394 † Conſilium præſtatur verbo, vel facto,
vel verbo, & facto ſimul iuxta tradita per
Bald.in d.l.1.col.2.nu.6. verſ.ſed conſiliū,
refert Carer.d.§.circa igitur, numero 132.
1395 † tamen propriè dicitur præſtari conſiliū
verbo, impropriè autem facto, vt not.Ca-
rer.d.loco, & Soc.Sen. d.conſ.188. nume.2.
1396 verſ.hoc etiam; † conſilium vlterius dici-
tur, quòd ſit verbis, & ante patratum deli-
ctum, auxilium autem quod ſit in ipſo deli
cto, ante autem factum dicitur impropriè.
1397 † Auxilium, ita Marſ.conſ.24. nu.12.vol.
1.Carer.d.loco, num.132. verſ. Bart. in d.l.
1398 † Præſtans autem conſilium, an dicatur
præſtare opem, & auxilium, & an includa-
tur in ſtatuto loquente de auxilio, notat re
miſſiuè Carer. d. §. circa igitur, num.131.
1399 † verba omnia, quæ ſunt gratia facientis
non conſulentis, ſunt conſilium, ſed ſi per-
ueniat ad actum, dicitur ille opem ferre,
Angel.d.verſ.& Sempronium, & verſ.& be
ne, & diligenter, cum addit.ibi Aug.ad fin.
1400 † Conſilium dicitur dare ad maleficiū,
qui perſuadet, & impellit, ac inſtruit ſuo
conſilio ad maleficium faciendum, ita not.
Cœpol.conſ.27.nu.2.Carer. d.loco, nu.129.
1401 & 138. † omniſque actus, qui verbis tantū
ſit, & ſit gratia facientis nō conſulentis, vel
inſtruentis, dr̄ conſiliū, Cępol.d.loco, nu.3.
1402 † Conſiliū etiam dare dicitur, qui oſten
dit vtilitatem prouenientem ex illo deli-
cto, idem Cœpol. d.loco, nu.4.& Carer.d.lo
co, num.138.
1403 † Cōſulere ēt dicitur quis, qui loquitur
ad aures occidentis, ſi eodem inſtanti fue-
rit ſecutū delictum, Carer. d.loco, nu.137.
1404 † Aliquis ſi dicat, quòd vult occidere
quendam, ſi ille reſpōdeat, fac citius, aliàs
tibi non ſuccedet, an dicatur præſtitiſſe
conſilium, notat relatiuè Carer. d. §.homi-
cidium autem, num.17.
1405 † Cōſilium præſumptum dicitur preſta-
re quis aſſociando delinquentem poſt deli
ctū, ita Carer.d. § circa igitur, nu.131.ad fi.
1406 † Conſiliū in dubio cauſam delicti pre-
ſtitiſſe non cenſetur, ita Grat.d.conſ.52.nu
mero 39. vol.2.
1407 † Cōſultor qualiter poſsit reuocare eius
conſilium, not. Bald.in l.mandatum, circa
fin.C.de mandat. quod, ſcilicet diſſuadeat
quantum poteſt, & licet dein ille exequa-
tur, quòd conſulens non teneatur, notat ibi
1408 Bald. † ſed, quod conſulens, & perſuadens
teneatur reuocare perſuaſionem, & conſi-
lium contrarium conſulendo, ita, quod ſit
certus illum mutaſſe conſilium, aliàs quod
teneatur denūciare parti, vt caueat ab eo,
notat Angel.tract.malef. d.verb.& Sempro
nium, q.23.num.45.& in hoc differt à man-
dante, vt ſupra notatum, idem not. Fely.d.
c.1.nu.10. limit.5.de off.deleg.& cap.ſicut
1409 dignum, nu.14. de homicid. † anno 1547.
die 15.Februarij, referēte magn.D.Bartho-
lomeo Caccia olim fiſcali, quod quędā mu-
lier, quæ abſente marito pepererat, & quæ
decreuerat partum occidere, ſed prius vo-
luit matrem conſulere, & mater ei reſpon-
dit nolle hoc onus ſuper anima ſua; ſed ſi
pro euitanda infamia, hoc ei facere vide-
retur id faceret, filia ſtrinxit digitis adeo
naſum infantis, vt ille ſuffocatus emiſſerit
ſpiritum, Sen. ſuper hoc ordinauit, quòd
ambæ capite punirentur, quia mater vide-
batur filiæ conſilium dediſſe, oſtendiſſe ve
vtilitatem, & viam euitandæ infamiæ, de
quo not.Cœpol.conſ.27. num.2.3.& 4.

x Manus ad opus non extendat.

IN vulnerando, ſcilicet, vel occidendo,
ſed ſolum aſtitit, vel conſilium dedit.

QVI-

a QVICVNQVE.

1411 Comprehenduntur † ex his verbis et minores doli capaces, cum ſint verba generalia, ita in ſpecie horum verborũ firmat in ſimili Rebuf. tract. de nominat. q.8. nu.8. Rimin. ſen. conſ. 427. nu.8. vol.3. & notatum infra cap. collegijs in verbo, cuiuſuis,

S V M M A R I V M.

Scientia ſemper requiritur, vt quis dicatur delinquens, vel poſſit puniri, licet ſtatutum non dicat, numero 1412.

Auxilij accuſatione nõ tenetur quis niſi conſtet quod ſcienter ſit præſtitum; & ſcientia in dubio non præſumitur.

Scientia etiam de iure communi requiritur in delictis, num. 1413.

Scientia, vt quis puniatur, debet eſſe plena, numero 1414.

Scientia præſumptiua non facit quem delinquere, ſed vt teneatur pœna corporali requiritur plena, num. 1415. 1416. 1417.

Qualitas (vt quod ſcienter) requiſita ad delictum eſt exprimenda in accuſatione, numero 1418. 1419.

Scientia expreſſa non debet probari cum agitur de prohibitis à natura, num. 1420.

Ignorantia cum agitur de delicto, præſumitur, numero 1421. 1422.

Scienter bannitum receptatum in caſu decreti de receptatoribus eorum, debet per fiſcum probari, numero 1423.

Scienter quem deliquiſſe, vt probetur, numero 1424.

Scientia delicti præſumitur ex diffamatione, numero 1425.

Diffamatio probat ſcienter quem deliquiſſe, numero 1426.

Proclamata arguunt ſcientiam, nume. 1427.

Publicatio rei præſumitur in loco vbi publicata eſt nu. 1428.

Album prætoris inducit notorium, num. 1429.

Notorium inducit quod publicatur in locis eminentioribus vrbis, num. 1430.

Receptator banniti non poteſt excuſari à pœna cum bannum eſt notorium, num. 1431.

Ignorantia poteſt probari iuramento niſi cum eſt notorium, num. 1432.

Ignorantia proclamatis præſumitur in abſente, num. 1433.

Ciues præſumuntur manere in ſua ciuitate, & ignorare aliorum facta, numero 1434. 1435.

Proclama publicatum, in vna ciuitate præſumitur notum ciuitati viciną per duas diætas, nu. 1436.

Si illa ciuitas eſt Metropolis, num. 1437.

Scientia præſumptiua cauſa, vt delicto ſecuto quis teneatur intelligitur extraordinarioneṁ, numero 1438. 1439.

Auxiliator non tenetur vti principalis ad pœnam corporalem ex ſcientia præſumptiua iuris.

b Sciens.

1412 Etiam † ſi non fuiſſet expreſſum hoc verbum, ſed ſtatutum generaliter loqueretur, tamen non comprehenderet ignorantes, ita Rom. conſilio 473. Bertach. ſuo Repert. in verb. auxilium, verſiculo decimoquarto, Nell. tractat. bannit. 3. par. ſecundi temp. quæſt. 20. Rol. à Val.
1413 conſ. 49. num. 14. vol. 1. † de a iure communi etiam requiritur ſcientia, vt receptans incurrat pœnam, ita not. Gand. tit. de furibus, num. 14. Rom. d. conſ. 473. Nell. tract. bannit. tertia parte, ſecũdi temporis, q. 20. Aret. §. fi. nu. 1. Inſtit. de iur. natu. Afflict. in Conſtit. Regn. rubr. 2. de Pataren. Patarenorum num. 4. verſ. idem & ſexto lib. 1. de Io. Arno. ſing. 9. declarando, vt per eum, idem dialog. 45. Grat. conſ. 151. nu. 11. volumine ſecundo. Gigas tract. de Crim. Læſæ Maie. lib. 3. rubr. de pluribus & varijs quæſtionibus, q. 10. num. 8. & 9. Carer. d. § homicidiũ autem. nu. 32. Foller. in Conſtit. Regn. rubr. de hæretic. nu. 34. idem ſua Praxi, 1. parte, ſecundæ part, verſ. bãnniantur, numero 13. Plot. l. ſi quando, num. 859. C. vnde vi, Menoch. tract. arbitr. lib. 2. Cent. 4. caſu 348. num. 15.
1414 † Scientia hæc requiritur plena hoc caſu nec ſufficit ſcientia in genere, not. Carer. d. §. homicidium autem, nu. 33. Plot. d. l. ſi quando, nu. 859. verſ. nec ſufficit, & conſ. 2.
1415 nume. 6. † minus ſufficit, quòd quis ſuſpicetur eum delinquentem, prout idem dicitur in receptante bannitum, Bald. in l. quicunque in princ. C. de ſeru. fugit. & in l. a. C. ad

A D D I T I O.

a In terminis huius conſtitutionis ſcribit Alba conſilio 47. vbi ait non poſſe contra aliquem de auxilio procedi niſi appareat illud ſcienter præſtitiſſe, & ad eum finẽ de quo imputatur. & niſi talis ſcientia expreſſe nominetur in inquiſitione. Item quod ſcientia in dubio non præſumitur, & auxilium nõ punitur niſi præſtitum ſit per actum proximum, & ſcienter.

C.ad leg.Iul.de adulte.ita notat ſequendo
Rolan.à Vall. dicto conſilio 4. numero 17.
1416 † vbi enim tractatur de pęna imponenda,
requiritur ſcientia plena, ita not. Lancel.
tract.attent.par.prima, cap.3. de attent. a
1417 tertio,nume. 88. † Bald. autem diſtinguit
tunc requiri ſcientiam plenam, quando
tractatur de pœna corporali infligēda re-
ceptanti,alias ſufficere famam, & rumorē,
not.Bald.in l.1.nu.1. ad fin. & ſecundo C.
de his qui à latro, idem infert ſequendo
Carer.d.§.homicidium autem,numero 32.
1418 † vtrum autem debeat exprimi in accuſa.
quod quis ſcienter commiſerit delictū,di-
ſtinguitur, quòd aut à ſtatuto imponitur
pœna committenti delictum ſcienter, &
tunc debet exprimi, Tiraq. tract.de pœn.
1419 temper. cauſſa 13.num.14.& 15.† aut lex,
vel ſtatutum ſimpliciter loquitur, & tunc
ſubdiſtinguitur,an in his,quæ de ſui natu-
ra ſunt mala,& prohibita,& tunc nō requi-
ritur allegatio ſcientiæ,vel doli,aliàs ſic, ſi
poſſunt eſſe ad bonum, vel malum, vt per
Tiraq.num.16.17. & 18. reprobando Alex.
tenentem requiri allegationem in omni
cauſa vt per eum,nu.20.& 21. aliter diſtin-
guit etiam Bald.reprobatus ab Aug. vt ibi
1420 per Tiraq.nume.19.† ignorantia in dubio
præſumitur in his terminis,not.Rol.à Val.
d.conſ.45.nu.13.& 16.Burſ.conſ.222.nu.1.
1421 volum.2.† & vbi eſſet probanda ſaltem ea
probaretur iuramento ipſius aſſerentis, &
allegantis ignorantiam, niſi factū eſſet no-
torium,vel laboraret fama publica in con-
trarium,ita Carer.d. loco num.33. Grat.d.
conſ.151.nu.18. volum.2. Gigas d.tract.de
Crim.Læſæ Maieſt.lib.3.de pluribus, & va-
rijs quæſtionib.q.10.nu.8.& 9.Io.de Arno.
1422 ſing.9. † verum quod ſcientia hæc debeat
probari in his terminis per fiſcum,vel accu
ſatorem, cum ex huius decreti diſpoſitio-
ne requiratur,not.Boſſ.ſua praxi.tit. de ra-
pinis,nu.17.Rol.d.conſ.45. nu.9.11. & 25.
1423 † vbi dicit,quando lex,vel ſtatutum diſpo
nit in aliquo caſu exprimendo aliquam
qualitatem, tunc agens, & fundans ſe ſu-
per tali lege, vel ſtatuto. debet id proba-
re,& quod debeat probari ſcientia per
agentem in terminis receptantis banni-
tum, not. Bonac. in quæſt. crimin. in verb.
ſcienter,idem Gall.ſuo tract. de verborum
ſignif.libro 10. cap.31. nume.11. ita etiam
cauetur ex decreto ſenatus, edito anno
1424 1565. tertio Nouembris, † quæ ſcientia
qualiter probetur, notat probar. ex tri-
bus Angel. l. Titius, §. Lucius Titius,nu-
mero tertio.ff.de liber.& poſthum.relatiue
1425 Boſſ.tit.de rapinis,num.57. † quòd autem
ea probetur non directè,ſed præſumptiuè,
not. Burſ. in ſimili, d.conſ. 222. numero 2.
1426 † ex diffamatione autem actus inducitur
præſumptio ſcientiæ, vt in terminis banni
1427 notat idem Burſ.d.loco,nu.3. † ex publica
tione pariter, & proclamatione præſumi-
tur ſcientia, ita Grammat. deciſ.36. nu.17.
1428 † quando tamen publicatio eſt facta per
totum locum,& ciuitatem, aliàs præſumi-
tur tantum innoteſcere in illo vico ciuita-
tis, in quo eſt facta publicatio, Boſſ.d. tit.
de rapin.nu.22.& ita intelligendum, quod
notat,Gabr.ſuis communibus titu. de reg.
1429 iur. concl.5.nu.16. † & ſi bannum poſitum
ſit in albo pro roſtris,ſit notorium toti ci-
1430 uitati,vt not.Boſſ.d.loco,numero 23. † ſi
tamen ſit publicatum in locis eminentio-
ribus illius ciuitatis,vt per Boſſ.d.loco,nu
1431 mero 23. † quo fit vt eo caſu, cum ſit noto
rium,non poſſit receptator in illa ciuitate
allegare ignorantiam,nec prętextu eius ſe
excuſare à pœna receptationis,iuxta nota
ta,per Bart.d.l.1.in prin.nu.2.ff. de recept.
Io.de Arno.ſing.9.Carer.d.§. homicidium
1432 poſt,nu.22.& 23.† vbi dicit eo caſu nō poſ
ſe probari ignorantiam per iuramentum,
licet aliàs ſic poſſit probari, vt per Carer.
d.loco,nu.33.Gigas.d.q.10.nu.10. facit qđ
notat Grammat.deciſ.36.nu.16.Gabr.titu.
de reg.iur.cōcl.5.nu.18.idē firmat. Bonac.
in d.verb.de bannit.verſ.ſi ſtatutum punit,
1433 † ſufficit autē ad probandum inſcientiam
probare abſentiam ab illo loco,& ciuitate,
vbi ſit publicatum,vel poſitum pro roſtris,
vt not.Boſſ.d.ſuo tit. de rapinis nu.25. Af-
flict.in Cōſt.Regn.rubr.11. de pœnis eorū,
1434 nu.4.ad fin.declarando, nu.5.lib.1. † quia
præſumitur ignorantia vbi non ſit publica
tum in ciuitate ſuæ habitationis, in qua re
ceptauit,vt not.Plot.in ſimili, ſua repet.d.
1435 l.ſi quando,nu.859.verſ.vnde receptans,†
& ciuis vnius ciuitatis præſumitur eſſe; &
manere in ſua ciuitate,ita Boſſ.d.loco,nu-
1436 mero 25. † limitando hoc non habere lo-
cum in ciuitate circumuicina ſaltē ꝑ duas
dietas,quia tunc præſumitur bannum in d.
ciuitate vicina per duas dietas innoteſce-
re,vt in his terminis notat Boſſ.d. loco,nu.
26.verſ.niſi dicas, & nu.27. faciunt notata
1437 per Burſ.conſ.7.nu.45.vol.1. † declarando
tamen id procedere.ſit ſit publicatū in ci-
uitate Metropolitana,quia præſumitur in-
noteſcere alijs ciuitatibus vicinis ꝑ duas
dietas, non ſi eſſet publicatū in alijs ciuita
tibus non Metropolitanis, vt idē Boſſ.not.
1438 d.loco,num.24.& 28. † tamen,quod dictis
caſibus ex hac præſumpta iuris ſcientia,nō
ſit puniendus pęna ordinaria ſed extraor-

dinaria arbitrio iudicis, minuendo ordinariam, licèt non cogeretur, notat idem Boſſ.
1439 dicto loco, nu. 30. † quòd autem non eſſet puniendus ex hac præſumptione iuris ſimplici, non iuris, & de iure, pœna corporali talis receptator, prout nec ipſe principalis puniretur, notat Boſſ. d. titu. de rapinis, nu. 31. & 32.

c Vel aliud delictum.

QVi multi ſunt, in quibus imponitur pœna mortis naturalis, tã ex diſpoſitione iuris communis, quam ex hoc titulo, de pœnis, per diuerſa capitula.

d Pœna mortis naturalis.

QVæ ſit hæc pęna mortis naturalis, & quomodo differat a pœna mortis ciuilis, notatum c. 284. illa perſona, volum. 1. ſtatutorum.

SVMMARIVM.

Receptare, & receptum tenere differunt, numero 1440.
Receptator non eſt, niſi tribus concurrentibus, numero 1441.
Receptator eſt, qui celando paſſit, nu. 1442.
Receptator dicitur etiam ex vnico actu, nu. 1443.
Loqui non dicitur cum bannito in materia pęnali, qui ei ſcribit, nu. 1444.
Receptator eſt, qui volens recipit, nu. 1445.
Caupo non punitur, vt receptator banniti, nu. 1446.
Receptator non dicitur caupo, banniti, vbi ignoret, nu. 1447.
Aſſocians ſcienter poſt delictum, dicitur receptator.

e Eum receptauerit.

1440 DIfferunt† autem receptare, & receptũ tenere, vt not. Soc. ſen. conſ. 262. numero 14. vol. 2. & Boſſ. d. tit. de rapinis, nu. 33. iuxta etiam notata per Alex. conſ. 83. nu. 4. vol. 2. Dec. conſ. 37. numero 8. verſ. quinto.
1441 † receptator, vt quis dicatur tria requirũtur, quibus ceſſantibus minuitur pęna receptationis, vt not. Bald. conſ. 250. nu. 10. volumine primo, & conſ. 382. nu. 13. volum. 5. relatiue Boſſ. de Rufin. tit. d. nu. 18. vbi dicit non habere locum, ſi fuerit receptatus à familia, domino inſciente, & quem ipſe
1442 tantum inuenerit, vt ibi per eum, † receptator autem dicitur, qui ſubſidia, & alimenta huic delinquenti præſtat eum celando ſuper ſuo, non autem ſi tantum præſtet potum, & cibum, ita not. Bart. in l. 1. §. quod ſeruo. ff. de ſer. corrup. Carer. d. §. homicidium, il ij, nu. 43. Bonacoſ. in verb. receptator, verſ. & recipere, vel etiam ſi cum eo bibit, & comedit, vt notat in ſimili Bald. cõſi-
1443 lio 487. nu. 1. vol. 4. † receptator etiam dicitur quis ex vnico actu, cum ſonet in delictum, idem dicit in raptore, & fure Afflict. in Conſtit. regn. rubr. 2. de Patarenis &c. numero 9. lib. 1. Rebuf. tract. de mercat. Aret. primo, Glo. 1. num. 11. Bonac. corruptè loquens negatiuè vitio impreſsionis, in ſuis quæſt. in verb. receptator, verſ. & non ſufficit.
1444 † Decretum ſi prohiberet alloqui delinquentem, vel bannitũ, ſi quis ſcriberet eis litteras, non diceretur alloqui ad incurrẽdam pœnam decreti, ita Io. de Arno. comment. 191. Clar. ſuis communibus, in verb. ſtatutum ſi prohibeat, & Clar. ſua Praxi, §. fi. q. 82. ad ſecundum ſtatutum, verſ. quæro ſi ſtatutum, Bonac. in d. verb. de bannitis, verſ. ſtante ſtatuto.
1445 † Coactè ſi quis receptaret delinquentem, tunc non poſſet puniri pœna receptationis, ſed excuſatur, prout in his terminis not. Bald. in l. in delictis, ff. de noxal. Roma. l. 1. ſi cum eo. ff. ad Scillia. Senat. Afflict. in Conſt. Regn. d. rubr. 2. nu. 8. Marſ. l. vnica, numero 236. C. de rapt. virg. in tract. bannit. in verb. villis, nu. 13. idem in l. 1. in prin. numero 97. ff. de ſicar. Soc. ſen. conſ. 262. num. . . vol. 2. Io. de Arno. dialog. 45. Cotta ſuis memor. in verb. bannitorum receptatores, Carer. d. §. homicidium poſt nu. 39. Gigas. d. q. 10. nu. 7. additio ad Afflict. in d. Conſtit, in rubr. 26. de matrim. Clandeſt. ad fin. in littera D. & rubr. 101. de contumac. vniuer. in littera D. lib. 1. Rolan. conſ. 45. num. 76. vol. 1. Crauet. conſ. 309. nu. 5. Menoch. tract. arbitr. lib. 2. Cent. 4. caſu 348. nu. 16. Bonac. in d. verb. receptator, verſ. item non punitur.
1446 † Tabernarij quoque, & hoſpites dantes potum, & cibum delinquentibus, & etiam bannitis in eorum hoſpitijs eos receptantes, non puniũtur de receptatione, Afflict. d. rubr. 2. de Pataren. nu. 4. verſ. 7. Fallit. Carer. poſt alios per eum alleg. d. §. homicidium poſt, nu. 38. Foller. dicta prima parte, ſecundæ partis, verſ. banniantur, nume. 15. cum accumulatis per Menoch. d. caſu 348.
1447 nu. 17. † quod ipſe declarat, ſi ignorauerit eum bannitum, iuxta opin. Bart. in l. prima, ff. de recept. & Boſſ. d. tit. de rapinis, nu. 34. licèt de hoc dubitet propter opinionem Alex. & Rimin. & communem, de qua ſupra, & quia hoc modo eſſet idem, quod in cæteris, vt latè notatũ ſupra tit. de recept. bannit.

bannit. c. nulla perſona in verb. cuiuſcun-
a que ſtatus. a

ADDITIO.

a Adde idem eſſe in aſſociante poſt delictum ſecundum Bald. in l non ideo minus verſ. quæro an aſſocians, num. 27. C. de accuſ. Grilan. in tractat. de relax. Carer. ti. de abſolut. Farinat. q. 105. nu. 172. de var. & diuerſ. quæſt.

f Ante commiſſum delictum.

HOmicidij ſcilicet, vel alterius delicti prout ſupra.

g Vel aliter.

QVàm per receptationem, de qua ſupra.

SVMMARIVM.

Auxiliator ad delictum tenetur vbi præceſſerit tractatus, num. 1448. 1449.
Coadunari non præſumuntur aliqui ex propoſito ad delictum, num. 1450.
Auxilium forens homicida, licet caſualiter punitur extraordinem, num. 1451. 1452.

h Ad id.

1448 ANte † delictum committẽdum ſcilicet, de iure etiam communi, vt quis puniatur vti auxiliator, vel vti opem ferens, debet præcedere tractatus, & quòd is fuerit coadunatus ad illud delictum patrandum, aliàs quis tantum punitur, quantum deliquit vti principalis, non vlterius, ita Baldus in l. non ideo minus, nu. 26. C. de accuſat. Bertach. in dicto verb. auxilium, verſ. decimoſeptimo, Anchar. conſ. 215. num. 4. ad fin. Marſ. ſing. 400. nu. 1. idem d. § conſtante, nu. 45. & 46. & in l. fin. nu. 27. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Io. Brunel. d. c. 1. de homic. 4. par. nu. 52. Boſſ. d. tit. de homicid. nu. 22. verſ. intellige tamen, Grammat. deciſ. 25. num. 3. Grat. conſil. 73. num. primo, volum. 1. Cotta ſuis memor. in verb. opem præſtans, verſic. quod tamen intellige, & verſic. & hæc memoriæ digna, Carer. d. §. homicidium autem, num. 48. & 49. & 51. Rimin. ſen. conſ. 13. num. 20. volu. 1. Pariſ. conſ. 152. num. 33. vol. 4. Conrad. d. rubr. de conſentientibus, nu. 2. exemplific.
1449 vt per eum, † nam auxilium potuit contingere in rixa, vt quia in eo actu, ſe collegerint in ſimul, vt alter alteri daret auxilium, Anchar. conſ. 216. numero 4. refert Boſſ. dicto numero 22. verſic. eſt verum,
1450 † quod quidem, vt dicantur ad hoc coadunati, non præſumuntur in dubio, ſed caſualiter, ita Marſ. in l. fin. nu. 28. ff. ad l. Corn. de ſicar. niſi aliter probetur per coniecturas iudicis arbitrio, ita Boſſ. d. nu. 22. verſ. ſed an ibi eſſent, Rimin. d. conſ. 13. nu. 20. Cotta d. verb. opem præſtans, verſ. vbi allegat,
1451 Carer. d. §. homicidium autem. nu. 55. † quę autem ſint coniecturæ, & circunſtantiæ, ex quibus arguatur, quòd fuiſſet ad hoc coadunatus, not. Boſſ. ibidem, nu. 25. † & licèt
1452 non coadunati ad hoc non puniantur pœna ordinaria auxilij, tamen pœna extraordinaria puniri debent, Cotta d. loco, verſ. & hæc ſunt, ad fin.

SVMMARIVM.

Auxilium ad homicidium non conſideratur ſine animo occidendi, nu. 1453.

i Auxilium præſtiterit.

QValiter autem dicatur præſtare auxilium ante delictum, notatum ſup. c.
1453 præcedenti, in verb. auxilium, † auxilium autem ad homicidium non poteſt conſiderari ſine animo occidendi, Conra. d. rubr. de conſentientibus, num. 3. Crau.
a conſ. 309. num. 2. *a*

ADDITIO.

a Addas quæ tradit Maſcar. de probatio. concl. 159.

k Ea pœna.

QVid de iure communi, notatum ſupra in verb. pari modo.

l Receptans.

QVis ſit, notatum ſupra in verb. eum receptauerit.

Receptari faciẽtem in hoſpitale maius delinquentem homicidam poſt delictum, Senatus condemnauit pœna exilij.

m Sciens.

IDem notatum ſupra de iure communi in verbo hoc.

n Poſt delictum.

QValiter, & quando procedatur, & procedi poſſit, not. ſup. cap. præcedenti verb. intelligatur, excuſantur tamen ab hac pœna receptationis etiam

banniti perſonæ multæ, veluti pater, & filius,ſocer,& ſocerus pro genero, & nurus, & è contra, vxor pro marito, & è contra, frater pro fratre & conſanguineus pro cōſanguineo,vt late notatū ſupra tit.de bannit.& recept.Cath.non poſsint,in verb.cōtra parentes cum ſeq.

SVMMARIVM.

Receptans ſcienter malefactorem tenetur eadem pœna,num.1454.1455.
Auxilium poſt homicidium olim puniebatur pœna ordinaria poſtea mitiori. num.1456.
Auxilium poſt delictum in atrocibus punitur vltimo ſupplicio,num.1457.
Aſſocians poſt delictum punitur, vti receptator, numero 1458.& 1459.
Receptans poſt delictum punitur mitius, niſi cum tractatus præceſſit, num.1460.
Auxiliator poſt delictum non dicitur, vt teneatur pœna ſtatutaria, qui eripit malefactorem ſatellitibus, num.1461.
Receptator homicidæ, niſi velit iudici dare delinquentem, vt puniatur, num.1462.

o Pęna centum aureorum.

1454 Quid † ſit de iure communi ponit regulā quod puniatur eadem pęna, Grammat. voto 15. in prin. eandem regulam cum fallentijs notat Afflict.in d.rubr.2.de Patarenis d.nu.1.cum ſeq. regulam contrariam ponit Foller.d.loco, nu.35. cū
1455 ſeq. † quod autem receptans ſcienter malefactorem in domo, & ſecum illum detinens,non minus puniatur,quàm ipſe delinquens, ita Grammat. deciſ.99.nu.3.
1456 † Auxilium autem præſtans homicidæ poſt homicidium ex decreto antiquo puniebatur eadē pęna qua principalis, Boſſ. d.tit.de homicid.num.34.verum ipſe dicit ſeruari etiam tunc in praxi, quod puniretur pęna mitiori exilij, vel pecuniaria, & ita cenſuiſſe Senatum in quodam caſu,
1457 † aliquando tamen in caſu atroci turpe eſſet non arbitrari vltimum ſupplicium, vt
1458 per eum ibi, † quæ autem ſit pœna iuris communis in præſtante auxilium poſt delictum,notat nouiſsimè Boſſ.d.tit.de homic. nu.35.& notatum ſupra cap.præcedenti,in
1459 verbo, pari modo. † Aſſocians autem poſt delictum, quod puniatur vti receptator, not.Bald.in l.non ideo minus, colum. pen. nume.26.ad fin.C.de accuſat.vbi diſputat. an dicatur eo caſu pręſtare auxilium,notat etiam Ghirlād.tract.de relax.Carer. tit.de abſolut.iur.q.7.cap.fi.Menoch. trac.arbitr. lib.2. Cent.4. caſu 349.nu.24
1460 † Decretum puniens receptantem poſt delictum delinquentem mitiori pœna,quā receptantē ante delictum,limitatur nō habere locum,vbi præceſsiſſet tractatus ante delictum de præſtando auxilium hoc poſt perfectum delictum, ita Menoch.d. loco, nu.25.vbi loquitur in terminis his.

Anno 1558. die 13. Ianuarij, Senatus damnauit in exilium per annum ab agro Derthonenſi quendam militē brixienſem, qui commodauerat equum ſocero ſuo,qui vulnerauerat quendam, qui die ſequenti diem ſuum obierat, quo equo euaſit manū inſequentium, & tunc etiam dictum fuit hunc caſum non comprehendi in hoc decreto, litteræ ad ſunt penes egregium Secretarium Rocham.

1461 † Decretum, vel ſtatutum ſi puniat dantem auxilium, vel fauorem homicidæ eadē pœna poſt delictum,nō comprehendit eū, qui eripuit poſt perpetratum delictum, & homicidium delinquentē captum à manibus capientiū,ita Signorol. conſ.134.nu.5.
1462 † Homicidam habens in domo nolens eum dare iudici,qua pęna de iure communi plecti debeat, notat relatiue Carer. d.§. homicidium autem. num.21.

SVMMARIVM.

Alternatiuæ pęnæ electio,ad quem ſpectet,nu.1463.
Alternatiuē vbi debetur pecunia pro pœna electio eſt iudicis,num.1464.
Aut non facit pœnam alternatiuam,ſed ſubordinatam, num.1465.

p Vel ictuum trium funis.

1463 In pœnis † autē alternatiuis an ſit electio iudicis,fiſci, vel rei, diſcutit Bart. Cœpolla, in l. ſi fugitiui,nu.16. cum ſeq. C.de ſeru.fugit.Clar. d.ſua Praxi.§. fi.verſ.ſolet etiam,Bonacoſ.in ſuis quæſt.in
1464 verb. pœna. verſ. quando, † vbi autem ſit impoſita pœna corporalis, quam vbi quis non ſoluerit intra certum tempus ſit pecuniaria,lapſo ipſo termino, electio eſt iudicis, & fiſci,quòd velit pecuniariā,ita Marſ. tract.bannit.in verb.homines, nu.14. Clar. d.quæſt.85.verſ.ſed hic quæro,Bonac.in d.
1465 quæſt.in verb.electio pœnæ,† ſi autem ſtatutum diſponeret,quod delinquens puniatur in pœna pecuniaria,aut quod ei amputetur manus, pœna illa non dicitur alternatiua, ſed ſubordinata, ita Bonacoſſ.in d. verb.pęna, verſic. ſi ſtatutum dicat.

SVM-

SVMMARIVM.

Si quis dictio in decreto iſto non comprehendit fęminas, nu. 1466.

q Si quis.

QVæ perſonæ comprehendantur, notatum ſupra in verb. quicunque. † Ex hoc decreto nō comprehenduntur fœminæ, cū non militet eadem ratio puniendi, ita notat Gigas. de Crim. Læſę Maieſt. lib. 3. de rebell. q. 16. ad fin.
1466

SVMMARIVM.

Rixa excuſat homicidam à pœna mortis.
Rixæ auctor quando teneatur de homicidio.
Rixam præſumi ante homicidium.

r In rixa.

QVod in dubio præſumitur potius factum caſu quàm animo deliberato, vt not. ſupra in verb. animo deliberato cap. præcedenti. a

ADDITIO.

a Imputatus de auxilio ad homicidium in rixa, etiā ſi contumax fuerit, non poterit damnari pœnā mortis, ex decreto Senatus Excell. diei 7. Martij 1582. rixæ author quando teneatur de homicidio, & alijs exinde ſequutis. Cæſar. Barz. deciſ. 142. & 143.

ſ Ad delicta præmiſſa.

VBi, ſcilicet ingeritur pœna mortis naturalis, vt ſupra cauetur.

SVMMARIVM.

Auxiliator non tenetur niſi delicto perfecto, numero 1467.

t Committenda.

1467 VBi † tamen ſint commiſſa, & conſummata, quia aliter non tenetur præſtās auxilium ad maleficiā, Menoch. d. tract. arbitr. Cent. 4. caſu 360. nū. 107. cum ſeq.

u Puniatur.

QValiter, & quomodo procedendum, notatum ſup. cap. præcedēti in verb. intelligatur.

SVMMARIVM.

Auxilium ſiue ante delictum, ſiue poſt olim ſemper erat arbitrarium, num. 1468.
Auxilium ad homicidium iure communi erat afflictiuum corporis, nu. 1469.
Pœnæ arbitrariæ in diuerſis criminibus. nu. 1470.
Arbitrium in pęnalibus datum iudici non extenditur ad mortem, nec confiſcationem bonorum, numero 1471.
Arbitraria pęna cum dicitur eſſe, iudex debet minorem pęnam ſequi, niſi in atrocibus, nu. 1472.
Arbitrium in pœnis non conceditur iudici ita, vt mori iubeat, fallit nū. 1473. 1474.
Arbitrium datum ſupremis iudicibus in pęnis extenditur ad mortem, nu. 1475.
Arbitrium in pęnalibus regulatur ex conſuetudine, num. 1476.
Arbitrium datum iudici a lege, vel ſtatuto, vt eligat, vel pęnam pecuniariam, vel duriorem, vel mitiorem, non extenditur ad corporalem pęnam, num. 1477.
Arbitraria pœna in contumaciam damnatus non poteſt petere declarationem arbitrij niſi ſe conſtituat, nu. 1478.
Arbitrium Senatus Mediolani attingit mortem, nu. 1479.
Pęna arbitraria requirit conſtitutionem, nu. 1480.
Auxilium ad delictum cum punitur alia pęna quàm ea, quæ tenet principalem, vbi dubitatur quis ſit principalis, non poteſt formari inquiſitio niſi conſtet de principali, nū. 1481.

x Arbitrio iudicis.

DE iure communi erat eadē pęna inflicta, quæ principali, vt ſupra notatum cap. præcedenti in verb. pari modo, licèt ſecus caueatur per ſtatuta, vt hic, ita Lancel. Conrad. d. c. 9. §. de homi-
1468 cid. nu. 18. lim. 39. ex † decreto autem antiquo pœna præſtantis auxilium homicidæ tam ante delictum, quam in ipſo actu erat iudici arbitraria, vſque ad mortem incluſiuè, vt not. Boſſ. tit. de homicid. nu. 33. verſ. & ideo.
1469 † Pœnas in diuerſis criminibus iudici arbitrarias, not. Clar. ſua Praxi. §. fi. q. 83.
1470 † Qualiter debeat iudex arbitrari, not. Cœpol. in l. ſi fugitiui, nu. 28. vſq; ad nu. 50. C. de ſeru. fugit. & Gomeſ. tract. delict. c. 6. de iniur. nu. 7. verſ. ita tamen.
1471 † Quodque iudex poſſit arbitrari vſque ad mortem excluſiuè non pœnā capitalē, nec perpetuam ſed temporalem, nec confiſcationē bonorum, not. Felyn. c. ex litteris, nu. 21. verſ. adde, etiam de Conſt. idē Alex. conſ. 13. nu. 15. vol. 7. Boer. deciſ. 317. nu. 3. Soarez, ſuis communibus, in verb. pœna ſi iure, communem, & mitiorem hanc not. Cu
1472 mia in ritib. cap. 72. num. 10. † nam vbi eſt

pœna iudici arbitraria debet ſequi minorẽ pęnã,ita Marſ.conſ.24.nu.34. ad fin. & nu. 35.vol.1.contrarium not.Iac.Boule.d.§.famoſos,nu.29.opiniones cõtrarias hinc inde communes not.Clar.ſua Praxi,§.fi.q.83. verſ.ſed quæro, diſcutit per quinq; cõcluſiones,Fely.d.c.ex litteris,nu.23. cum ſeq. Cacialup.in conſ.92.nu.10. cum ſeq.vol.1. conſiliorum.crim.Cumia d. c.72. nu.11. cũ
1473 ſeq.Vrſil.deciſ.287.nu.7.† Menoch.autem tract.arbitr.lib.1.q.86.nu.1.dicit non poſſe eo caſu imponi pœna capitalis mortis, limitando in atrocibus, nu.20. quod idem tenet Gome.d.tract.delict.c.6.de iniur.nu. 8.verſ.& in tantũ,& verſ.quod tñ intellige, Clar.d.q.83.& verſ. ſed quæro, ibi, ſed dato,idem prius Fely.in d.c.ex litteris, n.21. & 25.de Conſtit.Oſaſc.deciſ. 104. nume.9. Craſſ.ſuis communibus lib.2.in verb.pęna, q.1.Bonac.in d.verb.pœna,verſ. pęna delicti,& verſ.ſi ſtatutum prohibet,& verb.verbum,verſ.quoties ſtatutũ,& verb. arbitrio
1474 iudicis,verſ.& vbi pœna,† tanto magis nõ poterit arbitrari pœna mortis,vbi de iure, vel conſuetudine in illo delicto non poſſet infligi pęna mortis,ita Alex.cõſ.121. nu.6. vol.2.Boer.deciſ.317.nu.3.ad fine, Cumia. d.c.72.nu.12.Gomeſ.d.c.6.de iniur.num.8. verſ.2.caſu, etiam data opinione pro vera, quòd poſſit infligi pęna mortis, vt per eũ,
1475 d.loco,nu.11.& 12. † fallit tñ in ſupremis iudicibus,qui quidem poſſunt in pęnis arbitrarijs arbitrari pœnam mortis,Menoch.
1476 d.Cent.4.caſu 316. nu.54.† quicquid ſit, iudex habens arbitrium in pęnis.debet ſeruare modum conſuetum,declarãdo, vt per Caſſan. in ſuis conſuet. rubr.1.§.5. in tex. Al.Arbitrage.in prin.cum ſeq.Crau. conſi-
1477 lio 224.nu.2.Clar.d.q.43.verſ.ſcias ẽt,†aduertendum etiam, quòd vbi à ſtatuto, vel lege imponatur pœna pecuniaria, vel alia durior,vel mitior arbitrio iudicis,tunc iudex debet arbitrari ſimilem,ſcilicet,pecuniariam,non autem corporalem,ita Felyn. d.c.ex litteris,num.21.verſ. idem ſentit de Conſtitut.Clar.d.q.83.verſ. præterea ſi ſtatutũ declarat, Menoch.d.tract.arbitr.lib.1.
1478 q.95.† condemnatus vlterius in contumaciam in pœnam ſtatuti arbitrariam,non poteſt talis damnatus petere declarationem arbitrij à Senatu, niſi ſe in carceribus con-
1479 ſtituat,idem Clar.d.loco,verſ. & nota,†ex quo poteſt infligere ẽt pœnam mortis incluſiuè,Menoch.d.caſu 316.nu.54.
1480 †In pœna arbitraria,requiritur perſonalis conſtitutio,ita Plot.d.loco,nu.539.540.
1481 †Decreto hoc ſtante ponente diuerſam pœnam inter auxiliantem, & principalem, dubium ſi oriatur,quis commiſerit delictũ principaliter,& quis acceſſoriè, veluti, qñ ſint plures perſonæ, & vnicum vulnus mortale,ex quo quis ſit occiſus,tunc nõ poteſt formari inquiſitio contra aliquem, niſi cõſtet de principali perſona,ſecus ſi eadẽ eſſet pœna quia tunc poſſet cõtra vnum formari inquiſitio de principali delicto, contra alios de auxilio, prout cauetur ſupra cap.præced.in auxiliantibus animo delibe rato.§.pari modo,ita ſignãter not.Boſſ.tit. de delicto,nu.40.verſ.ſed vbi non ſit dictũ, & nu.41.declarando,nu.42.& 43.& tit. de homicid.nu.31.32.& 33.verſ.ideo decretũ.

SVMMARIVM.

Cõtumax olim cõdemnabatur de homicidio,nu. 1482

Contumaces reſcripſit Senatus Mediolani eſſe condemnando in pœnam iuris.

Contumax non eſt maiori pęna damnandus, quàm ſi præſens eſſet.

y Iuxta qualitatem facti.

VBi tamẽ nõ fuerit contumax nã aliàs puniebatur, & cõdemnabatur de homicidio, iuxta ordinem Senatus, anni 1539.21. Ianuarij ad relationem Dominorum fiſcalium, quod Mediol. indiſtinctè ſeruabatur, & aliquando Senatus litteras dedit de hoc, ſed dein idem Senatuſconſultus à D. Pretore Papiæ pro ſocijs filij Thomæ Beccarij, qui occiderat Cremonenſem,anno 1557.de menſe Maij, noluit aliquid ſcribere, qñ videbatur ſtante hoc decreto nõ eſſe iuridicum,ſed reſcripſit,ꝙ D. Prætor iuſtitiã faceret, quæ eſt penes D.Panizonũ Secretariũ,tñ die 26. Iulij eiuſdem anni ſuper relatione D. Prætoris Deſij, ex quo cõſtabat quoſdã cõtumaces puniẽdos eſſe ſolum de auxilio, Senatus reſcripſit, quòd in pœna iuris condemnaret, penes
1482 Secretarium Petranigram † hæc videbantur contra iuris diſpoſitionem quod contumax in maiorem pœnam condemnaretur,quam ſi præſens eſſet, & fateretur delictum,vt not.Grammat.voto 37.nu.2. & nu. 6.ad fin.idem Plot.conſ.52.nu.32. ad quod animaduertens nunc Senatus oculatiſſimus, maxime ſtantibus nouis ordinibus ſuæ Cat.Maieſt.tollẽtibus arbitriũ in cauſſis iam deciſis, ſanciuit his proximis diebus cautos eſſe iudices poſt hac,ne maiori pęna condemnent contumacem,quã ſi pręſens eſſet, ita ex decreto die 12. Menſis Octobris 1584.declarando, vt in eo.

FINIS.

IN CAPITVLVM COLLEGIIS NOV. CONSTITVTIONVM.

Titulo de Pœnis.

A COLLEGIIS [b] Vniuerſitatibus,& denique omnibus, [c] cuiuſuis ſtatus, & conditionis ſint, [d] interdictum eſt [e] per ſe, [f] vel per interpoſitas perſonas, [g] directè, [h] nec per indirectum [i] vendere, [k] nec alienare, [l] nec etiam per quamcunque vltimam voluntatem [m] expreſſam, [n] aliquam [o] rem immobilem [p] alicuius territorij [q] huius dominij [r] mediatè, [ſ] vel immediatè [t] nobis ſubditi, [u] nec annuum redditum, [x] aut eorum vſumfructum, [aa] in perſonam, [bb] huic dominio non ſubditam, [cc] ſub pœna [dd] amiſſionis rei ſic venditæ, vel alienatæ, [ee] vel pretij eiuſdem, [ff] bonaque, res [gg] & pretium [hh] ipſo iure, & facto, [ii] in Fiſcum [kk] perueniant [ll] contractus, & alienationes, [mm] non valeant, ſintque nullius momenti. §. Notarij contra formam præſentis conſtitutionis inſtrumenta [nn] rogare non audeant, [oo] ſub eadem pœna, [pp] quàm ſi ſoluendo non erunt, [qq] punientur in perſonam, [rr] arbitrio Principis, vel Senatus. §. per hanc tamen ſanctionem non prohibetur, quin [ſſ] in contractibus faciendis inter ſubditum, & non ſubditum, [tt] hypotheca conſtitui poſſit. §. [uu] non prohibetur etiam non ſubdito accipere bona debitoris ſui inſolutum, vel ab eo, [xx] vel à iudice, [aaa] dummodo intra annum ſubdito vendat, [bbb] alioquin fiſco applicentur. §. ſi contingat contra, vel præter hanc conſtitutionem [ccc] per Principem, vel Senatum diſpenſari, hæ diſpenſationes [ddd] intra decem dies [eee] apud quæſtores extraordinarios regiſtrari debent, [fff] aliàs nullius ſint momenti. §. eo amplius ſancitum eſt, quòd non ſubditi huic Dominio [ggg] alicui ſubdito [hhh] ab inteſtato ſuccedere non poſſint.

SVMMARIVM.

Subditum, qui non eſt non poſſe acquirere, & in eum non poſſe alienari correlatiua ſunt, numero 1.

Alienatione prohibita, prohibetur & acquiſitio.

Forenſem non poſſe acquirere omnibus ſtatutis Italice cauetur, num. 2.

Forenſem ex decreto non poſſe acquirere eſt contra ius ipſum diuinum, nu. 3.

Decretum prohibens forenſem acquirere ſtrictè intelligitur, & eſt odioſum, nu. 4. 5.

Forenſem per decretum validè poſſe probiberi ne acquirat, nu 6.

Decretum prohibens forenſi acquirere ſub pœna, valet, & eſt inductum ſecundario ob publicam vtilitatem, nu. 8.

Forenſes probibentur acquirere, vt ſubditi poſſint grauari, nu. 9.

Forenſes, & non ſubditi non tenentur ad onera, numero 10.

1 DEcretum † hoc prohibens alienari in forenſem, vel non ſubditū, vel quòd nō ſubditus non poſſit acquirere, quæ correlatiua ſunt, & idē importāt, quicquid aliqui aliter ſentiant, vt not. Tiraq. tract. retract. lignag. §. 1.
2 Glo. 5. num. 170. & 171. † & quòd viget ferè per totam Italiam teſte Alberico, & Socino iun. relatis per Hyppolit. Riminaldū,
3 conſ. 28. nu. 17. vol. 1. † eſt correctoriū iuris diuini, Canonici, & Ciuilis, vt not. Brun. tract. ſuper Conſtitut. in verbo, forenſis, in princ. idem cumulatè notat Cœphal. conſi.
4 53. nu. 1. & 2. vol. 1. † ideo ſtrictiſsimè intelligendū, vt latè notat idem Cœphal. cōſ. 161. nu. 5. cum ſeq. vol. 2. deciſ. Peruſ. 85. numero 12. par. 2. Bero. conſ. 173. nu. 35. vol. 1.
5 Menoch. conſ. 165. num. 8. vol. 2. † & conſequenter odioſum: ſecundū Fabianū tract. de empt. & vendit. tertia parte princip. numero 45. Corn. conſ. 111. nu. 4. vol. 3. Curt. ſen. conſ. 57. nu. 8. Ripam in c. 2. nu. 4. lib. 1. reſponſ. idem tenet Cumanus in conſil. 84. num. 1. propterea reſtringendum, vt ibi per
6 eos. † de cuius validitate, licèt latè diſputet Albericus tract. ſtatut. ſecunda parte q. 2. nu. 7. cum ſeq. verſ. 1. tamen quòd valeat communis eſt, ita not. Bart. in l. fi. nu. 20. C. de Sacroſan. Eccl. idem Bar. in l. filiusfam. §. diui nu. 11. vbi Alex. num. 12. cum ſeq. & Iaſ. nu. 71. in 1. lect. & nume. 12. cum ſeq. & Iaſ. nu. 71. in 1. lect. & num. 106. in 2. lect. & Ferrand. Loazes. nu. 144. Opizon. nu. 58. ff. de leg. 1. Caſtrenſ. conſ. 89. nu. 1. vol. 2. Dec. conſ. 300. in princ. & conſ. 661. nu. 1. Fab. de Monte tract. de empt. & vendit. 3. par. prin. nu. 44. verſ. vigeſimoprimo, Diaz. reg. 699. ſtatutum prohibēs. Tiraq. d. retract. lignag. in præfat. nu. 14. Curt. ſen. conſ. 27. nume. 8. Ruin. conſ. 160. nu. 6. vol. 4. Alciat. cōſ. 200. col. 2. verſ. adde quod idem conſ. 479. num. 35. Brun. tract. ſuper Conſtit. in verbo, forēſis poteſt per ſtatutum, idem Cœphal. cōſ. 53. num. 7. vol. 1. & habetur in lib. 17. communium, in verbo, ſtatutū ne bona, Viuius ſuis communibus in lib. 2. opin. 268. ſtatutum prohibens, d. deciſio Peruſ. 85. num. 1. 2. par. 2. monticulus tract. inuentarij, c. 10.
a num. 457. *a* † & hoc procedit etiam ſi ad-
7 dita pena ſit, quia valet, vt notat Bonacoſſa ſuis communibus criminalibus, in verbo,
8 ſtatutum prohibens rem immobilem, † quod autem in eo verſetur ſecundario fauor publicus, firmat Cœphal. conſ. 53. nu. 7. vol. 1. latius in conſ. 161. nu. 6. vol. 2. vbi adducit
9 rationem, † quia factum ſit, vt ipſi ſubditi, & poſsidentes bona poſsint ad onera grauari, & eorum exactio facilior ſit ob publicam vtilitatem, quod idem not. Cœphal. conſ. 246. nu. 38. vol. 2. idem prius Ripa l. filiusfam. §. diui nu. 80. & nu. 102. ff. de leg. 1. Clar. ſua Praxi crim. §. fin. q. 82. ad quintum ſtatutum, in princ. Vrſill. ad Afflictum deciſ. 226. nu. 9. Hyppol. Riminal. conſ. 28. nu-
10 mero 12. & 13. vol. 1. † ad quæ onera forenſes, & non ſubditi iuriſdictioni non poſſunt cogi, ita Saly. in l. ea lege, nu. 19. C. de
b cond. ob cauſam. *b*

ADDITIONES.

a Clarus in ſuis communibus in verbo ſtatutū prohibens in prin.

b Addas Bertaz. conſilio 285. numero quarto. libro ſecundo.

SVM-

SVMMARIVM.

Collegium conſtituitur ex ſocijs victualium, ſalinarum, & ſimilium, nu. 11.
Collegium non conſtituitur ex famulis, vel diſcipulis artificum, nu. 12.

a COLLEGIIS.

11 Collegium † conſtituitur ex ſocijs publicorum victualiũ, fodinarum, & ſalinarum, & ſimilium. Ita not. Virgin. Boccat. in Conſtit. March. Glo. 6. nu. 7.
12 † non autem ex famulis ſcholarium, vel diſcipulis artificum, vt not. Bonaco. in tract. de ſeruis, vel famulis q. 47.

SVMMARIVM.

Vniuerſitas quæ ſit, & quot modis dicatur, num. 13.
Vniuerſitas ciuitatis fit ex conſiliarijs, nu. 14.
Vniuerſitatis appellatione non veniunt ſinguli, numero 15.

b Vniuerſitatibus.

13 Vniuerſitas, † quæ ſit, & quibus modis dicatur, notat Virgin. Boccat. d. conſtitut. Marchiæ, Gloſ. 6. num. 3. cum ſequen-
14 tibus. † vniuerſitas autem ciuitatis, & caſtrorum fit ex conſiliarijs qui hodie loco decurionum ſunt ſubrogati, Boccat. d. conſtit. Marchiæ, Gloſ. 6. nu. 9.
15 Collegij, † & vniuerſitatis appellatione non veniunt ſingulares perſonæ, ſicut nec, è conuerſo, Dec. conſ. 486. nume. 7. Plott. conſ. 19. nu. 5. Rebuff. tract. concordat. rubr. de collat. §. ſtatuimus, il 2. in verbo, perſonis, verſ. immo, & quod per verbum quantumcunque generale non comprehẽditur vniuerſitas, maximè ſi tractetur de odioſis, not. Vrſill. deciſ. Affl. 128. circa finem, verſ. quinto.

SVMMARIVM.

Cuiuſuis dictio etiam in materia pęnali, comprehendit minores doli capaces. num. 16.
Pupillus non ligatur ſtatutis pęnalibus. num. 17.
Minor reſtituitur in integrum aduerſus delictum, numero 18.
Forenſis non obſtante decreto poteſt in forenſem alienare, num. 19.
Forenſis poteſt acquirere à clerico non obſtante decreto, num. 20.
Eccleſiæ an prohibeatur à non ſubdito acquirere.

c Cuiuſuis ſtatus.

16 Comprehenduntur † etiã minores doli capaces per hæc verba generalia. Ita in ſpecie horum verborum firmat, Rebuff. tract. de nominat. quæſt. 8. num. 8. Riminal. Sen. conſ. 427. num. 8. volum. 3. & quòd hæc verba generalia cõprehendãt omnes perſonas, nec patiantur reſtrictionem, notat Salicet. in l. ſi ſerui, col. 3. C. de noxalib. cum accumulatis per Rolandum à Valle
a conſ. 5. num. 49. vol. 1. *a* quod magis ſuadetur ex verbis præcedentibus dum ligantur vniuerſitates, & collegia, quæ inſtar pupilli habentur, l. rempub. vbi Gloſ. C. de iure Reipub. lib. 11. Gloſ. in §. rurſus, vbi Iaſ. nu-
17 mero 36. inſtit. de act. † licèt aliàs ſtatuta pœnalia non ligent pupillum, vt tradit Marſil. ſingul. 362. nu. 3. Barbat. conſ. 6. nu-
18 mero 3. vol. 4. † quicquid tamen ſit, quòd minor ſic alienans contra formam decreti reſtituatur in integrum, firmat Riminald. Sen. d. conſ. 427. nu. 46. cum ſeq. vol. 3.
19 † Non videtur tamen comprehendere non ſubditum habẽtem bona in dominio, quæ velit alienare non ſubdito, ita not. Ripa in cap. 2. numero 12. & 14. libro 1. reſponſ. Cęph. in terminis his conſi. 161. nu. 9. cum ſequent. volum. 2. comprobat Plott. conſ. 19. nu. 17. Hyppolit. Riminal. conſ. 15. num. 65. & 66. adducit rationem. nume. 67.
b & 69. lib. 1. *b* ſecus tamen cenſet Boſſius praxi ſua criminali. tit. de pęnis. nume. 43. verſiculo tamen puto cõtrarium, mouetur ex eo quod decretum, & ſtatutum loquitur etiam de rebus exiſtentibus in dominio, vel iuriſdictione. & reſpondet fundamentis Cœphali, vt ibi per eum, verùm ipſe Boſſius loquitur in decreto antiquo, quod loquebatur in rem, ſed hoc ceſſat in Decreto hoc nouo.
20 † Non etiam ligat clericos, vel perſonã eccleſiaſticam alienantem, licèt dicatur ſuppoſitus quoad quædam, ſecundum notata per Albericum in tract. ſtatut. 2. parte quæſt. 2. nu. 26. & 27. Boſſium dicta ſua praxi criminali. tit. de pœnis, nume. 43. verſic. & ad hæc adduco. Et quòd nõ liget clericum alienantem, not. Ripa in d. cap. 2. nu. 7.
c & 8. lib. 1. reſponſ. *c* Plott. conſilio ſecũdo, num.

ADDITIONES.

a Latè Rebuff. tract. benef. ante vacat. gl. 9. per totũ.
b Burſat. conſ. 8. nu. 27. lib. 1.
c Refert argumento à ceſſatione rationis huius ſtatuti. idem Ripa in l. filiusfamilias. §. Diui. num. 83. ad finem ff. de leg. 1.

nu.14.& conſ.19.nu.13.cũ quatuor ſequẽt. & conſ.16.nu.30.verſ.& propterea,licèt cõtrarium teneat.Bal.conſ.174.nu.1.lib.5. & conſ.280.lib.2. ac per verba decreti huius generalia firmet Rebuff. tractat. de nominat.num.21. a

a

A D D I T I O.

a Adde limitationes Rimin.iun.conſ.23.Ripa reſp. 2.lib.3.& Rebuff.in tract. de literis natural. per totum.& conditionis.Vide Dec. conſ.661. Sed an eccleſia ſit prohibita acquirere Bar.& Io.à Plat.in l.fin.C.de exact.lib.10.Soc.conſ 56.lib.1. & 114. lib 4.Clar.quæſt.82.Boſſ.de priu.nu.339. Plot.in l.ſi quando. num.850. C. vnde vi. Et an videatur contra libertatem eccleſiaſticam.Abb.conſil.111. col.3.par.2. Caſtr.conſ.89. lib.2. Ideo die 17. Iulij 1551.declarauit Senatus hanc conſtitutionem nõ ligare clericos.& tradit Cœph.conſ.53.nu.6.

S V M M A R I V M.

Alienatione prohibita,cenſeri etiam prohibitam acquiſitionem,num.21.

d Interdictum eſt.

21 EX quo † prohibetur ſubditus alienare pariter prohibetur nõ ſubditus acquirere, per regulam correlatiuorum contra quoſdam diſtinguentes, vtrum verba ſint concepta in perſonam alienãtis,vel acquirentis,vt notat Tiraq.tract.retract. lignag. §.1.Gloſ.9.num.170.& 171.quòd idem colligitur ex verbo decreti in fine,vbi prohibetur non ſuccedere ab inteſtato.

S V M M A R I V M.

Minor forenſis non incidit in pœnam ſtatuti prohibentis forenſi emere.num.22.

e Per ſe.

22 SI † ſit maior,non autem minor,qui non poſſit contrahere, quia eo caſu cum ſit contractus aliter nullus, diſpoſitio huius decreti non habet locum, quoad pœnam, vt in his terminis notat Plot.conſ.19.num. 22.& 23.& infra dicetur.

S V M M A R I V M.

Procurator dicitur interpoſita perſona ſi habeat ſpeciale mandatum, & poteſt facere cadere dominũ in pœnam,aliàs non ſi eſt generalis.num.23.

f Vel interpoſitas perſonas.

23 VEluti per procuratorem mandatum habentem ad hoc ſpeciale, † quia aliàs non cenſeretur conſtitutus procurator ad illicita, & vbi principalis poſſet incidere in pœnam aliquam,vt not.in terminis,in l.ſi procurator,vbi Bartol.& ſcrib.ff. de condit.indeb.in ſpecie hac Alex.conſ. 32.nu.7.& conſ.33.nu.6. vol.2. latè Afflict. in conſtit.regn.rubr.25.contra quem,nu.4. lib.1.& latè notatum per nos ad ſtatutum. c.76.teneatur,in verbo reſpondere,volu.1. ſtatutorum, idem ſi per alium ſuppoſitum, & ſubditum acquiratur, vt notat in his terminis Menoch.tract.arbitr.caſu 459.nu.24.

S V M M A R I V M.

Directè dicitur alienare ſi in ſui perſonam alienationem concipiat.num.24.

g Directè.

24 VEluti † ſi alienet non ſubdito directè concipiendo alienationem in eius perſonam.

S V M M A R I V M.

Prohibitus facere aliquid directè, cenſetur etiam per indirectum.num.25.

Alienatione prohibita etiam per indirectum prohibetur fieri in vniuerſitatem, vel aliter. num.26.

h Nec per indirectum.

25 HOc † idem de iure,quia pœnalis conſtitutio extenditur etiam cõtra eos, qui per indirectũ ei contraueniunt,vt not. Rebuff.in tract.de pacif.poſſ.num.157. veluti ſi alienetur non ſubdito non ſibi ipſi, ſed alij ſuppoſito acquirenti in fraudem tamen huius decreti, vt not. Brun. tractat. ſuper conſtit.in verbo,forenſis, verſic. forenſis prohibitus acquirere per ſtatutum, veluti ſi acquirat nomine vxoris, & filiorum,vt ibi ipſe exemplificat qui ſint ſubditi,quia præſumitur fraus, quòd aliter poſſet fieri ceſſante fraude,vt not. Plott.dicto conſ.19.nu.53.verſ.25.& infra dicetur.

26 † Hæc verba per indirectum important, vt non poſsit fieri alienatio per omnẽ viã mundi in non ſubditum,veluti ſi fiat etiam cum vniuerſitate,ita Syluanus.conſ.25.nu. 17.poſtea ſequitur,num.1.

S V M M A R I V M.

Venditionis nomine, quid veniat, num.27.

i Vendere.

27 QVid † veniat appellatione venditionis, not. Fabian. de Monte in tract.

de

de emptione, & vendit. in ſecunda parte princip. num. 1. cum ſequent. Felyn. in capit. fin. nu. 5. de accuſ. latè notatum ſupra
a capit. 417. ſi quis, in verbo vendiderit. *a*

A D D I T I O.

a Vide Alex. conſ 215. num. 10. li. 2. 123. nu. 6. lib. 4. Corn. conſ. 152. li. 1. Iaſ. in l. fideiuſſ. § prætori. num. 6. qui ſat. cog. & in conſ. 13. num. 15. verſ. ſecundo ego.

SVMMARIVM.

Alienationis plures ſpecies. numero 28.

Alienationis nomine in materia decreti huius venit omnis alienatio, per quam transfertur dominium. numero 29.

Alienatione prohibita ſub pœna, non cenſetur prohibita tenuta. num. 30.

Alienatione prohibita per contractum, intelligitur etiam per donationem. num 31.

Acquiſitione prohibita, prohibetur pignus etiam ex magna neceſſitate. num. 32. 33.

Alienatione prohibita, etiam permutatio prohibetur & omnis contractus per quem transfertur dominium num. 34. 35.

Forenſis, poteſt permutare dando vt bona inſolutum in territorio, licet prohibeatur acquirere. nu. 36.

Forenſis non poteſt acquirere, cum conditione ſi fiat ſubditus, vel ita vt ei ſoluatur quid minimum. numero 37. 38.

Alienare prohibitus, non poteſt conſentire. numero 39.

Alienatione prohibita, prohibetur etiam pactum de alienando. num. 40.

Alienatione prohibita nō prohibetur pactum de alienando, niſi in ſtatuto adſint verba prægnantia numero 41.

Alienatione à ſtatuto, & in pœnalibus prohibita, non prohibetur pactum de alienatione. nu. 42. 43.

Vendens, ſi tenetur ad gabellum non tenetur, ſi faciat tantum pactum de vendendo. num 44.

Acquiſitione prohibita, omnis etiam ex legato acquiſitio prohibetur. num. 45.

Forenſis non poteſt acquirere ex ſtatuto de re paterna. num. 46.

Forenſis acquiſitio facta ante hoc decretum valet. num. 47.

Forenſis non obſtante hoc decreto poteſt acquirere ex edicto fungendo officio delatoris. num. 48.

Forenſi deberi premium capientis bannitum. numero 49.

Forenſis poteſt acquirere lucrum dotis. num. 50. cum ſequentib.

Forenſis poteſt acquirere à Principe. num. 52.

Forenſi licet acquirere vt ſtatim vendat ſubdito. numero 53.

Alienatio ex cauſa dotis fit etiam in forenſem, maxime ſi dos eſt inæſtimata. numero 54.

Alienatio in forenſem fit in vniuerſitate aliarum rerum non prohibitarum alienari. numero 55.

Alienatio omni mundi decreto Mediolani tollitur in forenſem. numero 56.

Alienatio rei litigioſæ nulla eſt. numero 57.

Alienationis in forenſem nullæ, nullum eſt delictum ac pœna. numero 58.

Alienatio vtilis ciuitati fit in forenſem, forenſis in ſui damnum acquirit. num. 59.

Alienatio facta in non ſubditum, & ſocium ſubditum valet. num. 60.

Forenſis cum ſocio ſubdito vtiliter hæres fit. nu. 61.

Diuiſio inter clericum fratrem, & ſic non ſubditum valet. num. 62.

Locatio ad modicum tempus non prohibetur in forenſem. num. 63.

Alienationis in forenſem factæ pœna non habet locum, niſi ſequatur traditio. num. 64.

Traditio poſſeſſionis fit per conſtitutum. num. 65.

Conſtitutum operatur translationem ſucceſſionis ſpeciale. num. 66.

Conſtitutum non habetur pro traditione, vt euitetur pœna alienationis prohibitæ. num. 67.

Poſſeſſio transfertur pluribus modis. num. 68.

Forenſis poteſt acquirere, ſi ex diſpenſatione Senatus, vel ſi fiat ſubditus ante traditionem. nu. 69. cum ſeq.

Alienatio neceſſaria in forenſem, non prohibetur. num 70.

Forenſis poteſt acquirere cum clauſula, ſi Principi placuerit, vt expectetur diſcenſus. num. 72.

Forēſis poteſt acquirere ad hoc ſi pretio retento rem ſubdito vendat, vel ſimpliciter vendat. numero 73. & 74.

Forenſis non ſubditus poteſt acquirere ex cauſa legitimæ. num. 75.

K Nec alienare.

28 ALienationis † ſpecies plures ſunt, nam quandoque dicitur alienatio proprijſſima, quando dominium plenum transfertur, propria quando proprietas, vel dominium vtile tantum alienatur, impropria quando aliqua ſeruitus transfertur, improprijſſima, quando in aliqua re conſtituitur tantùm hypotheca, vt notat Bald. in feud. titulo, quibus modis feudum amittatur, il primo. §. aut ſi libellario ad finem, refert ſequendo Fabianus de Monte, tractat. de empt. & vendit. quarta parte princip. quæſtione vltima, numero quinto. Iaſ. §. item ſi quis in fraudem, il primo, num. vigeſimoquarto.
29 inſtit. de act. vbi relatiuè loquitur, † hic autem intelligitur de quacunq; alienatione,

per

per quam dominium transfertur , vt latè
not.Cœphal.in his terminis d. conſ.53.nu.
14.volu.1.& notatum in ſtatuto cap.417.ſi
quis,in verbo, ſi verò alio modo alienaue-
30 rit,vol.1.ſtatut. † quò fit vt ſi tantùm nuda
tenuta,vel poſſeſſio nuda facti transferatur
in non ſubditũ, nõ procedat decreti huius
diſpoſitio,vt in terminis not.Plot.d.conſi-
a lio 19.nu.109. *a*
31 † Prohibita vbi eſt alienatio per contra-
ctum,eſt etiam prohibita in donatione , &
ſtipulatione ex identitate rationis,non ali
ter,ita Gallia in conſuetud.Alex.in verbo,
legare,q.3.nu.132.
32 †Si ſtatutum loqueretur per verbum ac-
quirere prohibetur etiam pignoratio , ita
Fely.c.ſi.nu.4.de accuſat.
33 † Procedit etiam ſi fiat ex cauſa magnæ
neceſſitatis, licet aliàs non comprehende-
retur , vt notat , Plot. in dicto conſilio 19.
numero 48.
34 † Videtur etiam comprehendi permuta
tio , quia prohibitus alienare prohibetur
etiam permutare, ita not. Bald.in Authen.
res quæ,columna fin. num.23. C. commun.
35 de legat. † & in materia etiam ſtricta , &
odioſa comprehenditur appellatione alie-
nationis omnis cõtractus , per quem domi
nium transfertur,vt not. Abb.in cap.nulli,
in Gloſa pen.num.13.de rebus non alienã-
dis,& permutatio eſt alienatio,vt not.ſpe-
cul.tit.de rerum permutatione, in princ.in
verſ.item in hoc forma,nume.4. in contra-
rium tamen facere videtur, quia ſtatuta
ſunt ſtrictè intelligenda , & propriè , iux.
tex.in l.2.§.hæc verba.ff. de neg.geſt.& ver
bum alienare impropriè comprehendit
permutationem ſecundum Alex.conſil.36.
num.8.volum.5.not.Iaſ.in l.1.nume.3.& 8.
ff.de rer.permutatione,moderni in l. inter
diuinum.C.de Sacr. Eccleſ. quod idem vi-
detur tenere Boer. deciſ.144.Cur.ſen.cõſi-
lio 66.nume.25.Fabian.de Monte tract. de
empt.& vend.ſecunda parte princip.nume
ro 25.tamen,quòd appellatione alienatio-
nis veniat permutatio, not. Gloſa Pariſ.§.
22.num.80.& 81.in caſu noſtro ego diſtin-
36 guerem ſic. † Aut non ſubditus permutans
dat tot alia bona in dominio,& tunc ceſſet
diſpoſitio huius decreti,cum pariter ceſſet
ratio ſupraſcripta onerum ponendorum ,
aliàs quòd comprehenderetur etiam per-
mutatio .
37 Prohibetur etiam alienatio ſub condi-
tione ſi fiat ſubditus , ita Cumanus in l. ſi
rem meam,num.3.& in l.multum,num.3.ff.
de verborum oblig.aliter autẽ cenſet Plot.
conſilio 19.numero 20.verſ. decimo , Cre-
derem opinionẽ Cumani veriorẽ eſſe , vbi
tradita fuiſſet poſſeſſio,aliàs nõ,ex infra no
tandis, cum etiam prohibeatur pactum de
alienando, quò ad eius nullitatem.
38 † Prohibetur etiam alienatio cum pacto
ſoluendi quid minimum, vt not. Angel. in
Auth.de non alienando. §. hæc vtriq; verſ.
& facit ad quæſtionem.
39 † Prohibetur etiam alienanti conſenti-
re,vt in his terminis notat Brun.tracta. ſu-
per Conſtit.in verſ.alienare vbi prohibitus
alienare à lege.
40 † Prohibetur etiam facere pactũ de alie
nando,vt notat Ruin. conſilio 145. num.5.
volu.1. latè Tiraq.tract. retract.lignag.§.1.
Glo.2.nume.52.& hoc quoad eius nullita-
tem,non quò ad pœnam , vt infra dicetur ,
41 † & hoc procedit,quia per tale pactum, &
promiſſionem deuenitur ad alienationem,
faciunt notata per Tiraq. tractatu ll. con-
nub.Glo.5.in verbo, en contracter , nume-
ro 186.& numero 220.Lamberten. ad ſtatu
tum de alienat.mulier.Gloſ.1.quæſt.92. nu
mero 357. idem in addit. ad Afflictum , in
Conſtit. Regni rubr.97. de pęna contuma-
tiæ,in verbo,ſi quis poſt,lib.1. confirmat la
tè Menoch.conſ.116. num.16. volumine 2.
quod magis dicendum ſtantibus verbis ,
prægantibus huius decreti , vt notat An-
char.iun.quæſt.39.num.4.& 10. & 11.parte
42 prima, † aliàs niſi adeſſent hæc verba præ-
gnantia non procederet in ſtatutis, vt not.
Dec.conſ.645.nu.7.Corſet. in ſing.ſtatutũ,
il ſecondo , latè Gabriel tit. de præſumpt.
43 concl.7.num.11. † nec in pœnalibus, vt ibi
44 per eum,nu.4. † ſicuti etiam ſi ſoluitur ga-
bella de vendit. non habet locum in pacto
b de vendendo,ita Marſ. ſing.469.nu.3. *b*
45 Legalis acquiſitio videtur etiã prohibi
ta,veluti ex ſtatuto de re paterna luenda ,
licèt aliàs non eſſet prohibita , quia etiam
non ſubditus prohibitus acquirere,admit-
teretur ad acquirendum per diſpoſitionẽ
ſtatuti,vel conſuetudinis vti proximior,ſe-
c cundũ notata per *c* Bouer.deciſ.13.nu.55.
ad finem, & in his terminis vide quòd latè
diſcu-

ADDITIONES.

a Rationem adducit Fab. Acaromb. in l. naturali-
ter.§.nihil commune numero 20.ff. de acquiren-
da poſſeſſ.

b Prohibetur etiam alienatio cum pacto luendi vl-
tra annum ex decreto Senatus anni 1579.Maij pe
nes egr.Landr.

c Albericum in l.ſed ſi pecunia in prin. num.1.ff.de
reb.cor.

[illegible] Tiraq. [illegible] retract. lignag. §. 1. Glo. [illegible] 164. cum ſeq. maximè cum ſtatutum illud de re paterna lu[illegible]da ſit ſpecialius hoc decreto, vt infra dicetur, nec in terminis huius decreti videtur dubiũ, quin excludatur per notata per Tiraq. d. loco, num. 173. & num. 175. [illegible] ampla vniuerſalia, & gemin[illegible], quod magis ſuadetur attenta ratione decreti ſupra adducta, confecti vt facilius onera diſtri-
46 buantur inter ſubditos, † vnde nec etiam ab inteſtato poteſt ſuccedere non ſubditus not. Tiraq. tract. retract. lignag. §. 26. Gloſa 1. numero 6. niſi dicatur poſſe occurri, ſi deinde intra annum non ſubditus vendat ſubdito, verùm obſtat diſpoſitio ſtatuti 430. præterea volumine primo, ſtatutorum, quòd non poſſit luens vendere vſque ad annos decem.

47 † Non tamen procedit in contractibus factis ante hoc decretum etiam ſi id diceret decretum, nec ante eius publicationẽ, vt notat latè Plot. conſ. 19. nu. 52. vbi allegat Curt. ſen. conſ. 27. nu. 18. cum ſeq. cum alijs ibi notatis.

48 † Non procedit etiam diſpoſitio hæc, ſi fiat alienatio non ſubdito ex decreto, vel edicto dante præmium delatori bonorum immobilium ſpectantium ad fiſcum, vel ꝙ maritus non ſubditus lucraretur bona dotalia vxoris, ob eius adulterium, quia tunc
I non obſtaret his non ſubditis hoc decretum, ita notat Alex. conſ. 123. num. 2. 3. & 4. vol. 4. Tiraq. d. tract. retract. lignag. §. 1. Gloſa 9. nu. 166. idẽ notat Bonacoſſa in quæſt. criminalib. in verbo, ſtatutum verſ. ſi duo,
49 Plot. d. conſ. 19. nu. 30. † idem procedit, ſi edictum eſſet, quòd capiens bannitum lucraretur domum, vel rem immobilem, quia tunc etiam non ſubditus lucraretur, in do-
a minio prohibitus acquirere, ita notat *a* Iaſ. in l. 1. nu. 14. cum ſeq. C. de Sacr. Eccleſ. ſequitur Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 49. C. de reuocan. donat. idem Plot. conſi. 19. numero 34. & 35. latè confirmatur ex traditis in lib. 1. commu-
50 nium, verſ. ſtatutum proclama† quod idem dicendum ſi maritus vellet lucrari dotem ex ſtatuto vxoris præmortuæ ſine filijs cõmunibus, prout cauetur in ſtatuto 298. maritus, volumine primo, ſtatutorum, quia admitteretur etiam ſi non ſit ſubditus non refragante hoc decreto, quia limitatur per illud magis ſpeciale, vt in his terminis notat Alex. conſ. vlt. nu. 8. & 9. volu: 4. cum addit. ibi, idem notat Bart. in Auth. de rebus non alienan. col. 2. verſ. ſtatuto Triuiſano, Tiraq. tract. retract. lignag. §. 1. Glo. 9. numero 166. cum ſequen. idem Cotta ſuis memorab. in verbo, forenſis, ad finem, vbi dicit ſic in facti contingentia fuiſſe obſeruatum, licèt contrarium in hiſce terminis acquiſitionum legalium, not. Plot. d. conſi. 19. nu-
51 mero 34. & 35. † quicquid ſit, vbi liceat [illegible] non ſubditus tenetur, & [illegible] debet alienare [illegible]dum ſubdito, intra tempus ſtatuendum à iudicibus, vt notat. Gloſa Pariſ. §. 22. numero quarto, & §. 41. numero quinto, vel intra annum ex hoc decreto.

52 † Non etiam procedit in alienatione Principis, quia alienando in non ſubditũ, cenſetur diſpenſare, quòd poſſit acquirere, vt in his terminis notat, Plot. conſ. 19. num. 51. limit. 33.

53 † Non item procedit, ſi alienatio fuerit momentanea, ita quòd ſubditus ſtatim vendiderit ſubdito, vel eidemmet alienanti, vt in his terminis notat. Plot. d. conſilio 19. numero 64. verſ. trigeſimo, & latè notatum in ſtatuto, cap. 417. ſi quis, in verbo, vendiderit, primo vol. ſtatutorum.

54 † Non prohibetur tamen alienatio ex cauſa dotis, ita dicunt ſcribentes in l. filiuſfam. §. diui, vbi præcipue Iaſ. nu. 59. Crott. nu. 70. Ferrand. Loazes, nu. 137. ff. de leg. 1. Curt. ſen. conſ. 78. nu. 12. Laur. de Fano d. l. in quorum, colum. 3. ff. de pign. Ferron. ſuis commentar. tit. 5. de dote §. 23. colum. 5. verſ. adde in hac ſpecie, Cotta ſuis memorab. in verſ. Forenſis prohibitus, Tiraquel. tract. retract. lignag. §. 1. Gloſa 14. num. 91. 92. & 93. Cœphal. conſ. 13. num. 30. vol. 1. & conſ. 161. num. 15. volum. 2 Plot. conſilio 4. numero 12. & conſ. 17. num. 43. & conſ. 19. num. 21. verſ. ſeptimo, Vrſillus ad Afflict.
b decif. 111. numero 6. *b* Boſſius tamen ſua
c Praxi criminali tit. de pœnis, nu. 43. *c* verſ. audiui, dicit ſecus decidi in hoc decreto, quòd minimè verùm, niſi forte loquatur de
d decreto antiquo. *d*

Non

ADDITIONES.

a Bart. in l. 3. § ſed vtrum. ff. ad Sen. Conſ. Syll.

b Curt. ſen. conſ. 27. magnificus colu. 6. verſ. verum iſtis, & col. 7. verſ. & hanc Opiz. d. §. diui nu. 117. Ripa nu. 71. Loares, nu. 137. Barbat. conſ. 48. col. 4. conſ. 51. col. 3. lib. 2. Cœph. conſ. 13. nu. 30. Eugen. conſ. 9 nu. 21. in fi. & nu. 31. præſertim ſi bona data ſint in dotem inæſtimatam. Soc. ſen. cóſ. 56. nu. 23. lib. 1. conſ. 289. col. 2. lib. 2. Pinell. in l. 1. par. 3. nu. 15. C. de bon. mater.

c Eſt in tit. de Principe nu. 339. ad fin.

d Quid in dote ſtante ſtatuto Mediolani de ſucceſſ. ab inteſt. c. 310. videas auctorem ad dictũ ſtatutũ.

55 † Non procedit pariter ſi fiat alienatio
rei particularis cum vniuerſitate non pro-
hibita alienari, ita Gloſa in l.vnica.C.ne li-
ceat habit.metroco, libro 11.Fulgoſ.conſi-
lio 215.numero tertio, & Ruin. conſil.139.
numero 17.cum ſequen. volumine quinto.
56 † tamen obſtare videntur verba d[illegible]
lentia alienationem omnem directè, & [illegible]
indirectum factam, quæ dicuntur tolle-
re omnem alienationem per omnem viam
mundi, ita Syluanus conſilio 25. nume. 17.
verſ.primo ſequitur, volumine primo, no-
tat Crott.in l.filiusfam.§.diui, numero 71.
licèt ipſe teneat contrarium. ff. de leg. 1.
idem Io. Annibal. in l. naturaliter. §. nihil
commune, numero 228.ff.de acqui. poſſeſſ.
Tiraq.retract. lignag.§.26. Gloſa 1. nume-
ro 26.Soc.iun.conſil.163.numero 24.volu-
mine ſecundo, Cœphal. conſ.13.nume.20.
57 volumine primo, † quod idem in re litigio
ſa, notat Cœphal. conſilio 64. numero 14.
vol.1.Riminald.iun. conſ.15.nu.63. ad fin.
volumine primo.
58 † Non habet pariter locum in alienatio-
ne nulla, ita Alciat.conſ.258. nu.6.
59 † Non procedit etiam ſi dicta alienatio
eſſet damnoſa, & inutilis non ſubdito, &
vtilis ciuitati, vt notat. Plot.d. conſilio 19.
num.108.idem Gallia in Conſuet. Alex. in
verſ.legare, q.4.nu.28.
60 † Ceſſat etiam hęc diſpoſitio, ſi fiat alie-
natio non ſubdito, & ſubdito ſocijs bono-
rum, quia ratione mixturæ, quòd ſit facta
etiam ſubdito ſuſtinetur, ita Io. Crottus
in l.filiusfam.§.diui, numero 78.ff.de leg.1.
Plottus conſilio 28.numero 18.& conſi.19.
a numero 121. limit.49. *a* Quòd † habet lo-
61 cum in forenſe inſtituto hærede cum ſub-
dito ſocio, exemplificando, vt per Iaſ.conſi
lio 112. numero 4.verſ. vnde per ſocium,
volumine quarto.
62 † Non item videtur prohibita diuiſio
inter fratres, quorum alter ſit clericus, &
ſic non ſubditus, ita notat in his terminis
Alberic.d.tract.ſtatut.ſecunda parte, nume
ro quarto, verſ.& an habeat, latè diſputat
diſtinguendo, Opizonus in d.§.diui, nume
ro 106.cum ſequen. ff. de leg.1. verùm hæc
diſputatio videtur ſuperflua, ſi teneamus
hac ſanctionem non ligare clericos ſaltem
ſubditos ratione domicilij, vt infra di-
cetur.
63 † Non prohibetur pariter locatio ad mo
dicum tempus, ſecus ſi fiat ad longum tem
pus, quia tunc dicitur alienatio quædam,
veluti per annos decem, vt not. Afflict. in
Conſtit.Regni rubr.5.de reuocan.alien.nu
mero 63.cum addit.ibi lib.3. latè Clar.d.§.
fin.quæſt.82.ad quintum ſtatutum. verſ.ſed
b nunquid ſtante hoc ſtatuto, *b* idem Plot.
d.conſ.19.numero 58.cum ſeq. verſ.29.de-
ciſio Peruſ.85. nume.3. par.2. Bonacoſſa in
quæſt.crim.in verbo, ſtatutum prohibés,
verſ.idem ſi locatio.
64 † Non procedit vlterius in alienatione
facta abſque traditione, quia tunc non di-
citur perfecta venditio, vt hæc diſpoſitio
habeat locum, vt notat in his terminis Ri-
pa, cap.2.numero 18.libro primo, reſponſ.
Alciat. conſilio 326. numero ſecundo, &
conſilio 439. numero 44. & conſilio 733.
per totū, late Tiraq.d.tract. retract. lignag.
§.1.Gloſ.2.numero 44.idem Soc.iun.conſi-
lio tertio, numero 19.cum ſeq.maximè nu-
mero 24.volumine tertio, deciſio Peruſ.85.
num.3.parte ſecunda, Didac. Couar. tract.
variarum reſolut.libro ſecundo, cap.16.nu
mero ſeptimo, verſ. illud verò prætermit-
tendum, idem Bonacoſſa in quęſt.criminal.
in verbo, venditor, verſ.ſtatutum prohibés
65 † traditio autem dicitur facta etiam per
conſtitutum ſpeciale in inſtrumento alie-
nationis appoſitum, quia licèt modus tra-
dendi ſit fictus, tamen traditio & poſſeſſio
dicitur translata verè, ita notat Iaſ. in §.
actionum, numero 139.inſtit.de act. Tiraq.
latè tract.Conſtit.ampl. prima per totum,
Menoch.tract.adipiſc.remedio tertio, nu-
mero vigeſimoſeptimo, idem tract. arbitr.
lib.1.Centuria ſecunda, caſu 89. nume.14.
Cummia in ritibus magnæ curiæ, c.38. nu-
66 mero 173.& numero 275. † ſecus autem in
conſtituto generali, in inſtrumentis obliga
tionum appoſito, ſtante ſtatuto, in c.462.ex
conſtituto, vol.1. ſtatutorum, vt etiam no-
tat Curt.iun.conſilio 108. numero octauo,
67 † contrariū autem verius & magis commu
niter habetur, quia ficta traditio non habe-
tur in conſideratione, quo ad incurrēdam
pœnam, ita notat Guido Papa q.101. lo-
quens de emphyteota alienante ſine con-
ſenſu domini cum conſtituto, & præcario,
idem Alciat.conſ.579. nu.3. & 4.Tiraquel.
tract.Conſtit.limit.26.nu.6. cum ſeq. dicit
communem Clarus §. emphyteoſis. q. 13.
verſ.ſed quid ſi is, in his terminis Alciat.
c d.conſ.733.num.2. *c* tribus præterea alijs
modis transfertur poſſeſſio ſine traditio-
ne, de quibus per Afflict. in Conſtit. Regni
rubr.5.

ADDITIONES.

a Plot.tenet contrarium d. nu.121.
b Et in ſuis communibus verſ. ſtatutum prohibens
verſ.neque etiam.
c Alias conſ.47.lib.2.

a rubr.5.verſ.hac ædictali,numero 6.lib.3. *a*
69 † ideo tempore traditionis, ſi ille nõ ſub-
ditus fiat ſubditus à Principe, vel Senatu
diſpenſatus,tenet alienatio, & conualida-
tur, quicquid in contrarium tenuerit Ro-
man.conſilio 509.numero 19.& 20. & De-
cius in l.quod initio, numero tertio. ff. de
reg.iur.quòd ſcilicèt requiratur nouus con
ſenſus,ita enim contra eorum opinionem
tenet Bald. d. conſ. 310. numero ſecundo,
volumine tertio,Caſtrenſ.conſiliò 286.nu-
mero ſecundo,volumine tertio.Felyn.in c.
cum ab eo,numero ſecundo,verſ.de deſti-
natione,de reſcript.Barbat. conſilio 71.co
lumna prima,volum.3.Ripa in c.2.num.24.
ad finem,libro primo reſponſorum, Crott.
in d.l.filiusfam.§.diui,num. 73.ff. de leg.1.
Cuman.conſ.84.num.2. & 3. Zuccard. latè
in l.fin.numero 24.cum ſequen.C.de edict.
diui Adr.Tollen.Rebuff.tractatu concord.
in rubr.de collat.§.volumus verſ. tempore
vacationis, faciunt notata per Afflict.in
Conſtit.Regni,rubr.1.de pœnis contumat.
numero 21.& 22.libro ſecundo, idem not.
Plot.d,conſilio 19. numero 29. licèt dubi-
tet in fine,ex quo verba decreti dicũt,ipſo
iure fiſco applicari bona, & pretium, tamẽ
ea non refragantur, vt ibi dicetur quia in-
telliguntur ſi perfecta ſit alienatio, & non
b aliter, *b* ita Alciat.d.conſi.729.numero ſe-
c cundo,& d.conſ.733.nu.2. *c*
70 † Non etiam procedit in alienatione ne
ceſſaria,vel voluntaria per dationem inſo-
lutum,vt infra cauetur in hoc decreto, idẽ
eſt de iure communi, ita Riminald. Sen.
conſilio 244. nume.16. volumine ſecundo.
idem notatur in libro primo,communiũ,in
d verbo,alienatione prohibita, verſ.nota. *d*
71 † Non procedit pariter ſi alienetur ſub
conditione ſi Princeps conſenſerit, etiam
ſecuta traditione,ita Ripa c.2.numero 24.
& 25. libro primo, reſponſ. modo non ſit
difficilis recuperatio eius, veluti ſi ſit Ca-
e ſtrum, *e* vt notat Plot. conſ.19. nume.24.
72 & 25.† & etiam vbi prohibita eſſet aliena-
tio ſub conditione prædicta, tamen tene-
ret,vt non poſſet reuocari,niſi princeps ro
gatus diſſentiret,ita Afflict.in ſimili in Cõ-
ſtitut.Regni dicta rubr.5.de reuoc.alienat.
num.42.libro tertio, ſecuto autem aſſenſu
Principis, ille pręfertur acquirenti medio
tempore,quia conſenſus ille retrotrahitur,
73 ita Afflict.d.loco,num.45.† tenet, & valet
etiam alienatio rei facta non ſubdito, vt
eam vendat ſubdito, & pretium recipiat,
not.Rom.ſing.294.cum addit.ibi, idẽ Cor-
ſet.ſing.mendicantes,nu.2. Plot.d.conſ.19.
nume.31.& nume.80. verſ. trigeſimoſexto,
74 † vel acquirat non ſubditus,vt vendat ſub-
dito,& ſtatim eam vendit, ita Plot. ibi nu-
mero 81.verſ.37.
75 † Poteſt etiam licitè fieri alienatio pro
legitima filij,vel filię non ſubditorũ, quia
hic caſus non comprehenditur ſub decre-
to cùm expreſsè nõ loquatur de legitima,
ita Plot.conſ.19.nu.115.verſ.46.

ADDITIONES.

a Vide infra num.129.
b Vide infra, num.156.
c Addas Ruin.conſ.44.col.vlt.lib.3. Soc. iun.conſi-
lio 13.nu.19.lib.3. Vide etiam allegatum Soc.ſen.
conſ.81.nu.11.lib.3. Ruin.conſ.139.num.22. verſ.
non omitto.lib.5.Opiz.in §.diui nu.114. Crot.nu
mero 73.de leg.1. cum pluribus apud Menoch.
conſ.166.nume.16.lib.2. & Decian.apud eum.&
Plot.conſ.19.nu.29. Menoch. conſ.473.in quinto
fundamento,columna quinta, verſ. ergo & teſta-
tor vſque ad num.27.Alciat.in l.ventri. ff. de acq.
hær.num.22.Ruin.conſ.22. numero 4.lib. primo.
Adde. Quid de forenſi, qui ante traditionem fa-
ctus eſt ſubditus. videas Zuccard. in l. fin. nu.24.
& 25.C.de edic.D.Adrian.toll.nume.24. & 25.&
Rol.conſ.80.lib.3.
d Clarus in ſuis communibus verbo ſtatutum pro-
hibens rem.verſ.non tamen.
e Infra num.164.

SVMMARIVM.

*Alienatione probibita tollitur etiam factio teſtamen
ti,num.76.cum ſeqq.*
*Alienatione prohibita incertum genus perſonarum,
probibetur etiam ſucceſſio ab inteſtato, nu.79.*
*Alienatione prohibita ſub pęna, an pęna committa-
tur ex ſola inſtitutione hæredis, nu.81.*
*Forenſis ſi inſtituatur hæres, an poſſit repudiare ut
fiſcum eludat.*
*Alienationis factæ in forenſem per viam teſtamenti,
pęna non habet locum niſi ſecuta aditione, nu.82.*
*Forenſis non prohibetur acquirere ex cauſa alimento
rum,nu.83.*

l Nec etiam per quamcunque vltimam voluntatem.

76 Siuè † titulo vniuerſali, ſiue ſingulari,
ita Corneus conſilio 111.numero ter-
77 tio, volumine tertio, † ex his verbis tolli-
tur illa diſputatio, an prohibita alienatio-
ne per contractum,cenſeatur etiam prohi-
a bita alienatio per vltimam voluntatem *a*
78 † nam Bald.d.conſilio 310. numero tertio,
vol.3.

ADDITIO.

a Tiraq. de retract. conſangui.ad fin. tituli. nume-
ro 6.& 8.

vol.3.tenet non prohiberi, idem Alex.cōſilio 120.numero ſecundo, volumine primo, idem Sebaſt. Monticul. tract. inuentarij, c. 10.nu.458.idem a Bonacoſſa ſuis communibus criminalibus, in verbo, ſtatutum prohibens verſ. & hoc ſtatutum, Gallia Alex. in conſuetud. Alex.in verbo, legare q.6.numero ſeptimo, tamen Ripa in cap.2.numero 10.libro primo, reſponſ.& Soc.iun.cōſilio 3.num.41.volum.3.contrarium tenent, quando eſt prohibita alienatio ſub pœna nullitatis, ſequitur Clar.ſua Praxi crim.§. fin.quæſtio.82. ad quintum ſtatutum, verſ. quæro numquid ſtante.Idem notat deciſio

79 Peruſ.82.nume.2.parte 2. † & tanto magis quando adſunt verba generalia prohibentia quamcunque alienationem in certum genus perſonarum, quia prohibetur etiam alienatio per ſucceſſionem ab inteſtato, vt latè notat Bald.l.ea lege numero 13.C. de condict.ob cauſam, Brun.ſtatut.fœm.excludent.art.2.quæſt.quinta, ſcribentes omnes in l.ſi ita §.calege, vbi Gloſa, in verbo, intereſt, Bart.numero ſeptimo, Caſtrenſ.num.4. Imola numero ſexto, & octauo.Iaſ.numero 47.Alciat.numero 11.12.& 16.ff.de verborum obligatione idem Iaſ.in l. filiusfam.§. diui lect.2.numero 138.vbi Ripa, numero 50.ad fin.Crott.numero 72.ff.de leg.primo Ruin. conſilio 144.nume. 20.volumine ſecundo, de quo articulo notat Tiraq.latè in tract.retract.lign.§.26.Gloſa prima, nu.5.6. cum ſeq.Boſſius ſua Praxi crim.tit.de principe, & eius priuileg.numero 340.Clar.ſua Praxi crimin.§.fin.quæſt.82.ad quintum ſtatutum verſ.quæro, Siluan.conſilio 25.numero 17.volumine primo, Burſat. conſilio 36. numero 37.volumine primo; & ita etiam

80 cauetur in verſ.finali huius decreti.† quòd autem locum habeat decretum in ſola inſtitutione etiam quòd non fuerit adita hæreditas, not.Bald.in l.eam quam, numer. 9. C.de fideicom.per tex.in l.cum fiſco. ff. ad

81 Syllan. † quòd idem dicendum, ſi repudietur relictum in fraudem fiſci, quòd ſemper præſumitur, vbi hæreditas ſit locuples, & expediens fiſco, ita Bald.l.hæreditas, nu.3. vbi Caſtr.columna prima, verſ.intellige tamen, Alexan. numero ſecundo. C. de his qui, vt indign. Bart. & Roman. in l. ſi ſequens. ff. ad Syllan. b Soc. l.1. num.30. & Ripa numero 155.ff. de vulg. & pupill. vbi dicunt communem, ſequitur Boſſ. ſua Praxi crim.tit.de his qui, vt indign. nume.18.

82 † contrariū tamen cenſet, vbi non ſit ſecuta aditio, & apprehenſio. Alciat. conſ.733. numero ſecundo, ſicut etiā dicitur de omni alia alienatione, vbi non ſit ſecuta traditio vtſupra notatum in verbo alienare, & ita Senatus. cenſuit in cauſa Magnificæ Dominæ Iſottæ Brambatæ notiſſima anno 1580.de menſe Auguſti. c

83 † Non habet tamen locum ſi relinquatur cauſa alimentorum Plot.d.conſ.19.numero 83.ſequitur Gallia in conſuetud. Alexandriæ, in verbo, ſolidos, q.6.nu.5. & melius nu.12.

ADDITIONES.

a Clarus in ſuis commun.in verbo ſtatutum prohibens rem verſ.nam tamen.

b Illa lex cum fiſco loquitur in indigno ob inultam mortem defuncti.

c Vide infra nu.229.

SVMMARIVM.

Alienatione prohibita prohibetur etiam legatum, numero 84.

Expreſſum quid dicatur, nu. 85.

Forenſis prohibitus acquire, non poteſt relinqui executor pro anima, nu.86.

Forenſis poteſt capere ex teſtamento, ſi reperiatur ſubditus tempore delatæ hæreditatis, numero 87. cum ſeq.

Forenſi deberi pretium & æſtimationem legati rei, quam capere non poteſt, nu.89.

Forenſi ſi donetur, neque deberi pretium, numero 90.

Forenſi ex hoc decreto, nec deberi pretium rei alienata, nu.91.

Forenſi poſſe relinqui, vt pretium recipiat, & rem ſubdito vendat, nu.92.

Alienatio facta iuſſu teſtatoris, non dicitur ex contractu, nu.93.

m Expreſſam.

PEr inſtitutionem ſcilicet, vel Legatum expreſsè, quia infra loquitur ab inteſtato.

84 † Comprehenderetur, etiam alienatio per vltimam voluntatem expreſſam, etiam quòd dictum hic non fuiſſet, ex quo decretum imponit pœnam quo ad nullitatem tamen alienationis, non quo ad pœnam, ita ſignanter Soc.iun. conſ.3. num.41. volumine 3.

85 † Expreſſum, quid dicatur, notant ſcribentes in l. prætor, in princ. vbi præcipue Iaſ. ff. de oper. nou. nunt. latè Tiraquel. in ll. connub. Glo. ſeptima exprez. numero decimonono, cum ſequen.maximè numero 83.

Prohi-

86 † Prohibetur etiam quis non ſubditus
inſtitui executor, vel diſtributor pro ani-
ma, per verba huius decreti, vt in his termi
nis notat Plot. conſ. 19. nu. 20. quòd proce-
dit ſi ſolus ita inſtituatur executor, non cũ
alijs ſubditis, ita notat Gallia in conſuetu.
Alex. in verbo, legare q. 2. nu. 20.
87 † Non procedit tamen ſi fiat legatum,
vel inſtitutio non ſubdito, qui tēpore mor
tis relinquentis fiat ſubditus, ita Bald. in
d. l. 1. col. 2. nu. 3. verſic. vnde ſi aliqui. C. de
a debitor. lib. 10. *a* Afflict. in Cōſtitut. Regni
rub. 45. de ſeruando, nu. 37. lib. 1. idem not.
Anchar. iun. q. 27. num. 10. 1. par. idem no-
tat Gallia in Conſuet. Alex. in verbo, vxori
q. 5. num. 20. & in verbo, non poſſit q. 3. nu.
b 18. & 20. *b*
88 † Quod tamen non habeat locum in fo-
renſe inſtituto hærede, vt non teneat, niſi
poſt capacitatem reiteretur inſtitutio, no-
tat ibi Gallia optima ratione, nu. 21. ad fi-
89 nem. † Hoc tamen caſu, quando fit lega-
tum alicuius rei immobilis, vel prohibitæ
acquiri non ſubdito ex hoc decreto, quòd
tamen æſtimatio eius debeatur, not. Albe-
ricus tractatu ſtatut. 2. par. quæſtione ſecun
da, verſ. & etiam circa, nũnc, quinto, Bart.
& cæteri in l. apud Iulianum, §. ſi conſtat,
vbi Alex. num. 14. & Iaſ. num. 34. ff. de leg. 1.
Brunus tractatu ſuper Conſtit. in verbo Fo
renſis, verſ. Forenſis prohibitus acquirere
per ſtatutum, idem Brun. tract. ſtatut. fœm.
excluden. art. 9. quæſt. 11. Syluanus conſilio
25. numero 17. volumine primo, Curt. ſen.
conſilio 27. numero quarto, & Curt. iun.
conſi. 105. num. 5. Clarus ſua Praxi crimi. §.
finali, quæſtio. 82. ad decimum ſtatutum
90 verſ. ſed pone † ſecus; ſi fiat per donatio-
nem, vel alium contractum, quia tunc nec
etiam debetur æſtimatio, ita Romanus, in
hac ſpecie conſi. 509. numero 14. & 15. qui
91 etiam ponit rationem differentiæ. † Verũ
quod nō debeatur æſtimatio in caſu huius
decreti, ex quo ex eius verbis afficitur res,
nè alienetur in forenſem, notat Alciat.
c cōſ. 479. nu. 40. & 41. *c* vbi pulchre diſcutit
hunc articulum.
92 † Poteſt etiam relinqui non ſubdito, vt
vendat ſubdito, & pretium recipiat, ita
notat Rom. ſingul. 294. cum addit. ibi, & ſu
pra idem notatum in alienatione per con-
tractum.
93 † Decretum ſi tantum prohiberet ex con
tractu inter viuos prout ſtatutum in nouiſ
ſimis, c. 498. quilibet; tunc ſi hæres vende-
ret, vel alienaret iuſſu teſtatoris, cùm tunc
non diceretur alienatio per contractum,
quia haberet originem ab vltima volunta-
te, non procederet in hoc caſu, ita Imola
in d. l. ſi ita §. ea lege circa finem, num. 11. ff.
de verb. oblig. Alex. in l. ſi tibi, in princ. nu-
mero 6. ff. ſi cert. petatur, late Crott. conſi-
lio 108. circa finem, volumine primo, idem
Crott. in d. l. filiusfam. §. diui. numero 74.
cum ſeq. vſque ad numero 78. ff. de leg. 1.
Tiraq. tract. retract. lignag. ad finem, tit. q.
2. numero tertio, cum ſeq. licet aliqui rela-
ti ibi per eum contrarium teneant, late
cōfirmat Tiraq. in ll. connub. Glo. 3. de Son
Mary. nu. 186. not. etiam Brun. in d. tract. ſu
per Conſtitut. in verbo alienare, verſ. prohi
bitus alienare per ſtatutum Plot. d. conſi-
lio 19. numero 47. idem habetur in lib. 17.
communium, in verbo, alienatione prohibi
ta, Bonacoſſa in quæſt. crim. in verbo, vendi
tor, verſ. ſtatutum diſponens, Gallia in con
ſuetud. Alex. in verbo legare, quæſtio. 7.
numero 81.

ADDITIONES.

a Bal. loquitur tantum in legato.
b Gallia ibi reprehendit Anchar. iun. improuide
hoc dicentem de inſtit.
c Idem Alciat. conſ. 31. lib. 9.

SVMMARIVM.

*Alienatione prohibita, non prohibetur tamen rei mo
dicæ, nu. 94.*
*Aliqua dictio comprehendit etiam modica, vel vi-
lia, nu. 95.*
*Vilia dicuntur, quorum valor non excedit aureos
duos, nu. 96.*
Vile quod dicatur eſt arbitrarium.

n Aliquam.

94 NOn dicitur † prohibita aliena-
tio rei paruæ; prout in quali-
a bet alia diſpoſitione *a* vt not.
Cepol. in l. ſed ſciendum, nu-
mero 56. & 57. ff. de edilit. edi
cto, vbi infert ad multa, Brun. tract. ſuper
Conſt. in verbo acquirere, verſ. prohibitus
acquirere rem paruam, & in verbo, foren-
ſis, verſ. prohibitus acquirere poteſt acqui-
rere rem paruam, idem Brun. in tract. ſtat.
fœm. exclud. art. 9. q. 12. Iaſ. in l. ſciendum,
nu. 10. ff. qui ſatiſd. cog. Curt. iun. in l. vni-
ca, nu. 416. C. de prohibit. ſequeſtrat. Cotta
in his terminis ſuis, memorab. verbo, do-
mus appellatione verſ. & hoc etiam addu-
co, Afflict. in Cōſt. Regni rub. 37. de animal.
in

ADDITIO.

a Iodoc. in Enchir. parium verbo paruum.

in paſc.verſ.cum per partes, nume.2.lib.3. Tiraq.in tract.de iudicio in exiguis limi.7. in verſ. his accedit, & verſ. duodecimo, Vaſquius tract.controuerſ.Ill.in lib.1.c.24. nu.1.Plot.conſ.19.nu.72.limit.33. Vrſillus ad Afflictum deciſ.129.num.14. maxime in hoc decreto, quod eſt contra ius commune,vt notat Roman. ſing.334. Marſ. ſingul. 276.nu.2.Decius c.de appellationibus,nume.7. de appellationibus, Henricus Boier in c.& ſi quæſtione verſ. aut contra, de ſimonijs,notat etiam Tiraq.d.loco q.12.circa finem,deciſio Peruſ.85.num.10.parte 2. quòd autem non comprehendatur res modica,& parua,in his terminis notat Gallia in conſuetud. Alexan. in verbo, viginti,in

95 princ.nu.9. † licet hic ponderando verbū, aliquam,videretur comprehendi etiam res modica,vt not. Tiraq.in l.ſi vnquam,in verbo,omnia,vel partem aliquam, nu.14.cum ſeq.C.de reuoc.donat.

96 † Non procedit pariter eadem ratione in alienatione rei vilis, ſecundum opinionem Opizoni,& Loazes in d. l. filiusfam.§. diui.ff.de leg.1.relati per Tiraq.d.tractatu

97 de iudicio in exiguis verſ.94.† vilis autem dicitur res,quę non eſt valoris vltra aureos duos,vt notat Matheſil. ſingul.134. vel aureos quinque,ita not.Saijrana,ad Matheſil. ſing.nu.2.nu.16. ſed quòd relinquatur arbitrio iudicis, quæ dicatur res vilis, vel parua,notat latè Tiraq.d.l.ſi vnquam,in verbo omnia,vel partem aliquam,nume.31.C. de reuoc.donat.

SVMMARIVM.

Immobile quid ſit, nu.98.
Forenſis non poteſt acquirere,licet res fuerit maiorum,nu.99.
Immobili rei acquiſitione prohibita non prohibentur acquiri actiones ad eam, nu.100.
Acquiſitione rei prohibita,actio tamen ad eam acquiri poteſt.
Alienatione rei prohibita non venit ius certum, numero 101.
Eccleſiaſticam rem emi poſſe per forenſem.
Forenſis acquirit eccleſiaſticā, nu.102.
Forenſis poteſt habere actionem perſonalem ad rem, num.103.
Alienabilis res ſemel facta in forenſem ſemper eſt alienabilis,nu.104.
Alienatio in forenſem ex Decreto Mediolani non cōprehendit credita,& pecunias, nu.105.
Nomina debitorum ſunt tertia ſpecies inter mobilia,& immobilia, nu.106.107.
Forenſem poſſe acquirere nomina non obſtante decreto iſta,declarauit Senatus, nu.108.

o Rem immobilem.

98 QVid † veniat appellatione rei immobilis,not.Napod. in conſuetud. Neapol. tit.17. de iure congrui, in prin. in verbo, vel aliam rem, & latè notatum per nos in noſtris commentarijs ad ſtatutum in c.417.ſi quis,in verbo, immobilem, qui

a nunc ſub prælo ſunt. *a*

99 † Habet locum decretum etiā in re immobili,quæ fuiſſet maioris acquirere volētis non ſubditi, quicquid dicant aliqui in contrarium,ita notat firmando Plot.d.cōſ. 19.nu.54.idem Menochius tractatu arbitr. lib.2.caſu 459.num.22.Cent.5.Hyppolitus Rimi.conſ.15.nu.8.vol.1.

100 † Non etiam procedit in iuribus, & actionibus ad rem immobilem, quicquid ſecus dicat Alex. conſ.27. numero 6. ad finem,& conſ.53.num.4.vol.3.ex quo decretum loquitur tantum de immobilibus, annuis redditibus,& vſufructu, & ſit ſtrictiſſimè intelligendum,vt notatum ſupra, in princ.ita notat in ſimili Romanus ſingulari 748.cum addit.ibi latius Tiraq. tractatu

101 retract.lignag.§.1.Glo.7. nu.31.† in terminis autem huius decreti,quòd nō comprehendatur ius ceſſum ad rem, notat Clarus ſua Praxi crim.§.fi.q.82. ad quintum ſtatutum,verſ.quæro etiam.

102 † Non habet pariter locum in alienatione rei immobilis eccleſiaſticæ,ita Iaſ.conſilio 152. col.vlt. verſ. item ſtatutum laicorū volumine 4.Menochius conſi.165.nume.8. volumine 2.

103 † Ceſſat pariter in alienatione rei immobilis,ad quam ſolum actionem perſonalem quis habet,vt notat. Alex. in l. Gallus §.videndum,nu.4.verſic.ex Glo. & Iaſ. numero 9.& 10.ff. de liber. & poſthum. idem notat Ferronius in ſuis commentar. tit. de teſtam.§.ſeptimo,verſ. illud eſt adimplen-

b dum, *b* idem Bonacoſſa ſuis communibus criminalibus,in verbo,ſtatutum prohibens verſ.ſedens autem, & in verbo, venditor,

c verſ.ſtatutum de vendente. *c*

104 † Non habet pariter locum in re immobili,

ADDITIONES.

a Non comprehendit conſtitutio rem modicam Bertaz.conſi.281.nu.28.lib.2.

b Clarus in ſuis commun.in verbo ſtatutum prohibens rem.verſ.item per hoc ſtatutum.

c Et in quæſtion.criminal.

bili, ad quam acquirendam quis fuit habili tatus, à Principe, vel Senatu, quia ea acquiſi ta poterit dein alienari in alium non ſubditum, quia res facta ſemel alienabilis, fit perpetuo alienabilis, vt in his terminis tenere videtur Ripa d.c.2.nu.13.lib.1.reſpõ. Plot.d.conſ.19.nu.18.& 19.contrarium tamen tenet in eiſdemmet terminis Boſſ.ſua Praxi.crim.tit.de pœnis, nu.43.verſi. attamen dicitur, verum Boſſius loquitur in caſu antiqui decreti, quod loquitur in rem, ſecus dicendum in hoc nouo loquente in perſonam, ſed opinio Boſſij ſaltem habet locum in forenſe per priuilegium habilita to, vt per Alciat.conſi.56.nume.4.verſ.non obſtat, & nu.5.

105 † Silet ergo magis diſpoſitio huius decreti in re mobili, pecunijs, & creditis de re mobili, ita Riminald.ſen.conſ.244.nu.4. & 5.vol.2.Plot.conſ.19.num.110.limit. 45.
106 † credita autem, & nomina debitorum, li-
107 cet ſint tertia ſpecies † inter immobilia, & mobilia, vt diſtinguit Roma. conſilio 299. nu.16.& 17.Foller.in ſua Praxi crim.prima parte ſecundi temporis verſ. annotentur nu.8. & 9. & Laur. de Fano in l.in quorum verſ. vltimo quærendum. ff. de pignoribus
108 † tamen hæc omnia non comprehenduntur in hoc decreto, prout Senatus declarauit de anno 1548.die 26.Maij ad preces D. Ioannis Scalchi per litteras Magn.Magiſtratus, per ordinationem ad preces Vincentij de Quadrio, Anno 1571.primo Octo bris in formã patentium.

S V M M A R I V M.

Territorium quid ſit, nu. 109.

p Alicuius territorij.

109 **T**Erritorium † quid ſit, & quid veniat appellatione territorij, notat latè Hieronymus de Monte, tract.fini regund.cap. ſexto.

S V M M A R I V M.

Dominij Mediolani nomen comprehendit ditionem totam, non ſolum Ducatum, nu. 110.

q Huius dominij.

110 **I**Ntellige de ſtatu & ditione tota Mediolanenſi, non de Ducatu tantum, de quo in cap.130. vbicunque in primo vol. ſtatutorum, nam qui ſunt ſubditi Dominio Mediolani, poſſunt acquirere in toto Dominio in quibuslibet locis Dominij, vt cauetur infra tit.de empt.& vendit.

S V M M A R I V M.

Mediate ſubditus quis dicatur, nu. 111.

r Mediatè.

111 **V**Eluti † in loco infeudato, quia tũc dicitur mediatè ſubditus, ita not. Boſſ. ſua Praxi crim.tit. de Crim. Læſæ Maieſtatis, num.98.Menoch.conſ.32.num.38.volumine primo.

S V M M A R I V M.

Immediate dicitur ſubditus qui directè recognoſcit Principem, nu. 112.

ſ Vel immediatè.

112 **Q**Vod † directè recognoſcat Principẽ, & non ſit infeudatum, quia tunc dicitur immediatum, vt notat idem Boſſ.d. ſua Praxi crimin. tit. de Crimine Læſæ Maieſta tis nu.98. idem notat Menoch. tract. recuper.poſſeſſ.remedio 10. nu.78.

S V M M A R I V M.

Statutum non ligat forenſes, nu. 113.
Publicatio decreti facta in ciuitate afficit terras cõfinantes, nu. 114.
Publicatione decreti facta in ciuitate, non licet allegare ignorantiam, nu. 115.

t Nobis ſubditi.

COncordat cum iure communi, ex quo non comprehenditur res ſita extra ter
113 ritorium † cum ſtatuentes non habeant ſuper eis poteſtatẽ ſtatuendi, nec Princeps, ita notat Card. Alex. conſ.66.num.1.ad fin. a idem Curt.ſen.conſ.168.nu.3. a
114 † Procedit etiam in communibus terris dominij etiam confinantibus, & etiam in villis, in quibus non fuit publicatum hoc decretum, quia non excuſatur ignorantia propter non factam publicationem, quia ſufficit publicatum eſſe in ciuitate per latè tradita per Boſſ.d.tract.tit. de principe, & eius priuilegijs, num.339. verſ. & quandoque, Afflict. in Conſtit. Regni, rubr.6. de intran-

A D D I T I O.

a Cœph.conſ.161.nu.11.lib.2.

intrantibus.num.3.declarando,vt per eum num.4.5.& 6.lib.1.idem Afflict.in rub.prima,de iure regalium,num.2.lib.3.Gallia in conſuet.Alex.in præfat.8.nu.92.Nec ēt excuſatur ſupina ignorantia,vt ibi per eum,
115 & infra dicetur, † niſi conſtitutio eſſet cōtra ius,vt not. ibi per deciſionem Baldi, in l.vnica in prin.col.2. numero 11. C. de caduc.tollend.

SVMMARIVM.

Alienatione prohibita, prohibetur annuus reditus ei annexus,nu.116.

Alienatio nunquam cenſetur prohibita ex cauſa alimentorum,vel ſtudij,nu.117.

Annuus redditus ſuper datio, an dicatur res immobilis.

u Nec annuum redditum.

116 IDem de iure communi † quia prohibita alienatione bonorū immobilium comprehenderetur annuus redditus, qui inter immobilia computatur, ita notat Bald.in l.iubemus,nu.1.C. de Sacr. Eccleſ.& in l.hac ædictali §. ius illud, num.1.
a C.de ſecund.nupt. *a* licet dicat eſſe tertiā ſpeciem,Cardinalis Alex. d. conſ.66. verſ. ſed non poteſt negari, Federic. de Senis conſ.12.Laur.de Fano.in l.in quorum verſ. opportunè quæro, ff. de pignorib. latè Tiraq.tract.retract.lignag.§.1.Glo.6.nume.4. cum ſeq.& §.32.num.78.Rebuff.in tract.de cauſa benefit.in præfat.nu.2.& in tract.concordat.rubr.de collat.§.volumus,in verbo; volumus,verſ.fructus, ad finem. Riminald. iun.conſ.56.nu.3.vol.1. Rol.à Valle conſil. 54.n.6.10.& 28.vol.2.manſuet. ad practicā in forma libelli in actione reali,verſ.veriſs. & legitimis,in littera bb.verſ.quid dicendum,qui tamen ſint rei immobili annexi, aliàs non comprehenderetur iuxta diſtinctionem Romani,conſ.399.nu.16.& 17.& in hac ſpecie notat Plot.d.conſ.19.nu.112.
117 † Non tamē procedit in alienatione annui redditus, vel vſusfructus in ſubſidium cauſa ſtudij, vel alimentorum, ita Plot. d.
b conſ.19.nu.83.& 84. *b*

ADDITIONES.

a Addas Nattam conſ.312.nu.10.

b Quid ſi annuus redditus eſſet ſuper rē mobiſi,puta datio.Bart.in l.1.C.ſi aduerſ.tranſact. Feder.de Sen.conſ.12. Quid de donatione.Bald.Nouel.in reper.rubr.de verb.oblig.in fi. Dec.in l. cuiuis eſt de reg.iur.& vide in materia conſtitutionis huius Cæph.conſ.53.

SVMMARIVM.

Vſusfructus non dicitur res immobilis niſi ei annexus ſit,nu.118.

Aquarum ius non dicitur res immobilis, nu.119.

Immobilis rei æquiparatur ius aquarum.

Seruitus non dicitur mobilis, nec immobilis, niſi prout adhærent,nu.120.cum ſeq.

x Aut eorum vſumfructum.

118 NEcus eſſet ſi hoc non fuiſſet expreſſum† quia non veniret appellatione rei immobilis , ita Alex.conſ.52. nu.3. vol.1. latè Tiraq.tract. retract.lignag.§.1. Gloſa ſeptima nu.55.cum ſeq.vbi ſequitur opinionē Alex. opinione quorumdā aliorum reprobata , idem not. Didac.Couar. tract.variarum reſolutionum lib.3.cap.11. nu.4. quod tamen declarat habere locum in vſufructu annexo rei immobili,vt docet Plot.d.conſ.19.nu.112.& ſupra notatum.
119 † Non comprehenditur tamen ius aquarū, cum nō ſit res immobilis nec de ſupra expreſſis,vt not.Iaſ.conſ.194.nu.2.vol.2.& q aquæ nō ſint immobiles,notat Alciat.conſilio 403. in princi. ſed quòd ſint immobiles, not. idem Alciat. ſibi contrarius , ſuo conſi.142.numero 10. verum quòd æquiparari debeant immobilibus , cum eis adhæreant , faciunt tradita per Tiraq. ſuo tract.
120 retract.lignag.§.1.Gloſa quinta. † nec etiā ſeruitutes,quæ nec mobilium,nec immobilium appellatione veniunt,Ita Iaſ. conſilio
121 194. volumine ſecundo, † verùm arbitror verius diſtinguendum , an adhæreant rei immobili , & cenſeantur immobiles , & conſequenter comprehendantur in hoc decreto , aliàs non, vbi ſcilicet non adhæreant rei immobili, ita Abb. cap.nulli, numero decimo,de reb.Eccleſ.non alienand. Brun.tract. ſtat. fœm. excluden. articulo octauo,queſt.vigeſimaſexta,numero quinto,verſ.& Panormitanus , latè Tiraq. tract. retract.lignag.§.1.Gloſa quinta, ſic diſtinguit Rolan.à Valle conſilio primo , numero 128.volumine tertio,Gabriel ſuis communibus tit.de verb.ſignific. concl.7.nu.8. Cummia in ritibus Magnæ Curiæ c.99.numero 33.& 34. & late notatum in c.417. ſi quis in verbo , immobilem , volumine primo ſtatutorum.

SVMMARIVM.

Perſona appellatio capit vtrunque ſexum. numero 122.

Perſona appellatione non venit collegium, nec hoſpitale, niſi ex regula correlatiuorum. num.123.

aa IN PERSONAM.

122 Omprehẽdit † tã maſculũ, quàm fœminam cum loquatur de materia congruenti vtrique ſexui, vt cauetur ſupra capit.126. in ciuitate, vbi notatum.

123 † Non videtur tamen comprehendere Eccleſiam, hoſpitale, pium locum, collegiũ, ſiue ſit Eccleſiaſticum, ſiue ſæculare, cum loquatur de perſona, vt notat Plot. d.conſil.
a 19.nu.2. tamen ipſe, ibi tenet contrariũ, *a* ponderando verba decreti amplè loquentis de vendentibus, & alienantibus, videntur etiam comprehenſæ hę perſonæ per regulam correlatiuorum, vt ibi notat, nu.5. ſicque infringi talem contractum, & alienationem, licet pars, & notarius excuſetur, quoad pœnam, vt ibi per eum, num.6. & 7.& infra dicetur.

ADDITIO.

a Contra Dec.conſ.486.num.4.& ſeq.

SVMMARIVM.

Subditus propriè dicitur ratione domicilij. numero 124.

Suppoſitus, vel non, & forenſis, vt differant. numero 125.

Forenſis dicitur qui eſt alienus origine. num.126.

Mulier nupta extra territorium dicitur non ſubdita, ideò eo nomine prohibetur acquirere. numero 127.128.

Acquiſitione prohibita non ſubdito venit mulier nupta extra territorium. num.129.

Subditus dicitur, vt poſſit acquirere qui ad modicum tempus extra habitat. num.130. & 131.

Officialis non contrahit domicilium.

Origo amittitur tranſlatione domicilij ex communi. num.132. cum ſeq.

Bannitus non poteſt acquirere. num.134.

Subditus ratione tantum domicilij acquirit, nu.135.

Vidua licet extera poteſt in loco domicilij viri acquirere. num.136.

Subditus, an dicatur caſu natus. nu.137.

Forenſis factus terrerius confirmatus à Principe, acquirit, vel ex priuilegio. num.138. & 139.

Forenſis, vt poſſit acquirere debet habere nouum conſenſum ſi fiat ſubditus. num.140.

Priuilegium non poteſt nocere iuri tertij. num.141.

Reſtitutio ex gratia non trahitur ad bona acquiſita per tertium. num.142.

Reſtitutio ex gratia Principis non trahitur ad hæreditates acquiſitas per tertium. num.143.

Alienatio facta ſubdito, qui poſtea fit non ſubditus, valet. num.144.

Alienatio in non ſubditum excellentem fieri poteſt. num.145.

Forenſis ratione prælaturæ dicitur ſubditus. numero 146.

Forenſis in fraudem non poteſt acquirere nomine ſubditi. num.147.148.

Forenſis filius poteſt acquirere à patre ſubdito. numero 149.

Pater poteſt alienare in filios non ſubditos.

Clericus poteſt acquirere, quamuis multi teneant contrarium, ſi ſit ſubditus aliàs. nu.150.

Alienatione prohibita in clericum non fit ſine diſpenſatione Senatus. num.151.

Clericus aliàs ſubditus non prohibetur acquirere. num.152.

bb Huic dominio non ſubditam.

124 QVis † dicatur ſubditus, vel non, notat Decius conſ.357.nu.5.& conſ.661.nu.6. Ruin. conſ.120. nu.9.& 10.vol.4.vbi dicit propriè ſubdirum ratione domicilij intelligi, idem Boſſ.ſua praxi criminali tit.de pœnis. num.43. verſ.et circa dictam, Alciat.conſ.62.num.12.& conſ.
a 81. num.3. *a* Rebuff.tract.de elect.domicilij,in præfat.num.33.Roland. à Valle tract. de lucro dotis. quæſt.22. num.21. Cęphal. conſ.13.nu.15.volum.1.Anguiſſola in conſilijs Feud.in vlt.conſ.num.2.Bonacoſſa in Quęſtionibus Criminalib.in verbo, ſtatutum verſ. ſi loquitur
125 † Quomodo autem differant non ſubditus, vel non ſuppoſitus, & Forenſis, notat Alex.conſ.34.nu.5.vol.5.
126 Decius conſ.550.num.8. † quod autem forenſis dicatur, qui eſt alienigena origine, & domicilio, notat Menoch.conſ.74.num.4.
127 vol.primo, † ideo licet mulier nupta extra territoriũ non poſſit dici Forenſis, vt notat Anchar.Iun. ſuis Quæſt. in q.9. in princip. vol.1.tamen dicitur non Subdita, cum non ſubeat onera, ita Caſtrenſ.conſ.89.num.2. lib.2.Felynus in ca.fin.nu.48.de foro competenti, Socin.Sen.conſ.79.num.13.volum. 4.Io.Crott.l.filiusfam. §.diui, num.79.ff.de leg.1.

ADDITIO.

a Et reg.1.præſumpt.37.ad finem. Tiraq.de retrac. conſang.§.9.glo.2. numero 22. Ruin.conſil.120. num.9.lib.4.

leg. 1. Cęphal. conſ.13.nu.35. & 36.vol.1. Idem conſ.246.num.14.& 15.volum.2.Anchar.Iun.dicta quæſt.9. num.15.& 16.libro primo, declarat ſignanter Hyppolitus Riminald. conſ.15.num.70. cum ſequen. vol.
128 1. † ideo licet admitteretur, nec comprehenderetur in decreto prohibente Forenſem acquirere, quia ea non dicitur Forenſis, vt not.Bart. in l.fin. §. idem reſcripſerunt.num.4.& 5.ff.ad municip.Felyn.in capit.1.col.fin.num.33. verſ.ſed ad vnum nota perpetuum, de ſponſal. Alciat. conſ. 500.num.7.Ferrat.in caut.29.num.4. Plot. d.conſ.19.num.33. verſ.decimoquinto,Anchar.Iun.d.quæſt.9. & num.21.

129 † Tamen prohiberetur acquirere per decretum vetans non ſubditum acquirere
a poſſe *a* ita Caſtr.conſ.89.vol.2. Crot.d.l. filiusfam.§.diui,nu.79.ff.de leg.1. idem Anguiſſola Placentinus, in conſ.vlt.num.4.de materia feudorum, & in hoc allucinatur Plot.d.conſ.19.numero 33.dum æquiparat Forenſem,& nō ſubditum, quod idem ſentire videtur Ferrat.d.cautela 29.num.4.

130 † Decretum cum loquatur negatiuè de non ſubdito, non videtur comprehendere eum qui aliquo modo ſit ſubditus, veluti originarius,quia etiam ſi non habeat domiciliū,videtur poſſe acquirere, vt not.Alex. conſ.157. numero 13.& 14. volum.2. Boſſ. ſua praxi crimin. titulo de pœnis, numero 43. verſic. & circa, Berous conſ.173. num. 40. volum.1. Plott. d.conſilio 19. numero 7.verſ.ſeptuageſimoſexto, Cęphal. conſil.
131 246. num.10.cum ſequen. volum. 2. † quia non dicitur mutaſſe locum originis, habitans extra locum per aliquod tempus, ita deciſio Peruſ.85. numero 4.parte 2.tamen Boſſius d. titulo de pœnis, num.43. verſic. & ita ſeruat Senatus;Tenet ſeruari contrarium per Senatum, niſi ille originarius nō habens domicilium ſit officialis extra dominium, exemplificando, vt ibi per eum cum officialis non contrahat domicilium in loco officij,Alciat.conſilio 55. nu.9. cuius Boſſij opinio iuuatur ex dicto Baldi, in auth. & omnino,numero 13.C.ne vxor pro
132 marito † vbi dicit originē amitti per trāſlationem domicilij alibi extra prouinciā, cuius dictum eſt communiter approbatū, vt notat Afflict. deciſ.384. ſequitur Cęph.
133 conſilio 246.numero 21. vol.2. † quod idē habet locum in non originario,nec ibi habitante, dum tamen ſit aliter ſubditus,ita Alex. conſilio 157. numero 13. & 14. vol. 2. & ideo non mirum ſi mulier ſola originaria alibi nupta prohibeatur acquirere, vt ſupra notatum.

134 † Bannitus cum non ſit ciuis, & perdat iura ſalutaria etiam communia illius ciuitatis,à qua fuit bannitus, non poteſt,acquirere, nec ſuccedere aliquo modo in bonis territorij per hoc præcipue decretum,etiā quòd ſit originarius, ita Iaſ. conſ.167. nu. 67. numero 2. volum.2. ita ſeruari atteſtatur Alciat.conſ.58. num.9. ad finem.

135 † Decretum etiam ceſſat in ſubdito ratione domicilij tantum qui propriè dicitur ſubditus, vt not. Boſſ. d. ſua Praxi crimin.titulo de pœnis,numero 43.verſiculo, & circa, idem not. Plot. dicto conſilio 19.
b num.39. cum ſequen. *b* Ideò non haberet locum diſpoſitio huius ſtatuti in muliere extera in dominio nupta, & ſi dein facta ſit vidua, quia dicitur habere domicilium viri, & vti ſubdita poterit in hoc dominio acquirere, ita Plot. dicto conſilio 19. num. 116. cum ſequent. quæſt. 47. etiam ſi poſt acquiſitionem alij deinde nō ſubdito nu-
137 pſerit,vt ibi per eum, numero 119. † quid autem dicendum de nato caſu ibi morante,diſcutit Hyppolitus Riminaldus,conſil. 15.numero 116.volumine primo. vbi tenet haberi pro non ſubdito.

138 Ceſſat † pariter diſpoſitio huius decreti, ſi alienatio fiat non ſubdito, facto ciui, vel vicino, vel terrerio communis loci alicuius, & confirmato à Principe, vt notat Bal. conſilio 310. numero ſeptimo. verſic. ſed hic occurrit, volumine 3. Plot. ſequitur d. conſilio 19. numero 32. cum ſequent.

139 † Non item habet locum in non ſubdito effecto dein ſubdito ex principis priuilegio, ita Riminald. Sen. conſilio 244. nu-
c mero 15. volum.2. *c* latè not. Plott. dicto
d conſil. 19.numero 71.verſic.vigeſimo. *d* Menoch. conſilio 165. numero 9.& 15.volum.
e 2. *e* quod tamen non procedit ſi efficiatur ſubditus, poſt alienationem factam in eū, vt notat Roman.conſilio 509.num.19.cum ſequentibus, vbi dicit tunc requiri nouum conſenſum, ſequitur Decius in l.quod initio,num.1.ff.de reg.iur. quæ tamen opinio Romani, & Decij reprobatur, ſecundum com-

ADDITIONES.

a Caue quia contrarium ordinauit Ill. Magiſtratus Extraordinarius pro Tāburiis 1. Iulij 1564. apud Nicolaum Legnanum.

b Alciatum addas conſ.10. num.5. conſ.11. nu.10. lib.2. Anchar.quæſt.9. num.16.par.1.

c Rimin. loquitur in effecto ciue ante actum.

d Plot. ſimiliter loquitur in effecto ciue.

e Menoch. loquitur quoque de effecto ciue d.num. 9.& 15. & licet num.16. loquatur de poſtea facto ciue, nihil tamen boni allegat.

communem nõ procedere, ſi ſequatur hoc
priuilegium ante traditioné rei, quia con-
ualidatur alienatio ſine nouo conſenſu, vt
in his terminis notat Bald. conſilio 310. nu
a mero 2. volu. 3. a Caſtrenſ. d. conſilio 286.
b num. 2. vol. 2. b Felyn. in cap. non adeo. nu.
c 2. c verſic. deſtinato, de reſcript. Barbatia
d conſilio 71. colum. prima, vol. 3. d Cuman.
e conſilio 84. num. 2. & 3. e Crottus in l. fi-
liusfam. §. Diui, numero 73. ff. de legat. 1.
f f Zuccard. in l. finali, num. 24. & ſequent. C.
g de edict. Diui Adriani, tollendo g Me-
noch. etiam notat conſilio 166. numer. 16.
141 volumine 2. † quòd tamen hoc priuilegiũ
conceſſum poſt alienationem nõ poſſit no-
cere iuri tertij, medio tempore acquiſito,
notat Barbat. conſilio 43. numero 3. verſi-
culo præterea ponderat, volumine 1. idem
notat Plot. d. conſilio 19. numero 45. facit,
quod not. Rebuff. in Praxi benefic. titul. de
reſcript. num. 32. & in ſimili Iſernia in cap.
Imperialem, in princip. num. 14. verſ. item
quæritur, an conſenſus, de prohibit. feud.
alien. per Federicum notat Afflict. in Con-
ſtit. regni Rubr. quinta. de reuocan. alienat.
numero 5. & numero 28. & num. 74. verſic.
Gloſ. ſeptima. libro 3. Menoch. conſil. 165.
142 numero 3. & numero 16. volum. 2. † ſicut
etiam reſtitutio facta à Principe ex gratia,
non trahitur ad bona acquiſita interim per
tertium perfectè, vt not. Bart. & ſcribẽtes,
in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber.
& poſth. Boſſ. ſua Praxi criminali, titulo de
143 remedio ex clementia, nu. 10. † Nec etiam
trahitur ad hæreditates interim acquiſi-
tas, & apprehenſas à tertio ab inteſtato ſuc
h cedente eo exiſtente incapace, h vt notat
Bart. in l. finali, colum. 4. numero 81. C. de
ſentent. paſſis, & Bald. in l. Gallus. §. & quid
ſi tantum, numero 8. verſic. & ex hoc, quem
ibi ſequitur, Aretin. num. 22. & Alexand.
num. 20. Caſtrenſ. numero 14. Iaſ. num. 67.
Socin. num. 18. Ruin. numero 172. cum ſe-
quent. ff. de liberis, & poſthumis, Boſſius d.
ſua Praxi criminali, titulo de remedio ex
clemẽtia Principis, numero 13. cum etiam
omnes ſcribentes in dicto §. & quid ſi tan-
tum, vno ore concludant, non poſſe Prin-
cipem, niſi ex cauſa expreſsè tollere ius
tertij.
144 † Non habet etiam locum ſi fiat ſubdi-
to, qui poſt alienationẽ factus ſit non ſub-
ditus, vt notat Anguiſſola Placentinus in
conſilio 17. in conſilijs materię iudicialis,
ſequitur Plot. d. conſil. 19. num. 119.
145 † Ceſſare pariter videtur hęc diſpoſitio,
ſi fiat non ſubdito excellenti, ita Plot. con-
ſilio 19. numero trigeſimoſexto. quòd du-
riſſimum eſſet hic obtinere.
146 † Non habet pariter locum, ſi ille non ſub-
ditus haberet in dominio beneficium, vel
prælaturam, quia tunc poſſet acquirere, cũ
eo caſu dicatur ciuis, & ſubditus, vt notat
Plott. d. conſil. 19. numero 44. licèt alibi ha
i beret domicilium. i
147 † Silet pariter diſpoſitio hæc prohibiti-
ua, ſi alienatio fiat non ſubdito, ſed alij
ſubdito, & non ſibi acquirenti, ita Plot. d.
conſilio 19. numero 35. verſic. vigeſimo-
148 quinto † niſi hoc fiat in fraudem, vtputa
quia acquireret nomine vxoris, vel filiorũ
ſubditorum, quia hoc caſu argueretur
fraus, vt notat Brun. tract. ſuper conſtitu-
tionibus, in verbo Forenſis, verſic. Forenſis
prohibitus acquirere per ſtatutum, & ſu-
pra notatum.
149 † Pater quoque poteſt licitè non vetan-
te hoc decreto alienare in filios etiam non
ſubditos, quia filij etiam non ſubditi alie-
nantis non comprehenduntur in hac pro-
hibitione, ita notat Plot. conſilio 19. num.
73. verſic. trigeſimoquarto, Hyppolitus
Riminaldus conſilio 15. numero 3. cum ſe-
quent. vol. 1. Burſat. conſilio 8. num. 37. vbi
ampliat. etiam in matre, vol. 1.
150 † Non militat pariter hæc diſpoſitio, &
prohibitio ſi fiat alienatio in perſonam Ec
cleſiaſticam, vel clericum, licet non ſubdi-
tum, quamuis etiam multi tenuerint com-
prehendere etiam clericos, & perſonas Ec
cleſiaſticas, vt notat Signorol. conſilio 21.
vbi latè diſputat hunc articulum, quem ſe
quitur Bald. in capit. clericis, numero 2. de
iudic. idem Baldus conſilio 174. volum. 5.
Barbat. in Rubrica de reb. eccleſ. non alie-
nan. colum. 6. quos etiam ſequitur Alexan.
conſilio 93. num. 4. verſ. nec obſtat, volum.
2. Dec. cap. Eccleſia S. Mariæ. numero 55. de
conſtitut. Ripa capit. 2. num. 1. & 2. libro 1.
reſponſ. limitando eam in Cardinalibus,
num. 3. cum ſequen. Crott. conſ. 5. num. 47.
vol. 1. latè notat Tiraquell. in tract. retract.
lignag.

ADDITIONES.

a Bal. loquitur in facto ciue ante acquiſitionem.
b Caſtr. loquitur attenta mẽte ſtatuti de quo agitur.
c Felyn. ſimpliciter refert Caſtrenſ.
d Barbat. loquitur tantum arguendo, cũ poſtea contrarium in ſuo caſu decidat.
e Cumanus loquitur ab inteſtato.
f Crotus refert tantum Caſtrenſ. vbi ſupra, & quatenus etiam vult ſufficere ſuperuentum habilitatis poſt adeptam poſſeſſionem, malè loquitur.
g Zuccard. ſimpliciter refert Caſtrenſem.
h Alciat. conſ. 4. in fine lib. 2.
i Adde Bertaz. conſ. 443. num. 7. lib. 2.

lignag.§.primo.Gloſa 13.numero 4. & 5.& tract.connubial. Gloſa 8.de Son Mary, nu. 171.& tract.retract. lignag. §.primo.Gloſa 13.num.5.Cęphal.conſ.53.num.34. cum ſequent.vol.1. & Vrſillus ad Afflictum deciſ. 310.nu.8.& 9.tamen communis eſt in contrarium, vt tradit Signorol. d. conſilio 21. Albericus tract. ſtatut. ſecūda parte,quęſt. 2.num.10.vſque ad finem, & maximè,num. 32. Caſtrenſ.conſilio 89. num.1. vol.2. Fabian.de Monte tract.de.empt.& vendit.tertia parte princip. num.45. Iacobus de Canib. tractatu de Repreſalijs, ſecunda parte,nu.10.Iaſ.d.l.filiusſam. §.Diui, in prima lect.num.71. cum ſequent. maximè, nu.83. vbi limitat, niſi Eccleſia, & clerici ſint expreſsè prohibiti in decreto,vt etiam notat Bonacoſſa in ſuis communibus criminalibus,in verbo, ſtatutum prohibens rem immobilem, verſ. ſed non ligat, quòd tamen reprobatur à Boſſio,& Claro locis infra allegandis, cum non poſsint laici diſponere ſuper perſonis clericorum, vt per eos, hāc etiam communem, quòd non comprehendantur clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ notat Crott.in d. l.filiusſam. § Diui, num.80. cum ſequent.vbi Ripa, numero 81.cum ſequent. ff. de leg. 1. idem Ripa ſuo tractatu reſponſ,capit.2.numero 3.4.& 5.lib.primo. Brun.tract. ſuper Conſtit. in verbo, Forenſis,verſ.Forenſis clericus, idem Felyn.cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ,numero 81.& 89.de conſtitut.idem Tiraq. in d. tract. ll.connubial.Gloſa 8.de Son. Mary, num.132. Boſſ. ſua Praxi criminali tit.de Principe, & eius priuileg. num.339. licèt dicat ſeruari, vt non fiat alienatio in Eccleſiam, niſi obtenta diſpenſatione Senatus, vt ibi per eum, in terminis huius Decreti, vel antiqui ſimilis,idem not.Boſſ.tit.de pœnis,numero 43.
151 verſic. in hac tamen ciuitate † vbi plus dicit, quòd nunquam vidit alienationem factam alicui perſonę Eccleſiaſticæ ſine hac Senatus diſpenſatione infringi. Idem notat Gabriel Say.ad Matheſil.ſing.110.num. 33. Didac.Couar.tract. relectionis, de relect.ſecunda parte. §.quartus, num.9. verſ. hoc ipſum fulcitur. Hanc vti communiorem ſequitur etiam Clarus in ſua Praxi criminali. §.fin.quæſtione 82.ad quintum ſta-
a tutum, verſic. ſed quæro nunquid. *a* Idem Plott. dicto conſilio 19. numero 11. & 12. Michael Craſſus ſuis communibus,in libro 2. in verbo, ſtatutum quæſt.12. Hyppolitus Riminaldus ſuo conſil.15. numero 73. cum ſequent.pluribus,maximè numero 85.
b cum ſequent.volum.1. *b* & ita etiam declarauit Senatus aperte anno 1551.13.Iulij,in cauſa emptionis [illegible] per [illegible] Reuerendum D. Io. A[illegible] [illegible]poſitum Papienſem,per [illegible] D.[illegible] [illegible]tarium Ma-
152 giſtratus Extraor[illegible] [illegible] tamē procedit, & habet locum in [illegible] Eccleſiaſticis aliàs ſubditis, ſecus ſi eſſent exteri, & non ſubditi, aliter quàm propter clericatum, quia tunc Decretum eos afficeret, ita quòd non poſſet in eos alienari, cum loquatur de re eam afficiendo prohibitione, iuxta tradita per Baldum conſilio 174. volumine 5. Aretin.conſilio 25.num.3.Socin. Sen.conſilio 45.volum.3. Rebuff.in proem. conſtit.Gloſa 1. numero 36. & tit. de libe-
c ris natu.Gloſa 2.num.2. *c*

ADDITIONES.

a Et in ſuis communibus in verbo ſtatutum prohibens rem verſ.tale tamen ſtatutum. Alba conſilio 8.num.9.

b Burſat.conſilio 93. num.25.lib.1.

c Vna cum notatis ſupra in verbo cuiuſuis ſexus,& pręcipue per Rebuff. de nominat. numero 21. & vt Benef.ante vacat Gloſ.9. in princ.item de litteris obligatorijs art.2.Gloſ.1.num.23. Bertaz.conſ. 443. num.7.lib.2.

SVMMARIVM.

Statutum prohibens alienationem ſub pœna valet. num.153.

Acquirere prohibitus ſimpliciter,admittitur tamen ſi fiat capax etiam poſt acquiſitionem.num.154.

Pœna addita contractui nullo, efficit ne poſſit reconualeſcere. num.155.

Alienatio non dicitur perfecta niſi ſecuta traditione. numero 156.

Alienationis nomen in ſtatuto pœnali intelligitur ſtrictè, & propriè. num.157.

Alienationis ipſo iure & facto prohibitæ pœnæ locus non eſt,niſi ſequatur traditio. numero 158. cum ſeq.

Perſona appellatione non venit collegium,nec locus pius. num.159.cum ſeq.

Alienationis prohibitæ fieri ſub pœna nomine,intelligitur de valida. num.161.

Pœnæ locus non eſt ſine dolo. num.162.

Alienatione prohibita ſub pœna notario, & contrahentibus, excuſantur ij, vbi res erat maiorum.numero 163.

Notarius excuſatur à pœna rogando alienationem prohibitam ſaluo conſenſu Principis. num.164.

Alienatione confirmata à Principe ceſſat omnis pœna contra partem, & notarium. num.165.

Alienationem ſine pœna fieri poſſe in Forenſem, quem fama erat eſſe factum capacem. num.166.

Credulitas excuſat à pœna. num.167.

Tole-

Tolerantia excuſat à pęna, nu. 168.
Conſuetudo excuſat à pœna, nu. 169.
Pęna non habet locum niſi conſtet de delicto, numero 170.
Negans adeſſe diſpenſationem probat eo ipſo quod non eſt regiſtrata, nu. 171.
Ignorantia decreti an excuſet à pęna, nu. 172.
Conſuetudo contraria decreto excuſat à pœna, numero 173.
Ignorantia craſſa non excuſat, nu. 174.
Ignorantia craſſa, vt excuſet debet clare probari, num. 175.

cc Sub pœna.

153 Valet † decretum hoc, etiam quod imponat pœnam, vt ſupra notatum, & firmat Bonacoſſa dictis ſuis communibus criminalibus, in verbo, ſtatutum prohibens rem immobilem.

154 † Licèt aliàs non ſubditus prohibitus acquirere ſub pœna annullationis contractus ſimpliciter, admitteretur poſt acquiſitionē, ſi vellet fieri ſubditus, vt tradit Bart. in l. murileguli, numero primo. C. de murileg. lib. 11.
155 † tamen hoc non procedit, vbi addita eſſet pœna, vltra annullationem cōtractus, confiſcationis rei ſic alienatæ, ita declarat Aret. in l. ſi ita 95. §. ea lege colum na tertia, in fine, verſ. tertio, adde. ff. de verb. oblig. idem Ruin. conſ. 139. num. 22. &
a 23. vol. 5. *a*

156 † Pęna hæc non habet locum, vbi nō fuerit ſecuta traditio, vel apprehenſio virtute memoratæ alienationis, quia non dicitur perfecta venditio, vel alienatio, niſi ſecuta traditione, vel apprehenſione, ita Speculat. tit. de locat. §. nunc aliqua, q. 95. quem ſequuntur communiter ſcrib. per Iaſ. relati in l. finali, numero 132. C. de iure emphyteotico, plenius per Tiraq. tractatu retract. lignag. §. primo, Gloſa 2. numero 49. cum ſequent. Clar. in §. emphyteoſis, q. 13. verſ. ſed nunquid, rationem huius concluſionis deducit Speculat. d. loco, quod diſpoſitio omnis debet intelligi cum effectu, & de venditione perfecta, quia talis dici non poteſt, niſi ſecuta traditione per l. traditionibus. C. de pactis, & §. venditæ, inſtit. de rerum diuis. Hanc comprobat latè Alciat. l. alienatum, numero 6. & 7. ff. de verb. ſignif. Tiraq. d. §. primo, Gloſa 2. numero 44. aliam rationem deducit Saly. in l. finali, num. 19. quam ſequitur, Iaſ. d. nu. 132. C. de iure emphyteotico, quòd ante factam traditionem nudo conſenſu, licèt recedere à venditione per l. ab emptione. ff. de pact. idem notat, Tiraq. d. §. primo, Gloſa 2. num. 54. aliam etiam rationē deducit Gloſa in d. l. 1. §. ſi rem. ff. depoſiti quia dolus grauior fiat, & tradendo magis delinquat, quam in ſpecie decreti huius approbat, Caſtrenſ. conſilio 286. ſub num. 1. volumine ſecundo, quartam rationem, licèt colligere ex verbis, I. C. d. l. alienatum dum dicit, alienatum non propriè poſſe dici, quod adhuc manet in dominio venditoris, licèt poſſit dici venditum, notat Corn. conſ. 12. vol. 3.

157 † ex quo textu, & alijs ſimilibus inferunt ſcribentes ad ſtatuta pęnalia, & odioſa, vt non niſi ad proprias alienationes extendantur, ita Baldus in l. finali, numero 1. vbi Salycet. nu. 2. C. de rebus alien. non alien. & in ſpecie ſtatuti prohibentis alienari in forenſem tradit Fabian. de Monte tract. de empt. & vend. q. 4. princip. q. vlt. nu. 4. & 11. Pinellus in l. 1. parte tertia, nu. 18. & 19. C. de bonis maternis, in ſpecie autem ſtatuti prohibentis alienationem, quod debeat intelligi modo ſequatur traditio, notat Bald. conſilio 314. numero ſecundo, ad finem, volumine tertio, & in feud. tit. quibus modis feud. amittatur. §. aut ſi libellario, num. 4. verſ. & idem dico, Iaſ. in l. filiusfamilias. §. diui in ſecunda lectura, nu. 53. vbi Ripa, numero 46. Crott. num. 73. Loaces, numero 153. Opizonus, numero 66. Cuman. conſ. 85. num. 3. in terminis autem decreti huius prohibentis, nè in ſubditum fiat alienatio ſub pęna, quod traditione opus ſit, vt pęna locum habeat, notat Caſtrenſ. dicto conſilio 286. numero primo, volumine ſecundo, Ripa in cap. 4. numero 18. libro primo, reſponſ. Alciat. conſ. 570. num. 4. &
b conſ. 326. & 733. nu. 2. *b* Tiraq. d. Gloſa 2. numero 46. & num. 48. Socin. iun. conſil. 3. numero 19. & ſequent. volumine tertio,

158 † & loquuntur etiam ſcribentes d. locis, quando ipſo iure, & facto, bona fiſco, vel communitati applicarentur, ita & deciſio Peruſ. 85. numero 7. & ſeq. parte ſecunda. idem Ruinus, conſilio 160. in fine, volum. 4. Gabriel ſuis communibus, in tit. de præſumpt. concluſ. 7. numero quarto, idem Gal lia, in conſuet. Alex. in verbo, non poſſit, quæſt. 2. ad finem, quod habet locum etiam

quod

ADDITIONES.

a Adde Anchar. iun. quæſt. 9. in fine par. 1. & Alciat. conſ. 31. nu. 45. & 46. lib. 9.

b Idem Alciat. conſ. 47. lib. 2. conſ. 142. lib. 5. conſ. 31. nu. 51. vbi proprie loquitur in ſimili ſtatuto, lib. 9.

quod iuris effectu inſpecto dominium acquiri non poſſit lege reſiſtente, vt hic diſponitur, quia opus ſit traditione facti, vt locus ſit pœnæ, vt tradit Baldus d.§. aut ſi libellario, numero quarto, Caſtreaſ.d. conſilio 286. numero primo, volumine 2.
159 † nec huic concluſioni refragari videtur, quod tradit. Tiraq.d. Gloſa 2. numero 52. vbi dicit non poſſe fieri promiſſionem de alienando, quia loquitur quo ad annullationẽ actus, non quo ad pœnam inducendam, vt hic diſponitur, quæ quidem non habet locum niſi ſecuta traditione, vt notant ſcribentes locis allegatis, & ab hac opinione non videtur Senatus diſcrepaſſe, in cauſa Mag. Dominæ Iſottæ Brambattæ de anno M. D. LXXX. de menſe Auguſti.

160 † Pœna pariter ceſſat, ſi fiat alienatio in collegium, vel vniuerſitatem, vel hoſpitale, vel locum pium, & ſi non ſubditum, quia decretum loquitur de perſona non ſubdita particulari, & ſic non videbatur comprehendi collegium, vel vniuerſitas, licèt ſecus ſit ex regula correlatiuorũ, ita Plott. d.conſ.19.num.5. quo ad nullitatem, ſecus quo ad pœnam hic notatam, etiam in notario, quia excuſatur, vt ibi per eum, nume. 6.& 7.

161 † Ceſſat etiam pęna, vbi ex alia cauſa alienatio non teneat, faciunt tradita per Tiraq. tract.ll. connubial. Gloſa 8. de ſon. mary.numero 207.& numero 208. ita in terminis, notat Plott. d.conſilio 19. numero 22.& 23.

162 † Pœna quoque hæc non procedit, vbi non adeſſet dolus malus in alienatione, exemplificando, vt per Menoch. conſ.165. nu.10.& 11.vol.2.

163 † Excuſatur inſuper à pęna pars, & notarius, ſi res alienata fuerit maiorum eius non ſubditi, in quem ſit facta alienatio; licèt contractus annulletur, vt notatur in textu l. prima, §. finali, vbi Gloſa finalis, ff.de abigeis, Plott. latè d.conſilio 19.numero 57.

164 † Pęnã quoque hanc euitat pars, & notarius, ſi facta ſit alienatio ſub conditione, ſi princeps conſenſerit, niſi ſit difficilis recuperatio, eius veluti fortalitium, ſeu Caſtrum, ita Plott. d. conſilio 19. numero 24.& 25.

165 † Pœna etiam non habet locum contrà notarium, ſi dicta alienatio fuerit à principe confirmata, vt notat Plott. d. conſil.19. nu.43. ſed talis confirmatio non debet, nec poteſt fieri in præiudicium tertij, cui interim fuerit ius acquiſitum, vt notat Plott.d. conſ.19.nu.43. ad finem, vbi allegat Barbat. conſ.43. numero tertio, verſ. præterea, vol. 1. hoc dicentem, vt ſupra notatum.

166 † Excuſatur pariter pars, & notarius, ſi adeſſet publica fama, quòd non ſubditus eſſet ſubditus, vel quod contraueniens haberet licentiam à Principe, vel Senatu acquirendi etiam quod non eſſet ſubditus, ita notat Plott. d. conſi.19. nume.98. cum ſequent.

167 Notarius pariter excuſatur, ſi alia pars dixerit adeſſe diſpenſationem, & illi crediderit iuſta credulitate motus, ita Plott.d. conſ.19.nu.93.& 94.verſ.41.

168 † Item excuſatur, ſi fuiſſet probata tollerantia, quòd is non ſubditus, cui fuit alienatum, poſſideret alia bona in dominio, ita notat Plott. dicto conſilio 19. numero 112. cum ſeq.

169 † Non militaret præterea hæc pœna, ſi adeſſet conſuetudo in illo loco, quòd non ſubditus poſſet acquirere, & ibi decretum hoc non eſſet in vſu, vt notat Plott.d.conſ. 19.num.120.& 122. quod idem prius notat Boſſ.d.ſua praxi tit.de Principe, & eius priuileg.nu.339. circa finem, verſ. & aduerte, vel non eſſet ibi publicatum, quòd excuſaret ſaltem à pœna, Anchar.iun. q.59. nu.8. & 10.lib.2.ſuarum quæſt.

170 † Vt pœna, executioni mittatur contra notarium debet prius conſtare, quod is, in quem facta fuit alienatio, ſit non ſubditus, ita in his terminis notat Plott.d. conſi.19. nu.81.verſ.38.& quod non ſit obtenta diſpenſatio à Principe, vel Senatu, vt notat
171 Plott. ibi numero 86. cum ſequent. † quæ negatiua probatur eo ipſo, quòd non appareat regiſtrata intra tempus infra notatum, ita Plott. dicto conſilio 19. numero 89.& 90.

172 † Licèt pars, & notarius hanc pœnam in alijs caſibus euitarent medio reſtitutionis in integrum, & ex clauſula generali ignorantiæ, vt tradit Alex.conſ.37.col.5. nu.23. volum.2. Decius conſ.11. colum.5. verſ.tamen his non obſtãtibus, Iaſ.in l.quam diu, ad finem.C.qui admitti, tamen hoc caſu cũ decretum illud ſit conditum principaliter contra forenſes, non datur reſtitutio in integrum. ita Alex. conſilio 165. columna prima, numero quarto, verſ. ſupereſt volumine ſexto, Boſſ.d.ſua Praxi criminali tit. de Principe, & eius priuileg. numero 339.
173 verſ. & licèt forenſis † fallit in caſu, quo iſtud decretum non eſſet in vſu, ob conſuetudinem contrariam, quia tunc non ſubditus recuperaret pretium, & excuſaretur à pęna, ita Boſſ.d.tit. de Principe, & eius priuileg. nume.339. verſ. & aduerte, idem

idem Plot. dicto conſilio 19. numero 120.
a & 122. *a*

174 † Ignorantia tamen craſſa hoc caſu non excuſaret, vt notat Calcan. conſ. 126. nu. 6. circa medium, Rol. à Valle tractatu de lucro dotis, q. 14. nume. 11. Plott. d. conſi. 19. nu. 79. 93. 98. & 107.

175 † Quæ etiam ignorantia deberet dilucidè probari, vt notat Afflict. in Conſtitut. Regni, rubr. 10. de intrantibus, numero ſecundo, lib. 1.

A D D I T I O.

a Addas quæ vltimo loco tradit Bertaz. conſ. 285. in verbo iuridica, lib. 2.

dd Amiſsionis rei ſic venditæ, vel alienatæ.

PEr vltimam verò voluntatem, vel donationem, tunc amittitur res ſolū ex parte alienantis, cum nullum pretium interueniat.

S V M M A R I V M.

Venditione ex decreto pœnali irrita, an emptori auferatur pretium, num. 176.

ee Vel pretij eiuſdem.

INtellige hoc, quando fuit facta alienatio cum numeratione pretij, nam tunc amittitur pretium, vt ex verbis ſequentibus colligitur.

176 Decretum† vbi expreſsè non diceret de pœna amiſſionis pretij, illud non amitteretur per tex. in l. 1. c. non licèt habere metro libro 11. quinimo poſſet retineri res, donec pretium ſolueretur, per l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de cond. indebiti. ita Bald. in l. fin. §. emptor, numero ſecundo. C. communia de legat. idem Fran. Cremenſ. ſing. 96. Cotta, ſuis memorabilibus, in verbo hipotheca Græcum, verſ. ſecundo adde, & in verbo, pœna inſolita, verſ. & propterea. Idem Fabianus de Monte tractatu de emptio. & venditio. tertia parte princip. numero 45. verſ. quinimo ſubdit ſtatutum, Menoch. tract. recuperandæ, remedio 9. numero 287. idem Menoch. conſilio 165. numero primo, volumine ſecundo, Oſaſch. deciſione 68. vbi adeſt conſilium Nicolai
a Balbi, numero 37. *a* ſed quòd non poſſet conſequi pretium, etiam quòd non adeſſent hęc verba, ex quo decretum afficit rē, firmat Alciat. conſ. 479. numero 40. & 41. vbi latè.

A D D I T I O.

a Clar. in ſuis communibus verbo ſtatutum prohibens rem. verſ. & ſi teſtator.

ff Bonaq; & res.

ET hoc vbi non ſunt bona immobilia, ſeu annuus redditus, vel vſusfructus, vt ſupra notatum.

S V M M A R I V M.

Pœna alienantis non ſubdito.

gg Et pretium.

177 AMiſsio † enim rei eſt reſpectu alienātis, & pretij reſpectu emptoris, ita notat Cœphal. in conſilio 27. numero 15. volumine primo.

S V M M A R I V M.

Clauſula ipſo iure, et ipſo facto idem ſonant, nu. 178.
Ipſo iure, & facto quid operetur, numero 179. cum ſeqq.
Ipſo iure, & facto clauſula, non tollit quin requiratur declaratio limit. tamen, nu. 182.
Sententia declaratiua non requiritur in notorio, numero 183.
Notorium non requirit declarationem, nu. 184.
Notorium facit, vt poſsit incipi ab executione, poſtea ferri ſententia, nu. 185.
Pęna, licet ipſo iure impoſita, non ſit locus niſi parte petente, nu. 186.
Pęna ipſo iure ſoluenda tranſit contra hæredes, numero 187.
Pęna alienantis in forenſem non habet locum ante traditionem, nu. 188.
Alienatio prohibita, ante traditionem poteſt ex diſpenſatione Senatus reconualeſcere, nume. 189. cum ſeq.

hh Ipſo iure, & facto.

178 CLauſulæ † hæ idem important, vt notat Pract. Papien. in forma libelli, in cauſa Spoliat. poſſ. verſ. ipſo facto, & iure, Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 143. C. de reuoc. dona. late notatum, in c. 1. in verbo, ipſo facto.

179 † Hæc verba pariter important, vt dominium applicetur fiſco potius, quàm alijs, quibus facta fuit alienatio, ita Bald. conſi. 358. nu. 4. vol. 1. Barbat. conſ. vlt. vol. 1. latè Sylua. cōſ. 25. nu. 34. verſ. p quæ verba, vol. 1.

180 † Clauſula hæc importat, vt id debeatur, non ſolum in foro fori, ſed etiam in foro conſcientiæ, ita Bonacoſſa in quæſt. criminal. in verbo, pœna, verſ. ſi ſtatutum imponit.

181 † Verba hæc important, vt non requiratur aliquod factum hominis, vel poſtulatio partis, vt cumulatè tradit Neuizan. in his terminis, conſilio ſexto, numero tertio, & licèt non requiratur aliqua ſententia reſciſſoria, vt notat Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo reuertatur, numero 145. & in his ferè terminis, numero 400. limitando quinque modis, vt ibi per eum, numero 401. & 402. & infra dicetur, & Neuizan. d. conſilio ſexto, numero 13. Rebuff. ſua Praxi benefic. in tertia parte princip. in princ. numero 3. & in tract. concordat. in rubr. de collat. §. ſi
182 quis, in verbo, ipſo iure † requiritur tamen declaratoria ſuper ipſo facto, per quod pęna imponenda venit, qua ſecuta ſit executio per legem, dein per iudicem, ita notat Pract. Papienſ. in forma libelli, in cauſa ſpoliat. poſſeſſ. verſ. ipſo facto, cum additione Manſuer. ibi, in verbo, promittitur, latè cõfirmat Marſ. ſua Praxi criminali, §. aggredior, numero 109. & ſequen. & nume. 114. Boſſ. ſua Praxi criminali, tit. de ſentent. numero 47. verſ. & idem Bartolus, & verſ. eſt etiam de mente Felyni, Petrus Rauen. ſing. 557. Diaz reg. 543. pœna, Menoch. cõſi
a lio 132. numero 18. volumine ſecundo, *a* latè Gabriel ſuis communibus tit. in criminalibus, concluſ. 12. per totum limitando,
183 vt per eum ibi, decem modis, † maximè ſi tractetur de notorio, quia tunc non requiritur declaratoria, vt ibi per eum, numero ſecundo, quod tamen notorium ſit omnibus patens, & inexcuſabile, vt ibi
184 per eum, numero quinto, † licèt ſit ferenda ſententia ſuper notorietate, ita notat
185 ibi, numero ſexto, † & ſi fiat prius executio non probato notorio ſuſtinetur executio, eo ex poſt probato, quando non ſit dubium, aliàs non, vt ibi per eum, nume-
186 ro ſeptimo, & octauo, † hæc tamen pœna locum habet, ſi fiſcus voluerit, & non aliter, per notata per Anchar. conſilio 141. latè Tiraq. tractatu ll. connub. Gloſa 8. de ſon mary, quæſt. 10. numero 95. idem Tiraquel. in l. ſi vnquam, in dicto, verbo, reuertatur, numero 10. vſq; ad numerum 16. idem tractatu, le mort. Sayſit. ſeptima parte, declaratione prima, numero 10. cum ipſe ſolus
b poſſit opponere de hac pęna, *b* vt in his terminis notat, Alciat. conſilio 326. numero ſecundo, verſ. aliquid confiſcatiuum, Calcan. conſilio 112. numero quarto, Anguiſola ſuis conſilijs in materia poſſeſſoria, cõſilio decimoquinto, numero decimonono, Burſat. conſilio 37. numero decimoſexto, verſ. non obſtat, & numero decimoſeptimo, volumine primo, data etiam nullitate impoſita, per decretum, vt ibi per eum, idẽ in ſimili, quod illi ſoli in quorum fauorem ſit factum aliquod decretum, poſſint de illo opponere, not. Caſtrenſ. in conſilio 91. numero quinto, verſ. ſecundo, volumine 1. & conſilio 119. numero ſecundo, volumine ſecundo, Aret. conſilio 33. numero ſexto, Ancharan. dicto conſilio 141. Dec. conſilio 604. numero quarto, Socin. ſen. conſilio 78. numero 8. volumine quarto, Tiraquel. d. tract. ll. connub. Gloſa 8. de ſon mary. q. 10. numero 95. notat etiam Rebuff. tractatu de reſcript. in præfat. numero 97. Socin. iun. conſilio 130. numero decimo, volumine tertio, Menoch. conſilio 39. numero 29. & 30. vol. 1. Rim. iun. conſ. 65. nu. 40. volu. primo, & conſilio 224. numero 38. vol. 2. Lambertengh. ad ſtatutum de alien. mulierum, ad finem, quæſt. 49. nume. 164. idem Oſaſchus deciſ. 29. num. 12. Burſ. conſ. 12. nu. 48. volu. 1. quæ refert Hippolytus Bonacoſſa in ſuis communibus criminalibus, in verbo, pœnæ nunquam.

187 † Pœna vbi quis committitur ipſo iure, nec requiritur hominis miniſteriũ, vt hic, tunc poterit declarari per hæredes, & contra hæredes, vt firmat declarando Gabriel ſuis communibus in tit. in criminalibus, concluſ. 7. numero decimoſexto, cum duobus ſequen. aliàs non, vt ibi per eum latè.

188 † Per hæc verba, ipſo iure, & facto, infert Plott. d. conſilio 19. numero 29. verſ. ſed hoc, quòd etiam ſi non ſubditus fiat ſubditus, & ciuis poſt alienationem, & ante traditionem, quòd alienatio illa non conualidatur in præiudicium fiſci, vel communis, licet aliàs conualidaretur, mouetur ex notatis per Tiraquel. in tract. retract. lignag. §. 1. Gloſa ſecunda, numero 52. verſ. ſed & Bartolus in l. multum, verùm hallucinatur meo iudicio Plot. cum ante traditionem nullum ius ſit fiſco acquiſitum, vel communi, ex quo alienatio non eſt perfecta, vt not. in his terminis Ripa d. cap. 2. numero 18. libro primo, reſponſ. Alciat. d. conſilio 726. numero ſecundo, & conſ. 733.
189 & latè ſupra notatum † ideo non mirũ ſi ex diſpen-

ADDITIONES.

a Burſat. conſ. 77. nu. 22. vol. 1.
b Infra nu. 194. Gab. in l. his conſequenter. § 1. ff. famil. hærc. Iac. Berreta conſ. 79. nu. 15.

diſpenſatione Senatus, vel Principis ante traditionem, & apprehenſionem factam per non ſubditum, in quem facta eſt alienatio ea reconualeſcat, vt late notatum ſupra numero 140. ſecundum communem contra Romanum, & Decium, qui tenuere requiri nouum conſenſum, nec deciſio Tiraquelli loco allegato obſtat, dicit enim ibi, prohibita alienatione prohibitam cēſeri etiam ſtipulationem, & promiſſionem de alienando, non autem dicit, quòd ipſo iure, & abſque traditione pœna applicetur ei, cui decretum eam applicat, nec etiā dicit, quòd ex diſpenſatione non poſſit hæc alienatio conualidari, cum non tractetur de præiudicio fiſci, vel communis, quibus nil acquiritur, niſi ſecuta traditio-
190 ne iuribus abunde ſupra allegatis † & deciſio Plotti poſſet fortè procedere in caſu quò ſecuta fuiſſet traditio, & ſic ius fuiſſet fiſco acquiſitum, quia tunc hæc diſpenſatio non poſſet fieri in eius præiudicium, ſicut nec etiam in præiudicium tertij, ita notat Barbat. conſilio 43. numero 3. verſ. præterea, vol. 4. & Plott. d. conſilio 19. numero 43.

SVMMARIVM.

Lucrum ablatum applicatur ei cuius contemplatione auffertur, num. 191.

Fiſco feudatarij applicantur pœnæ ſubditorum, et pœnæ ſunt de fructibus iuriſdictionis, numero 192.

Forenſis delinquens cenſetur ſe ſubijcere ſtatutis loci, num. 193.

ii In fiſcum.

191 Verum, † ſi alicui aufertur contemplatione alicuius, ei applicatur, cuius contemplatione fit ex diſpoſitione legis, non hominis, ita Roman. ſing. 699. cum addit. ibi Tiraquel. l. ſi vnquàm, in verbo, ſuſceperit liberos, numero 166. C. de reuoc. donat. Diaz. regula ſecunda, abla-
192 tum. verſ. fallit ſecundo. † quòd ſi facta ſit alienatio in territorio feudatarij, an pœna hæc perueniet in fiſcum eius, vel fiſcum maiorem Principis, videtur quòd pœna perueniat ad fiſcum feudatarij, cum ſint de fructibus iuriſdictionis pœnæ, & mulctæ omnes, [illegible] ſi. numero primo, & ſecundo. [illegible], & princeps infeudans [illegible] ius in feudatarium, A[illegible], columna ſecunda, verſ. [illegible], de iudi-
193 cijs, notat etiam Boſſ. ſua Praxi tit. de pœnis, numero 32. † & quia forenſis delinquens cenſetur ſe ſubijcere ſtatutis loci, in quò delinquit Bart. in l. 1. numero 21. C. de
a ſum. Trinit. *a*

ADDITIO.

a Vide Rom. ſing. 330.

SVMMARIVM.

Tertius, an poſſit opponere de iure tertij, nu. 194.

Tertius, an poſſit opponere de nullitate, nu. 195.

Ceſſionarius fiſci poteſt vti eius iure, nu. 196.

Kk Perueniant.

HOc procedit ſecuta traditione, vel apprehenſione, aliàs non, vt notatum ſupra, in verbo, nec alienare.
194 † Ius hoc fiſci, non poteſt opponi per tertium, niſi facta apprehenſione per fiſcū, ita quòd ei incorporatum ſit ſupra nume-ro 186. ita not. Menoch. conſilio 79. nume-
195 ro 30. volumine primo, † licèt nullitas contractus impoſita per hoc decretum poſſit opponi per tertium, vt in his terminis Burſat. in conſilio trigeſimoſeptimo, nume. 17, volumine primo.
196 † Ceſſionarius quoque fiſci poteſt protestari, & conſequi hanc pœnam, vt in his terminis, not. Burſat. conſi. 37. numero 18. volumine primo.

ll Contractus, & alienationes.

QVoquo modo etiam per vltimam voluntatem, modo quò cauetur ſupra.

SVMMARIVM.

Nullitas contractus, an colligatur ex eius prohibitione, num 197.

Nullitatem contractus, an ipſi contrahentes poſſint allegare, num. 198.

Nullitas contractus ex lege non infringitur prætextu iuramenti, num. 199.

Contractus cui lex reſiſtit, non parit obligationem naturalem, num. 200.

Nullitas contractus impedit dominij translationem, numero 201.

Nullitas contractus non impedit poſſeſſionem transferri, num. 202.

Nullitas contractus non impedit acquiſitionem fructuum, num. 203.

Nullitas legati non impedit actionem ad pretium eius, num. 204 cum ſeq.

Nullitas contractus impedit præſcriptionem, numero 206.

Præſcriptio currit de re non alienabile ex communi, num. 207.

Præſcribi prohibentur prohibita ex hoc decreto alienari, licet iam per defunctum captum eſſet præſcribi, nu. 208.

Præſcriptione centenaria præſcribuntur etiam aliàs prohibita præſcribi, nu. 208.

mm Non valeant ſintq́; nullius momenti.

197 Clauſula † hæc annullatiua, vbi non adeſſet, an contractus talis ſtante iſta prohibitione alienationis eſſet nullus, opiniones cõtrarias notat Fabianus de Monte tract. empt. tertia parte principali, num. 45. verſ. & contractus.

198 † Hanc nullitatem contractus poſſunt
a allegare ipſimet contrahentes, *a* vt not. Calcan. conſ. 126. nu. 4. Alciat. d. conſ. 726.
b nu. 2. in primo capite, *b* Afflict. in ſimili in Conſtit. Regni rubr. 8. de pacis, cultu, pacis cultum, num. 26. verſ. ideo licèt, lib. 1. non autem tertius poteſt hanc nullitatem allegare, per notata per Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 9. de Conſtit. Afflict. in Cõſtit. Regni rubr. 31. de præſcript. conſuetu-
199 dines, nu. 11. lib. 3. † decreti huius diſpoſitio procedit etiam quòd contractus ſit iuratus, vt in his terminis notat Roma. conſi. 509. nu. 12. & Ripa d. l. filiusfam. §. diui, nu-
c mero 80. ff. de leg. 1. *c*
200 † Ex his alienationibus aliqua obligatio etiam naturalis non oritur, vt in his terminis notat, Alciat. conſ. 479. nume. 40. verſ.
201 immo, nec obligatio, † nec etiam transfertur aliquod Dominium, ſecundum tradita per Claudium Aquenſem, in l. ſi ita §. ea lege, poſt num. 17. ff. de verb. oblig. Clarus d. ſua Praxi crim. §. fi. q. 82. ad quintum ſtatu-
202 tum, circa finem † poſſeſſio tamen transfertur, ita Bald. in l. 2. ad finem, ff. de iuriſd. omnium iudic. per tex. in l. 1. §. ſi vir, ff. de acq. poſſeſſ. vbi Iaſ. notat, num. 11. ff. de acquir. poſſeſſ. idem notat Alex. in l. is cui bonis, numero quarto, vbi Iaſ. numero 5. not. 3. ff. de verb. oblig. idem notat Brun. in tract. ſuper Conſtitut. in verbo, forenſis, verſ. forenſis prohibitus emere, idem Io. Annibal in l. naturaliter §. nihil commune, num. 242. & numero 244. vbi Ripa, numero 42. ff. de acq. poſſeſſ. Tiraq. in tract. ll. connubial. in Gloſa 5. contracter, num. 162. Clarus d. ſua Praxi crim. §. fin. q. 82. ad quintum ſtatutũ, circa finem, & ſuis communibus, in verbo, ſtatutum prohibens rem, verſ. item nota ſi quis Claud. Aquenſis d. l. ſi ita §. ea lege, in vltimis verbis, ff. de verb. oblig. Lambert. ad ſtatutum de alienat. mulierũ, Gloſa prima,
203 num. 88. 90. 100. & 110. † quod ſcire prodeſt multum quo ad acquiſitionẽ fructuũ, licèt non quo ad præſcriptionem, ita notatur in l. de fructibus, ff. de donat. inter virum, & vxorem notat Alex. in d. l. 1. § ſi vir, nu. 13. ff. de acq. poſſeſſ. & latè diſcuſſum in ſtatuto 328. in alienationibus, in verbo, nõ
204 valeat. † Hoc etiam caſu non debetur pretium, ſi fiat alienatio per contractum, ſecus ſi per vltimam voluntatem, vt ſupra nota-
205 tũ, † in verbo, amiſſionis rei, rationem differentiæ notat Roman. d. conſ. 509. numero 14. & 15.

206 † Prohibetur etiam præſcriptio ex hoc decreto, ita notat Brun. in tract. ſuper Conſtitut. in verbo, alienare, verſ. prohibetur alienari, idem Alex. conſ. 1. nume. 23. vol. 4. Afflict. in feud. tit. quæ ſint regalia, in verbo flumina, num. 6. vbi dicit prohibita alienari prohiberi præſcribi, tamen in contrarium eſt communis regulariter Pariſ. conſ. 48. num. 19. volum. 3. vbi atteſtatur de communi, ſed quòd in hoc decreto prohibeatur etiam præſcriptio, notat etiam Iaſ. cõſi. 166. colum. finali, volum. 2. Ruin. conſil. 41. numero 26. & 27. volum. 1. Clar. d. ſua Praxi criminali. §. finali quæſt. 82. ad quintum ſtatutum, verſ. item quæro nunquid, Plot. in l.
d ſi quãdo, nu. 266. C. vnde vi *d* latè Gabriel, ſuis communibus, tit. de præſcript. conclu. 13. num. maxime 6. idem cauetur in lib. 1. communium, in verbo, alienatione rei alicuius, idem Bonacoſſa in ſuis cõmunibus, criminalib. in verbo, ſtatutum prohibens,
207 verſ. & ſtatutus etiam, † quòd procedit etiam, ſi præſcriptio fuiſſet capta per defunctum ſubditum, vt ſignanter exemplificat, Io. Annibal, d. l. naturaliter, §. nihil commune, num. 227. & num. 232. & num. 240. ff. de acq. poſſeſſ. idem notat Lambert. ad ſtatutum de alienat. mulierum, Gloſa prima,
208 num. 116. † niſi eſſet præſcriptio centenaria, quia ea nunquam cenſetur excluſa, vt docet Petrus Gerardi, ſing. 18. nume. 9. Iaſ. in l. quominus, nume. 42. ff. de flumin. Petr. Rauen. ſing. 675. Afflict. in Conſtit. Regni rubr. 8. de probat. per inſtrumentum, num. 12. & rubr. 31. de præſcript. num. 18. & 19. lib. 3.

ADDITIONES.

a Tiraq. de reuoc. don. in verbo reuertatur, nu. 406.
b Conſ. illud Alciati eſt [illegible]
c Ergo etiam ob hoc poterit allegari per vtrumque Decian. conſ. 48 [illegible]
d Vbi ẽt dicit [illegible] caſu præſumi contractũ doloſum.

lib.3. Boſſ. ſua Praxi crimin. titu. de fiſco, & eius priuileg. num. 55. Balb. ſuo tract. præſcript. quinta parte principali, quarta particula, quæſt. 6. num. 5. & particula quinta, q. 9. num. 2. Soc. iun. conſ. 76. num. 94. vol. 1. & quòd requiratur præſcriptio centenaria ratione publicę vtilitatis, notat Gabriel ſuis communibus, tit. de præſcript. concl. 13. nu. 12. licet alias ſufficeret in prohibitis alienari, præſcriptio longiſſimi temporis, vt ibi per eum, nu. 9.

SVMMARIVM.

Notarius qui non ſit in dolo etiam quod ſit in lata culpa excuſatur, num. 209.

nn Rogare non audeant.

209 EXcuſantur† tamẽ notarij, prout etiam excuſatur contrahens, in caſibus ſupra notatis, in verbo, ſub pœna, excuſatur præterea notarius, ſi non ſit in dolo, etiam quòd ſit in lata culpa, ita Plot. d. conſ. 19. num. 8.

oo Sub eadem pœna.

PRetij, ſcilicet rei, cum ipſe non poſſit amittere rem, quam nõ habet penes ſe.

SVMMARIVM.

Pœnam fiſco cogitur ſoluere, qui ſoluendo eſt, numero 210.

Pauperem aliquem eſſe ad interfigiendum pęna pecuniariæ ſolutionem non præſumi, num. 211.

Paupertatis prætextu ut pęna commutetur in corporalem, quid probandum, num. 212.

pp Quam ſi ſoluendo non erunt.

210 SI autem † ſit ſoluendo, & nolit ſoluere, ſed potiùs luere in perſonam, non auditur, ſed cogitur, ita notat Saly. in l. quicunque, num. 14. verſ. quæro quid ſi ſit locuples. C. de ſeruis fugitiuis.

211 † Qualitas autem iſta quòd non ſit ſoluendo, debet probari per ipſum eam allegantem, vt in ſimili notat ſignanter, Brun. iun. tract. de ceſſion. bonorum, q. 26. princ. nu. 1. cum ſeq maxime, num. 5.

212 † Qualiter autem probetur paupertas notat B[illegible] queſt. 26. numero nono, vſque ad [illegible] Caualch. tract. de vſufructu, numero 226. verſ. & illa paupertas.

SVMMARIVM.

Pęna pecuniaria pauperem in corporalem mutatur, num. 213.

Pœna pecuniaria pauperi mutatur in corporalem licet parti debeatur, nu. 214.

Pœna parte recuſante non mutatur in corporalem, num. 215.

Mulcta, vt commutetur ob miſerabilitatem, numero 216.

Debitor ex contractu, ſi non eſt ſoluendo non plectitur, num. 217.

Pęna ob leue delictum non mutatur in corporalem, num. 218.

Pęnam corporalem loco pecuniæ iudex non poteſt imponere, num. 219.

Pęna corporalis loco pecuniæ non euitatur ceſſione bonorum, num. 220.

Pęna pecuniaria in corporali ſi mutatur non poteſt differri in carceribus, num. 221.

qq Punientur in perſonam.

213 IDem † de iure cõmuni, ex quo agitur de pęnali debito, per l. quicunque. C. de ſeruis fugitiuis, vbi ſcribentes notant, Brun. iun. d. tract. ceſſ. bonorũ, q. 4. princip. q. 9. nume. 3. & q. 17, nume. 2. in
214 principio. † Quod procedit, ſiue pœna ſit applicanda fiſco, ſiue parti, vt notat Sali. d.
215 l. quicunque, nu. 13. C. de ſeruis fug. † declarando, vt habeat locum in pœna applicanda parti, ſi ipſa pars voluerit aliàs non poteſt commutari, ita ſignanter Brun. d. q.
216 17. num. 2. † hæc vlterius pœnæ commutatio de pecuniaria in corporalem in caſu etiam miſerabilitatis, non habet locum in mul-
217 cta, vt notat Brun. d. q. 17. num. 3. † ſecundo non procedit, vbi quis ſit debitor ex contractu, vel ſimilibus, vt notat Salicet. d. l. quicunque, numero 13. C. de ſeruis fugiti-
218 uis, † tertiò declaratur dicta concluſio, quòd ex minimia pęna pecuniaria pro leui delicto, pœna corporalis pauperi non eſt infligenda, ſed condonanda per l. illicitas. §. fin. ff. de offic. præſid. ita Bald. d. l. quicunque, col. 2. num. 6. ad finem, pro cuius veritate, licet videre not. in addit. ad Salicet. d. l. quicunque, num. 13. in littera C. in verbo licet in corpore.
219 † Pœnam tamen corporalem loco pecuniariæ, etiam vbi debitor non ſit ſoluendo, niſi hic eſſet impoſita, non poſſet iudex nõ habens merum Imperium impingere, per text. in l. finali. ff. de in ius vocando, notat Salicet.

Salic.d.l.quicunque. numero 14. C.de ſeruis fugit. quod notat pro ſingulari.

220 † Pœnam corporalem non euitat pauper, etiam non ſoluendo, volens cedere bonis, ita not.Brun.iun.d.tract.ceſſ.bonorum, quarta parte principali, quæſt.9.num.3.

221 † Nō poteſt pariter huic pœnæ obnoxius exiſtens non ſoluendo eligere, quod retineatur in carceribus, donec ſoluat, vel fideiubeat, & ſic differre corporalem pœnā, ita notat ſignanter Salicet. d.l.quicunque. numero 14. verſiculo quæro 2. C.de ſeruis fugitiuis.

S V M M A R I V M.

Arbitrium, vt reguletur remiſſiuè. num.222.

rr Arbitrio Principis vel Senatus.

222 QVomodo † autem debeat regulari huiuſmodi arbitrium, latè diſcutit Caſſan.in conſuet.Burgūnd.Rubr.4.§.quinto. in textu, Al' arbitraige, Crauet. conſilio 224. numero 2. cum ſequen. Menoch. tract. arbitrar. libro primo, quæſtione 86. cum ſequent.

S V M M A R I V M.

Alienatione prohibita an prohibeatur teſtamentum.

ſſ In contractibus faciendis.

SEcus ergo in alienationibus per vltimam voluntatem, quia regula remanet prohibitiua in eis.

S V M M A R I V M.

Hypotheca non transfertur dominium.num.223.
Alienatione prohibita, pignus prohibetur pro tanto, quantum valent bona.num.223.

tt Hypotheca conſtitui poſſit.

223 HOc † eſt, quia ex ea non transfertur aliquod dominium, vt ſupra notatū eſt, per textum in l. in quorum. ff. de pign. notat Iaſ.in l.finali, numero 79. & 80.C.de iure emphyt. ita in hac ſpecie notat Plot. d.conſil.19.numero 20. verſiculo ſexto, licet contrarium teneat, Felynus in capit.finali, num.4. de accuſat. quod fortè procedit, vbi ſit factum pignus pro tanta ſumma. vt nulla ſit ſpes luitionis, per text. in l.qui habebat.ff.de leg.3.notat Brunus tractatu ſuper conſtitut. in verbo, forenſis, verſic. forenſis prohibitus emere poteſt in pignus accipere.

S V M M A R I V M.

Alienatione prohibita ex regula prohibetur etiam datio inſolutum. num. 224.

uu Non prohibetur etiam non ſubdito accipere bona debitoris inſolutum, vel ab eo.

224 SEcus † eſt de iure cōmuni, quia hoc modo facilè fieret fraus decreto, nam venditores, vt euitarent diſpoſitionem huius decreti, fingerent ſe debitores, & deinde darent inſolutum coacti etiam à iudice, vt infra dicetur, ita Fabianus tract. de empt. & vendit.tertia parte princip.numero 46. hic autem ideirco permittitur, quia cogitur accipiens inſolutum intra annum vendere, & ſic tunc ceſſat ratio huius decreti in principio notata.

S V M M A R I V M.

Alienatione prohibita, non intelligitur de neceſſaria. numero 225.
Alienationi neceſſaria, ſi debitor ſpontè conſentiat tenet alienatio. numero 226.

xx Vel à iudice.

225 IDem † de iure cōmuni, ita notat originaliter Albericus in tractatu ſtatut.parte ſecunda. quæſtione ſecunda. in principio, Fabianus de Monte, tract. de empt. & venditione. tertia parte principali, numero 46.idem Curtius Sen.conſilio 29.numero 14.& is.idem notat Iaſ.in l.cætera.§.ſed ſi parauerat, numero 12.ff.de leg.1. Brunus in tract.ſuper Conſtitut. in verbo, acquirere verſic. prohibitus acquirere non poteſt inſolutum, latè notat Gloſ. Pariſ. in §.13. gloſ.5. numero 48. latius Tiraquel. tractatu retractus lignag. §.1. Gloſa 14. num. 11. & num.18. Clarus dicta ſua Praxi criminali.§.finali.dicta quæſtione 82.ad ſecundum ſtatutum, verſic.fin.Roland.à Valle conſilio 21. numero 18.volum.primo,

226 † ideo infertur eo caſu, ſi ſupra plus illorum bonorum datorum inſolutum, debitor ſpontè vendiderit eidem, cui data ſunt inſolutū, quòd teneat venditio, quia hic dicitur caſus mixtus, vt in his terminis notat, Plot. dicto conſilio 19. [illegible] verſic. 21. tenetur tamen [illegible] inſolutum, vel emens pro [illegible] intra annum, [illegible].

Dum-

SVMMARIVM.

Alienatio neceſſaria in non ſubditum valet.

aaa Dummodo intra annum ſubdito vendat.

IN hoc corrigitur diſpoſitio iuris communis, quando fit alienatio neceſſaria per dationem inſolutum à iudice, quia tunc non tenetur de iure non ſubditus vendere ſubdito, vt notant ſcribentes locis allegatis.

bbb Alioquin fiſco applicetur.

DEclarando vtſupra notatum, in verbo, in fiſcum.

SVMMARIVM.

Ciuilitas conceditur de conſenſu partis: ciuilitas non retrotrahitur, num. 227.

Ciuilitas patris tranſit in filium, nu. 228.

Diſpenſationes, vt forenſis acquirat, ſunt cum conditione habitandi, num. 229.

Diſpenſatio facta, ut forenſis poſsit acquirere non praiudicat tertio, num. 230.

Forenſis ob benemerita in ciuitatem debet diſpenſari libere, vt acquirat, num. 231.

ccc Per Principem, vel Senatum diſpenſari.

LOquitur decretum in hac parte de diſpenſationibus particularibus, non autem de diſpenſatio-
227 nibus, in forma ciuilitatis † quæ ciuilitas debet concedi de conſenſu partis, & ſi fiat abſenti, eius ratificatio requiritur, quę quidem retrotrahitur ad tempus conceſſionis in præiudicium tertij, vt notat Alciat. conſ. 200. nume. 10. vſque ad fi-
a nē, *a* & † ciuilitas acquiſita patri acquiri-
228 tur etiā filio, ita Alciat. d. conſ. 200. ad finē.
229 † Solent autem hæ diſpenſationes particulares quotidie fieri per Senatum, addita clauſula, & conditione, quod veniant habitatum, vel vendat ſubdito intra annum, anno autem 1578. de menſe Iunij proxime præterito à Senatu fuit conceſſa diſpenſa-
b tio etiam poſt alienationem *b* factam per vltimam voluntatem, in qua erat inſtituta mulier non ſubdita Mag. D. Iſotta Brambata, quę quidem etiam facta fuit mortuo teſtatore alienante eius filio poſt continuationem, & apprehenſionem bonorum illorum hæreditariorum factam per Mag. Iureconſultum D. Socinum Siccum, & fratrem illius defuncti ab inteſtato, & in contradictorio partium addita clauſula, ſaluo iure tertij, quæ ſolet addi in omnibus diſpenſationibus ſimilibus, motus fortè fuit Senatus per allegatam concluſionem commu-
c nem ſupra notatam, *c* in verbo, nec alienare, quòd alienatio recōualeſcat, ſi quis fuit ſubditus antequam ei tradita fuit poſſeſ-
230 ſio, vel eā apprehendat † punctus eſt quod hæc diſpenſatio nō debet præiudicare iuri tertij., qui medio tempore apprehendit, & ius fuit ei acquiſitum, vt notat in his terminis pulchre Alciat. conſ. 56. nume. 16. & conſ. 479. num. 41. verſ. non obſtat, quod iſti forenſes, Barbat. conſ. 43. num. 3. verſ. preterea, vol. 1. & in hac ſpecie etiam Plot. dicto conſ. 19. num. 43. tamen re diu diſcuſſa, & trutinata in Senatu, in dicto caſu ſancitum anno 1580. de menſe Auguſti, eam diſpenſationem tenuiſſe, etiam in præiudicium venientium ab inteſtato, qui interim apprehenderant dicta bona alienata per vltimam voluntatem, in non ſubditum.
231 † Diſpenſationes hæ reſpectu benemeritorum alicuius verſus ciuitatem, vel Principem deberent fieri abſque conditione aliqua, vt notat Bald. conſilio 53. volumine ſecundo.

ADDITIONES.

a Immo non retrotrahitur ſecundum Alciat. ibi in d. conſ. 200. aliàs conſ. 34. col. fi. lib. 2.

b Supra num. 82.

c Supra nu. 64. & 69.

SVMMARIVM.

Tempus legale eſt peremptorium, nu. 232.

Tempus legale non poteſt à partibus prorogari, vel ſuſpendi, nu. 233.

Regiſtratio diſpenſationis poteſt fieri intra decem dies à die contractus, num. 233.

ddd Intra decem dies.

232 TEmpus † hoc ſtatutarium, vel legale, eſt peremptorium, vt notat Caſtrenſ. conſil. 167. in antiquis, quod eſt conſ. 20. numero 13. vol. 3. Orian. in cap. quoniam contra, cap. primo, de dilat. nu-
233 mero quinto, de probat. † nec poteſt à iudice, vel partibus prorogari, vel ſuſpendi, ita Alex. conſilio 74. ad finem, volumine quarto, declarando, vt ibi per eum, idem Craueta, conſilio 179. numero ſecundo,

latius

latius notat Aſin.ſua Praxi iudiciaria, §. 1. a c.8.cum ſeq. a

A D D I T I O.

a Sufficit autem quod hæc regiſtratio fiat intra decem dies à die contractus, prout cenſuit Senatus facto verbo per vnum ex Magn.D. fiſcal. in Illuſt. Magiſtr. cùm non interſit ante ſcire de diſpenſatione quæ non habuit effectum.

S V M M A R I V M.

Quaſtorum officium, num.234.
Quaſtorum officium eſt idem cum officio procuratoris Cæſaris, num.235.

e e e Apud quæſtores extraordinarios.

DE quibus cauetur ſupra titulo. de officio quæſtorum extraordinariorum.

234 †Quæſtorum horum officium aſſimilatur officio procuratoris Cæſaris antiquitus, vt not.Caſtr.in l.recuſare §.ſi fiſco, ad finem, ff.ad Trebell.not.cap.deciſ.197.numero 2.
235 † quòd autem differat ab officio procuratoris Cæſaris, notat, Curt.iun. conſilio 19. numero 9.

S V M M A R I V M.

Tempus ſtatuti debet ad vnguem ſeruari, numero 236.

f f f Aliàs ſit nullius momenti.

236 IDem † de iure communi, nã tempus ſtatuti debet ad vnguem obſeruari, aliàs actus fit irritus, ita notat, Cotta ſuis memorab.in verbo, tempus conſtitutionis, nec ſolet Senatus ſimilibus temporibus apponere manum.

S V M M A R I V M.

Subditus, qui non eſt poteſt non ſubdito alienare, numero 237.

g g g Alicui ſubdito.

237 ET † ſic non comprehenditur in hoc decreto, quin non ſubditus poſſit ſuccedere ab inteſtato non ſubdito, cum tantum prohibeatur ſuccedere ſubdito, poterit ẽt non ſubditus habens bona in dominio ea alienare non ſubdito, ita Ripa c.2.nu.12.& 14.libro primo. reſponſ. Cœphal. in conſilio 161.num.9.cum ſeq.vol.2.Plot.conſ.19. num.27.Hippol.Riminal.conſ.15. nu.65.& 66, vol.1.Burſ.conſ.8.num.27.vol.primo,& a ſupra notatum, in verbo, cuiuſuis ſtatus. a

A D D I T I O.

a Non procedit in dote materna.Bald.conſilio 411. lib.1.& ita per Senatum die 9. Iunij 1561. & die 25.eiuſdem ad fauorem illorum de Colalto.

S V M M A R I V M

Alienatione prohibita, & acquiſitione prohibetur etiam ſucceſſio ab inteſtato, nu.238.
Alienatione prohibita per contractum non prohibetur ſuccesſio.
Alienatione prohibita ſub pœna, prohibetur etiam ſuccesſio, nu.239.
Succedere prohibitus ex teſtamento, prohibetur etiam ab inteſtato, num.240.
Succesſione prohibita alicui, non prohibetur filio, numero 241.
Succesſio prohibita, non trahitur ad mobilia, & credita, num.242.
Eo amplius, eſt clauſula repetitiua, nu.243.
Mobilia dotalia, & minoris poſſunt alienari ſine ſolemnitate.
Forenſis ſi inſtituatur cum ſubdito, ille mobilia, hic alia capit, & tenentur ad ratam creditoribus, nu. 244.cum ſeq.
Nupta forenſi non prohibetur ſuccedere ſubdito, numero 246.
Nupta forenſi ſi habitat Mediolani ſuccedit, & eſt capax, num.247.
Pœna non apponitur a lege, vbi factum hominis non interuenit, num.248.

h h h Ab inteſtato ſuccedere non poſſint.

238 IDem † de iure communi, quando decretum eſt, quod non poſſit alienari quoquomodo, vt in his terminis notat Boſſ.ſua Praxi criminali, tit.de Principe, & eius priuileg.numero 340.Burſ.conſ.8.nu.21.vol.1.& conſ. 36.num.5.& conſ.37.num.1. ad finem cum ſeq.vol.eod. ſecus ſi ſimpliciter prohibitũ alienari per contractum, vel vltimam voluntatem, vt notat Caſtrenſ. conſ.60. nu.1. vol.2.Saly.l.ea lege num.18.C. de cond.ob cauſam, declarat Io. Crott.l.filiusfam.§.diui.numero 71.& 72.ff. de leg.primo. Corn. conſ.111. nume.6.vol.3. Gallia in conſuet. Galliæ, in verbo, legare, q.10.numero ſexto, cum

239 cum ſeq. † idem quando eſt appoſita pœna applicanda fiſco in prohibitione alienationis in non ſubditum, quia etiam eo caſu non ſubditus excluditur à ſucceſſione inteſtati, vt notat in his terminis Burſa. conſ.37.nu.13.vol.1. ſicut etiam prohiberetur ei relinqui per vltimam voluntatem, vt ſupra notatum, in verbo, expreſſum.

240 † Prohibitus tamen capere ex teſtamento, prohibetur etiam ab inteſtato ſuccedere, vt notat Gallia, d.q.10.nu.13.

241 † Non cenſentur tamen prohibiti filij, non ſubditi ſuccedere patri ſubdito, qui deceſſit, vt notat in ſimili Riminald. ſen. conſ.307.nume.17. & 18.vol.2. in hac ſpe-
a cie *a* Burſ.conſ.8.nu.33. vol.1. & conſ.35. nu.11.vol.1.Plot.d.conſ.19. nu.75. cum ſequentibus, verſ.34. idem Angueſola Placẽ. in conſ.vlt. nume.9. in conſilijs in materia feudorum.

Non cenſetur pariter prohibita ſucceſſio in bonis mobilibus, ſe mouentibus & creditis, prout etiam ſupra notatum non comprehendi in decreto prohibitionis a-
242 lienationis immobilium, † ſuadetur hoc ponderata clauſula hac eo amplius, quæ repetitiua eſt præcedentium cum omnibus qualitatibus, per l.ſi ſeruus.§. ſi quis ita.ff. de leg.1.& l.ſi ſic.ff.de leg.3. ita Alber. ſuo
243 dictionar. in verbo eo amplius † facit pro hac opinione in ſimili quòd mobilia, & mouentia non comprendantur, quia ea etiam quod ſint minoris, vel dotalia poſſunt alienari abſq; ſolemnitatibus aliquibus l.lex quę tutores. C. de adminiſtr.tut. & l.vnica,§. cum lex. C. de rei vxor.act. & quod non comprendantur mobilia, pecunia, & credita, ſic declarauit Senatus in cauſa hæreditatis D.Ioannis Scalchi ex Magnif.Vicarijs Generalibus, anno 1548. 26.
244 Maij, vt ſupra notatum, † quò quidem caſu hæreditas diuidetur, vt non ſubditus capax mobilium pecuniarum & creditorum admittatur in eis, in alijs autem immobilibus, & cæteris prohibitis, admittatur alius ſubditus, vt ſimili notat Caſtr.in l.exigere, nu.4.vbi Angel.& Curt.num.21.ff. de iudi-
245 cijs. † eo vlterius caſu, ſi adſint creditores huius hæreditatis ad ratam diuiſionis bonorum conuenire debent hæredes prout idem dicitur in bonis publicatis pro parte, & pro parte non, quia ad ratam tenetur fiſcus, & debitor condemnatus, vt tradit Auguſtinus in addit.ad Angelum tract. de malefic.in verbo, & cui bona publicamus, num.9. reprobata opinione Imolæ tenentis contrarium in l.ex facto, nu. 16.verſ.vnde dubitatur, ff.de hæred.inſtit. & conſ.35. nu.24.cum pluribus ſequent.quod idem tenet Clar.ſua Praxi Crim.§.fi.q.78. verſ.ſed
246 quæro an hoc. † mulier etiam nupta foreſi non prohiberetur, quin poſſet ſuccedere ab inteſtato ſubdito vbi decretum excluderet forenſem tantum, & non diſponeret etiam quo ad ſucceſsionem ab inteſtato, cum non mutet originem, quo ad ſucceſſionem, vt not.Bart.in l.fi.§.item reſcripſerunt, num.5.ff.ad municip.Brun.tract.ſtat. fem.exclud.art.7.q.7.notat Alberic. etiam in tract.ſtatut.ſecunda parte, q.10. Abb. c. propoſuiſti, nu.6.vbi Soc. num.13. de foro compet.Caſtr.in l.rei iudicatæ §. fi. nu.7.ff.
b ſolut.matr.Alex.conſ.20.ad finem, vol.2. *b*
247 † Tamen mulier alibi nupta, etiam in caſu huius decreti, ſi veniret habitatum ad locum originis admitteretur, quia diceretur ſubdita proprie etiam ratione domicilij, vt ſupra notatum, in verbo, huic dominio non ſubditam in princip.
248 † Pœna aliqua in hoc caſu non apponitur à Decreto, ex quo aliquod factum hominis non interuenit in hoc, & ſic mitius cum eis agitur.

ADDITIONES.

a Cœph.conſ.161.nu.16.lib.2.
b Nupta Placentiæ poteſt ſuccedere in dominio.

FINIS.

IN CAPITVLVM OMNIVM NOV. CONSTITVTIONVM.

Titulo de Iure, & Priuileg. Fiſci.

A OMNIVM, qui [b] in contumatiam, [c] vel conuicti, [d] condemnati erunt, [e] ad mortem, [f] etiam ſi vltimo ſupplicio vita priuati non fuerint. [g] Ex eo quod commiſerint, [h] vel committi mandauerint [i] aliquod [k] ex his criminibus ſcilicet, [l] Læſæ Maieſtatis [m] Fabricationis falſæ monetæ, [n] Veneficij, [o] Homicidij, [p] Aſſaſſinamenti, [q] Raptus Virginum, aut mulierum [r] honeſtè viuentium, [ſ] tam religioſarum, [t] quàm non, [u] Robariæ, [x] Incendij domus habitatæ, [aa] Falſificationis, aut falsò mutationis [bb] Sigilli Principis, [cc] Cancellariæ, aut Curiæ eiuſdem. [dd] Item falſi circa inſtrumenta, & ſcripturas [ee] Principis, [ff] inuaſionis hoſtili more [gg] in Dominium noſtrum, & [hh] in vias publicas, [ii] & etiam alia delicta committentium. [kk] In quibus tamen de iure communi, [ll] municipali, [mm] vel ex præſentibus conſtitutionibus [nn] imponatur pœna confiſcationis bonorum [oo] bona & [pp] iura [qq] ipſorum [rr] malefactorum [ſſ] verè, [tt] vel fictè, [uu] vbique ſita, [xx] vel reperta. [aaa] Fiſco [bbb] publicentur; [ccc] & ipſo iurè, & facto [ddd] publicata, [eee] incorporata, & [fff] confiſcata [ggg] fiſco, [hhh] paritérq; apprehenſa ſint, & eſſe intelligantur [iii] à die commiſſi criminis etiam [kkk] ſi per ignorantiam, [lll] vel negligentiam, [mmm] aut impoſſibilitatem [nnn] officialium, [ooo] vel àliter [ppp] verè, & actu [qqq] non fuerint apprehenſa. [rrr] Iure tamen legitimæ [ſſſ] aſcendentium, [ttt] & deſcendentium [uuu] reſeruata, [xxx] ſaluo quòd in Crimine Læſæ Maieſtatis [a] diſponatur de legitima, [b] prout iure communi cautum eſt, §. [c] Nec opponi poſſit, [d] quòd non appareat de aliqua apprehenſione, [e] nec incorporatione, [f] nec de aliquo proceſſu, [g] & quolibet tempore [h] executio, [i] & apprehenſio fieri poſſint, [k] nulla præſcriptione admiſſa [l] nec obſtante. §. [m] nec poſſint [n] de huiuſmodi bonis [o] applicatis cameræ [p] fieri aliqui contractus, [q] vel diſtractus, [r] aut aliquod inſtrumentum, nec aliquid aliud, [ſ] quod proprietatem, [t] vel poſſeſſionem reſpiciat [u] in præiudicium fiſci, [x] vel habentis datum a fiſco, quod ſi ſecus factum fuerit, [aa] ipſo iure, & facto [bb] ſit irritum, & inane, §. hæc tamen conſtitutio non comprehendit [cc] contractus [dd] ex cauſa onerosa factos [ee] bona fide [ff] poſt annum, [gg] à die commiſſi criminis numerandum. Et hoc [hh] quando crimen occultum eſſet.

In

IN CAPITVLVM OMNIVM NOV· CONSTITVTIONVM·

Titulo de Iure, & Priuileg. Fiſci.

SVMMARIVM.

Decretum nou.conſt.de confiſcat. bono. eſt correctorium iuris communis, num. 1.

Deportationem ſequebatur olim confiſcatio. bono. num. 2.

Relegationem (niſi expreſſum eſſet) olim non ſequebatur confiſcatio.bono. num. 3.

Libertatis, vel ciuitatis ademptionem olim ſequebatur confiſc.bono.nu.4.

Auth. bona damnatorum eſt correctoria, numero 5.

Damnatorum bona ex Auth. applicabantur aſcendentibus deſcendentibus, & a latare, nu.6.

Damnatorum bona applicantur ex iure Auth. non obſtante ſententia alicuius iudicis contraria, numero 7.

Damnatorum bonorum iure Auth. bona damnatorũ defendiſse a tranſmittuntur ipſo iure, nu.8.

Auth.bona damnatorum limit.octo.nu.9.

Confiſcatio bonorum quędam tacita (& de ea loquitur Auth.bono.damnato.) quadam expreſſa, numero 10.

Confiſcatio bonorum tacitè venit ad omnia crimina capitalia, nu.11.& 12.

Confiſcatio bonorum non habet locum per totum mundum niſi in crimine hæreſis, & læſa maieſtatis, num.13.

Confiſcatio bono.non habet locum niſi exprſsè ſtatuto caueatur, num.14.

Bona damnatorum confiſcantur ex conſuetudine locorum, num.15.

Auth.bona damnatorum limit.vbi quis tantum in pecuniam damnatur, itẽ limi. quando fit cõdemnatio ſolum confiſc.bono.num.16.

Auth. bona damnatorum facta eſt, vt minuerentur pęnæ omnes, num.17.18.& 19.

Confiſcationes bonorum ex alia cauſa quam delicti non ſunt ſublata per Auth.bono.damnato.numero 20.

Auth. bona damnator corrigitur Decreto Mediolani cap.omnium nou.conſt.num.21.

Cap. omnium nou. conſt. de iure, & priuil.fiſci vti exorbitans debet reſtringi, num.22.

Capitis omnium, nou. conſt. Mediolani decretum valet, num.23.

Damnatorum bona, an iure debeantur fiſco, an ciuitatibus, num.24.

Fiſci iura nemo habet niſi Camera Imperialis fallit niſi ex priuilegio, num.25.26.

Confiſcare bona non poteſt ciuitas, niſi excepta in pace conſtantiæ, num.27.cum ſeqq.

Fiſcum dicitur habere ciuitas qua habet omnimodam iuriſdictionem, vt pœnas exigat, numero 30.

Barones, an habeant fiſcum, num.31.

Fiſcum epiſcopus non habet, niſi ex generali conſuetudine, nu.32.cum ſeq.

Confiſcatio, an permittatur cuilibet iudici, numero 34.

Confiſcandi ius non ea de cauſa competit, quòd quis habeat facultatem damnandi ad mortem, numero 35.

Confiſcatio non venit in generali delegatione, numero 36.

Confiſcat bona tunc iudex, cum dicit, nudus exula, num.37.

Confiſcationem bonorum non poteſt iudex per præceptum comminari niſi in enormiſſimis, numero 38.

Teſtis poteſt citari ſub pœna confiſcationis bonorum num.39.

DEcretum hoc ſumptum ex an-
1 tiquo, anni 1422.† eſt correcto
rium iuris communis Authen
tica vulg. bona damnatorũ, a
2 nam † licet antiquitus ex de-
portatione alicuius, ſequeretur tacitè con-
fiſcatio bonorum, l. deportatorum. C. de
3 pœn. † non tamen ſic in relegatione, niſi
clarè

ADDITIO.

a Statuta, & decreta de publicatione bonorum eſſe iuris cõmunis correctoria, & ſtrictiſſime prout iacent interpretanda ſcribit, Pereg. de iure fiſci, lib.5.num.47.

clarè expreſſum fuiſſet in ſententia, di-
cta lege deportatorum, Boſsius ſua Pra-
xi tit.banniti quid amittant, numero deci-
4 mo.† Rurſus, quãuis tacitè publicatio bo-
norum ſequeretur antiquitus, vbi libertas
adimeretur, vel ciuitas, vel imponebatur
pœna mortis, per l.primam, vbi Gloſ.Bart.
ſcribentes.ff.de bonis damnatorum, reſer-
uata certa portione filijs, vt notatur d.l.1.
& firmat Boſsius dicto titulo banniti quid
amittant, numero decimo. verſiculo ſimi-
liter, Conrad.Laudenſ.ſua Praxi lib.1. c.9.
vt ibi cauetur. §.3. de publicat. bonorum,
numero ſecundo: tamen ius antiquum, per
5 dictam authenticam, fuit correctum, † &
notat Oldrad. conſilio 17. numero nono.
Alberic. tract. ſuper ſtatutis, libro primo.
quæſtione 151. numero 78. & 12. Auguſt.
tract. malefic. verſic. & bona. publicamus,
numero tertio. & 30. cum addit. Ang. ibi,
declarat Salic.d.authẽt. bona damnatorũ,
num.ſecundo, Cœpol. conſilio 19. numero
35. Marſil. tract. bannit. verſic. confiſcata,
num.2.& 5.in l.finali.num.189.ff.de iuriſd.
omn.iud. Diaz.reg.165. damnatus, vbi po-
6 nit regulam, † tunc bona applicari aſcen-
dentibus, & deſcendentibus, & ex latere,
vſque ad tertium gradum incluſiuè, am-
pliando, & limitando, vt per eum ibi, no-
tat late Conrad.d.§.3.de publicat.bonorũ,
numero 12. limitando vt late per eum, nu-
meris ſeq. notat etiam Io.Annibal in l.poſt
contractum, numero 345. cum ſeq.ff.de do-
nat. communem dicit Clar.ſua Praxi.§.fin.
quæſtione 78.in prin. Plot. conſilio 30.nu.
88.Oſaſc.deciſ.94.num.5. Cœphal.conſilio
a 70.num.10.vol.1. a † Cuius authenticæ di-
7 ſpoſitio procedit, etiam quòd iudex in ſen
tentia pronunciaſſet bona dãnati fiſco ap-
plicanda eſſe, quia eius ſententia non te-
neret, ita Marſ. d.verſic. confiſcata, num.2.
& in l.finali.nu.189.ff.de iuriſd.omn.iudic.
Diaz. d. reg.165. ampliat. 2. Careriꝰ ſua
Praxi. §.circa vltima parte, num.29. Rol.à
8 Val.conſ.98. nu.4. vol.2. † & acquiritur il-
lis perſonis, etiam ſine agnitione, & tranſ-
mittitur ad hæredes, vbi hæreditas ſit ſol-
uendo, ita not. Bart.conſilio 157.nu.4.& 5.
9 † Declaratur autem octo modis non proce
dere d. authentica, relatis per Diaz. dicta
10 reg.165. inter cæteras limitatur, † vt tan-
tum ſibi locum vendicet d. auth. quando
tacitè fiebat antiquitus confiſcatio bono-
rum, ſi autem fiebat expreſsè confiſcatio
per legem, tunc non inducitur correctio
legis antiquæ, per d.authenticam, ita not.
Alberic.tract.ſtat.lib.3.quæſtione 18. num.
primo. idem Nellus tract.bannit.1.parte 2.

temporis, q. vndecima. communem dicit
Boſſ. d.tit. banniti quid amittant, num.10.
verſ.& bonorum, licet tit.de bonor.publi-
cat.nu.1. verſic.& primo, licet alleget Are-
tinum dubitantem. Communem etiam di-
cit Caſſan. in conſuetud. ſuis Rubr. 2. §.1.
in textu, Qui confiſque le Corps, num.deci
mo.verſic.confiſcatio, nu.vndecimo.refert
Hugo.ad Ang.d.verſic.& eius bona, nu.38.
verſic. & ideo refert, idem Carerius dicto
§.circa in vltima parte, nu.34. Conrad.d.§.
3. de publicat. bonorum, numero vndeci-
mo, declarando, vt per eum, Io.Annibal in
l.poſt contractum, numer.349. ff.de donat.
Diaz.d.reg.165. limitat.5. communem pa-
riter dicit Clar.dicta quæſtione 78.in prin.
ibi, ſcias etiam. Poſtremo, communem di-
cit Cœphal.dicto conſilio 79.num.4. vol.1.
11 † Dicitur autem tacitè venire cõfiſcatio bo
norũ, in omnibus criminibus capitalibus,
12 vt ibi per Cœphal.nu.18.† Expreſsè autem
à lege, quando expreſsè, & in indiuiduo à
lege inducitur corporalis pœna, & confi-
ſcatio bonorum, non ſub generali vocabu-
lo, exemplificando, vt per Cœph. d.loco,
numero 22. cum tribus ſequent. ita quòd
de iure communi non veniret tacita confi-
ſcatio, vt ſignãter docet ibi, numero vige-
13 ſimoſeptimo vſq; ad finem. † Tamen quic-
quid ſit de iure communi quoad hanc li-
mitationem, totus mundus ſeruat, quòd
bona non confiſcantur in aliquo, excepto
crimine hæreſis, & læſæ Maieſtatis, ita Al-
beric. dicto titu.ſtatut. libro 3.quæſtio. 18.
ad finem, Marſil. dicto verſic. confiſcata, nu
mero 5. cum notatis per Diaz. regu. 165.
14 † Niſi ex diſpoſitione ſtatuti, vel conſuetu-
dinis locorum aliter caueatur, Dec.conſi-
lio 44. numero tertio & ſexto. Roland. à
Valle conſilio 99. numero tertio. & conſil.
98.numero quinto. volumine ſecundo. &
conſilio 29. numero ſecundo. volumine 3.
Clar.dicta quæſtione 78.in princ.verſic.ſed
15 certe.† Adſunt etiam conſuetudines loca-
les, quòd omnia bona damnatorum publi-
centur, Clar. dicto loco, ibi. Reperio ta-
16 men † alia limitatio traditur ad dictam au-
thenticam, vbi quis condemnetur tantum
in pœna pecuniaria, non capitaliter, ita
Bal.l.data opera, numero 60. C.de his qui
accuſ.non poſſ. vel ſi tãtum pars bonorum
con-

ADDITIO.

a Ad materiam auth. bona dãnatorum. vide Bal.lib.
deciſ.260 §.de Rauen.ſing.114.Bar.& ſcrib.in l.1.
ff.de bon.dam.& in conſ.157.lib.1. Theſſaur. de-
ciſ.198.Aufred.ad Capell.Toloſ.q.150. Oſaſc.de-
ciſ.105.num.5.& 11.Ceph.conſ.79.num.22.lib.1.

confiſcatur,ita Alberic.d.lib.3.ſtatut.q.18.
num.1. Diaz d.reg.165.limitatione 1.con-
trarium autem tenet Io. Annibal in d.l.ſi
poſt contractum, numero 350. & numero
351.ff.de donat.qui caſus notatur à Claro,
17 d.§.fin.quæſtio.79. † alia etiam traditur,
quando fit condemnatio ſolum confiſca-
tionis bonorum,non pœnæ corporalis, ita
Cephal.d.conſ.79.nu.1.&2.iunctis.nu.19.
&20.vol.1.

18 † Demptis limitationibus traditis per
Diaz d.reg.165.per dictam Authenticam
bona damnatorum,damnati bona nõ confi
ſcantur exiſtentibus perſonis expreſſis, in
d.Auth.ita Boſſ.d.tit.banniti quid amittat,
numero 10.

19 † Quæ quidem Authentica confecta eſt,
vt minuerentur pœnæ corporales, & pecu-
niariæ,ita Alberic.d.quæſtio.18.numero 2.
20 † vbi autem bona fiſco antiquitus defere-
bantur alio iure,quam ex delicto,non ſunt
pariter correcta iura antiqua per d.Authẽ-
ticam.teſte.Alberic.d.tract.ſtatut. libro 3.
21 quæſt.19. numero 24. † ex quo autẽ ex hoc
decreto publicantur fiſco bona damnato-
rum in criminibus hic notatis, & diſpoſi-
tis de iure communi,correcta remanet di-
ſpoſitio dictæ Authenticæ,& fit reditus ad
ius antiquum, ita Boſſ.tit.de bonorum pu-
blicatione,numero primo. Hiero.Gabriel.
22 conſ.172.numero 39. † dicitur tamen de-
cretum hoc correctorium iuris communis
memoratæ Authenticæ,& ſic vti correcto-
rium,& exorbitans debet reſtringi,& ſtri-
ctè interpretari,ita Alberic.d.3.libro ſtatu
torum quæſt.15. numero primo, ad finem.
Dec.conſi.438.numero ſecundo, ad finem,
& num.3.Socin.Sen.conſilio 221.nume.10.
vol.4.Rolan.à Valle,conſilio 97.nume.2.&
conſ.98.num.17.& 34.volumine ſecundo,
Plot.conſilio 30.numero 13.&numero 81.
idem Anchar.in quæſt.7. numero nono, &
23 decimo,parte ſecunda. † eſt tamen validũ,
vt tradit. Roland.à Valle dicto conſil.99.
numero ſecundo,& conſilio 98.numero 5.
volumine ſecundo , & conſ.29.numero 1.
volumine tertio.

24 † Vtrum autẽ Reges, Principes, & do-
minantes poſſint inducere per ſtatuta ſua,
vt bona damnatorum fiſco applicentur,
non ciuitatibus, quibus ſubſunt ſubditi,
diſcutit. Alberic. dicto tertio libro ſtatut.
q.19.vbi late.

25 † Nullus habet iura fiſcalia præterquam
Camera Imperialis, ita Alexan. conſ. tri-
geſimoprimo,numero tertio,volumine pri
mo, idem Marſ. in tract. bannit. in verbo
ciuitate, numero quinquageſimoprimo;
idem in Papa,notat numero quinquageſi-
26 moſecundo.† niſi ſit eis conceſſum ex pri-
uilegio in eius conceſſione,vel id præſcri-
ptum ſit,ita Alex.d.conſilio trigeſimopri-
27 mo, numero quarto. † ideò ciuitates non
habent ius confiſcandi bona ex delicto,
veluti vacantia, cum non habeant merum
Imperium, nec cognitionem delictorum
grauiorũ,Angel.tract. malefic. verſ. & eius
bona,nu.9.Nellus tract.bannit. prima par-
te 2.temporis ; quæſt. 17. verſ. quarta fuit
28 opinio. † Fallit in his, quæ non recogno-
ſcunt ſuperiorem,& habent merum,& mix
tum Imperium ; vel id habent ex conſue-
tudine ; vel ex priuilegio,prout Ciuitates
Lombardiæ,quæ fuere in pace conſtantiæ,
ita Bart. l. pri. numero 11.C. de bonis va-
cant.libro decimo,ita Alberic.lib.3.ſtatut.
quæſt.19. nume.quarto,Nellus d. quæſtio-
ſtione decimaſeptima, verſiculo quarto,
29 fuit opinio, † & dicit,Alberic.d. quæſt.19.
numero quinto,cum ſeq.fuiſſe hoc vſurpa-
tum per omnes ciuitates, idem Cæpolla ,
conſilio 17.num.28. Angel.d.tract. de ma-
lefic.verſ.& eius bona,num.5. Marſil.tract.
bannit.in verbo, ciuitate num.44. & 45. &
num.47.& 48.& verbo, confiſcata numero
primo.

30 † Habens merum Imperium,& omnimo
dam iuriſdictionem,dicitur habere fiſcum,
ad hoc,vt publicationes quas facit, & pœ-
næ ſibi competant,not. Boſſ. ſua Praxi. tit.
de Regal. numero 15. declarando , vt per
eum , & Roman.conſilio 59. nume. 2. & 3.
Alex.conſ.13.nu.15.verſ.ex prædictis, vol.
6.Afflict.in conſtit.Regni,rubr.3. de banni
tis , numero 40.libro ſecundo,quia publi-
catio dicitur meri Imperij,ita Natta.conſi.
306.nu.27.vol.3.

31 † Quid autem in baronibus, notat. Caſ-
ſan.in conſuetud.Burgund.rubr.2. des cõ-
fiſcatione.§.1.in textu , en appartient. nu-
mero quarto. Marſil. ſuo tract. de banni-
tis , in verbo , confiſcata , numero primo;
idem, in verbo , Læſæ Maieſtatis, nume-
ro 43.

32 † Epiſcopus cum non habeat fiſcum,nec
territorium , conſequenter non habet ius
confiſcandi , ita Alberic. ſuper ſtatutis, li-
bro 3.quæſt.18.nume. nono. Fallit in caſi-
bus quibuſdã ibi expreſsis , idem Oldrad.
conſilio decimoſeptimo,numero decimo ,
verſ.non arguo,addit ad Bart. in l.1.nume
ro 12. C. de bonis vacant. libro decimo.
Marſil.tract.bannit. in verbo, ciuitate, nu-
mero 51.Boſſ.ſua Praxi.tit.de fiſco; & eius
priuilegijs,num.8.

33 † Verũ cũ hodie habeat fiſcũ, ex generali

conſuetudine poteſt confiſcare, ita notat Clarus d. ſua Praxi. §. finali, quæſtio. 80.
33 verſ. in hac autem. † Eccleſia tamen in genere habet fiſcum, ita notat. Boſſ. d. tit. de fiſco, numero octauo. idem Caſſan. ſuis con ſuetud. rubr. 2. des confiſque §. 2. Gloſ. pri. num. 25. verſ. idem dic.

34 † Iudex quilibet an poſsit confiſcare, diſtinguendum, vt per Bald. tract. ſuper ſtatutis, in verbo, confiſcare, nempè. Quod aut veniant bona confiſcanda principaliter per ſe ex diſpoſitione legis, tunc confiſcatio poteſt fieri per quemlibet iudicem competentem, licet non ſit de ſummis magiſtratibus, aut confiſcatio ſit in conſequentiam, & tunc non poteſt confiſcare, qui non poteſt deportare, aut iudex ex officio quod habet in extraordinarijs criminibus, vel ordinarie per accuſationem, & tunc non pôt, niſi ſit de ſummis magiſtratibus inconſultis principibus, vel ſuperioribus, etiam quod habeat arbitrium generale in cauſa, vt per eum, quem refert idẽ repetendo, Brun. ſuper conſtit. in verbo, confiſcare, verſ. ſtatutum concedit, Angel. d. tract. de malefic. verſ. & eius bona, numero vndecimo, cum addit. Aug. Romanus conſilio 59. numero ſecundo, tertio, & quarto, Cœpolla conſilio decimoſeptimo, numero vigeſimoſexto, & vigeſimoſeptimo, Marſ. dicto tract. bannit. verſ. confiſcata, numero tertio, & in verbo, iudice, nume. 142. & in l. finali, nume. 389. verſ. item & ſcias. ff. de iuriſd. omnium iudic. Anania. c. vergentis, numero vigeſimoprimo, de heretic. Clarus ſua Praxi. §. fin. quæſt. 78. verſ. quæro nunquid, idem Menoch. tract. arbitr. li-
a bro primo, quæſt. 93. per totum. *a* Ex † quo
35 autem quis habeat facultatem damnandi ad mortem, non dicitur habere ius confiſcandi, ita Marſ. d. verſ. confiſcata, numero
36 ſecundo. † Cum etiam in qualibet generali delegatione non veniat ius confiſcandi, ita Marſ. d. loco, num. 4.

37 † Vbi autem iudex habeat authoritatem confiſcandi, dicitur confiſcationem facere bonorum, ex quo dicit, quod nudus exulet, ita notat. Ang. dicto verſ. & eius bona, numero tertio, idem Caſſan. in conſuetud. ſuis rubr. 2. §. primo, in textu, qui confiſque le corps, numero decimo, verſ. nec obſunt.

38 † Præceptũ penale ſub pena confiſcationis bonorum, non tenet de iure, ſed reprobatur ex communi ſcribentium ſententia, ita notat. Clar. d. ſua Praxi. §. fin. quæſtione trigeſimaprima, verſ. item quæro, ibi, non tamen poteſt, & ſuis communibus, in verbo, citare non debet, idem Burſat. conſilio 225. numero tertio, voluminis ſecun-
39 do. † Limitando id poſſe fieri in enormiſſimis delictis, ita Burſat. conſil. 225. nu. 21.
b volumine ſecundo. *b*

ADDITIONES

a Addas Nattam conſilio 212. numero quinto, lib. primo, conſilio 240. & 594. Rol. conſi. 99. num. 28. libro 1.

b Vel a iudice ſupremam auctoritatem obtinente. Is enim poteſt citare teſtem ſub pœna confiſcationis bonorum. Bald. in cap. 2. de teſt. cog. Natt. conſilio 593. lib. 3. qui tamen ſibi ipſi contrarius videtur in conſ. 194 eod. ſupra citato. Sed vbi alias veritas haberi non poſſet erit Bald. dictum ſuſtinendum per l. vnic. ff. de off. conſ.

SVMMARIVM.

Omnium dictio comprehendit quoſcunque habiles, et eſt collectiua, num. 40.

Confiſcantur etiam bona minorum ratione delicti, numero 41.

Confiſcari non poſſunt bona clericorum, nec prima tonſuræ, num. 42.

Clericorum bona vt ex homicidio confiſcentur, requiritur ſententiam priuationis, nu. 43.

Clericus imputatus de homicidio, ante ſententiam poteſt renuntiare beneficium amico, numero 44.

Clericus ob crimen aſſaſſinij ante ſententiam cenſetur priuatus bonis, num. 45.

Clericorum damnatorum bona confiſcata, vt emphyteuſis applicantur domino temporali, numero 46.

Clericorum damnatorum bona in Francia ſunt ſecularis Principis, nu. 47.

a Omnium.

40 Dictio † hæc vniuerſalis & collectiua comprehendit omnes perſonas habiles, & idoneas, ita Marſ. tract. ban-
a nit. in verbo, omnia numero 1. cum ſeq. *a*
41 † Comprehenduntur etiam bona minorum delinquentium, licet non poſſint alienari aliter, l. Clarum, C. de Auth. præſtand. Menoch. tract. recuperan. remed. 9. nu. 78.
42 † Non tamen comprehendit decretum hoc bona clericorum etiam in prima tonſura, & patrimonialia, cum laici non poſſint diſponere ſuper eorum perſonis, & rebus, ſed in eorũ perſonis remanet incorrecta

ADDITIO.

a Addas Burſ. conſ. 14. Caball. reſol. crimin. caſu 137. nu. 22. Farina. de delict. & expenſ. q. 25.

recta diſpoſitio d. auth. bona damnatorũ, ita not. Abbas, cap. poſtulaſti, nu. 16. de foro competenti. Plot. cumulatè conſilio 30.
43 num. 8. & 38. † In caſibus autem in quibus confiſcantur bona clerici propter homicidium per eum commiſſum, non confiſcantur ipſo iure, ſed requiritur ſententia pri-
44 uationis. † Vnde datur cautela, quod ante ſententiam priuationis, renunciet beneficium alicui amico, & de eo illi faciat prouideri per Papam, vel ordinarium, ita Plot.
45 conſilio 30. num. 9. † Fallit hoc in homicidio qualificato aſſaſſinij, quia tunc priuatur ipſo facto, & ante ſententiam poſſunt impetrari eius beneficia & conferri, vt ibi
46 per eum. num. 10. † Vbi autem clericus teneat prædium aliquod in emphyteoſim à Domino temporali eidem Domino temporali in cõfiſcatione applicatur, ita Oldrad.
47 conſ. 17. per totum. † De conſuetudine autem Franciæ bona clerici non applicantur Epiſcopo, ſed ſeculari Principi, vel alteri ius habenti, ita Caſſan. in conſuetud. ſuis
a Rub. 2. §. tertio, Gloſ. 1. num. 1. a

ADDITIO.

a Ad materiam huius Conſtitutionis in terminis, vide interpretem. Carpan. ad §. homicida. ſupra num. 150 Boſſ. de hom[icid]io. numero 107. & 119. Clar. in §. fin. quæſt. 98 [...]t. conſ. 130. inter conſil. crim. lib 1. Beret. conſ. 52. Albam conſ. 117. & 288.

SVMMARIVM.

Banniti in contumaciam iure antiquo bona non confiſcabantur. num. 48.

Banniri poteſt ſubditus in contumaciam cum confiſcatio bonorum nõ habeat locum, niſi ſequatur pœna corporalis. num. 49. 50.

Confiſcari non poſſunt bona damnatorum in contumaciam, niſi expreſsè caueatur ex communi. numero 51. cum ſeq.

Confiſcantur ſemper bona, cum bannitus poteſt impunè offendi. num. 53. cum ſeq.

Confiſcatio bonorum condemnati de homicidio in contumaciam differtur ad annum. num. 55.

Confiſcatio bonorum habet locum cum legitimè quis condemnatur. num 56.

Confiſcationis bonorum pœna lite non conteſtata non tranſit ad hæredes. num. 57.

b In contumaciam.

48 De † iure communi non poteſt quis abſens, & in contumaciam damnari ad mortem, nec in confiſcatione bonorum, ita Bart. conſ. 116. num. Boſſ. ſua Praxi. tit. banniti quid amittant, num. 11. verſic. & ex his. & tit. de requir. reis, numero 1. & 2. Caſſan. in conſuetud. ſuis Rubr. 2. §. primo. in textu qui confiſque le corps, numero primo. verſiculo ex dicto, limitando numero decimotertio. verſiculo quod nota, Clarus late ſua praxi. §. finali, quæſtione quadrageſimaquarta. in princ. Burſ. conſilio 122. numero quinto. volumine primo, licet ſe caueatur per Decretum, ſupra titulo de accuſat. capit. procedant, quod valere notatur, ibi, in verbo condemnetur.

49 † Poteſt tamen ſubditus abſens in contumaciam condemnari in publicatione bonorum, ita notat Marſil. dicto tractatu bannit. verſiculo confiſcata, num. 24.

50 † Quo quidem caſu iura antiqua remanent incorrecta, vbi non ſequatur pœna corporalis, ita notat Cœphal. conſilio 79. numero primo, & ſecundo. iunctis numero decimonono, & viginti. volumine pri-
51 mo. † Vnde etiam quod ex ſtatuto poſſit abſens condemnari ad mortem. vt cauetur
52 dicto capitulo procedant. † Tamen non venit, nec poteſt condemnari in bonorum confiſcatione, etiam in caſibus à iure communi expreſsis, quod delinquentis confiſcentur bona, niſi ſtatutum id expreſsè dicat, ſecundum communem ſcribentiũ ſententiam, de qua per Bald. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, numero tertio. verſiculo ex hoc infertur. ff. de lib. & poſthum. Nellum, tractat. bannit. prima parte 2. temporis quæſtione vndecima. quam communem dicit etiam Boſſ. dicto titulo banniti quid amittant, numero decimo, verſiculo & ex his, licet ipſe arguat in contrarium, idem Auguſt. ad Angelum dicto tract. maleſic. verſiculo & eius bona, numero trigeſimooctauo. verſic. tamen ſecus, Foller. 4. parte 3. partis ſuæ Praxi. verſic. & ſi con-
53 fitebuntur, num. 44. † Hanc communem limitat Aretinus relatus per Boſſ. dicto titulo banniti quid amittant, numero decimo. verſiculo limitat tamen, quando ex forma ſtatuti bannitus poteſt impunè offendi, prout cauetur ex ſtatuto Mediolani, quia tunc venit bonorum confiſcatio, vt ibi per eum, cuius contrarium ſentit Baldus, niſi vlterius ſtatutum prouideat, vt declarat ſignanter ibi Boſſius, prout in Decreto no-
54 ſtro diſponitur, quia tunc publicantur, † & valet Decretum, vt notat Boſſ. ibi numero
55 duodecimo. verſiculo item nota. † Tamen bona in contumaciam in crimine homicidij etiam de iure communi amittuntur, & confiſcantur poſt annum, ita Boſſius titulo de requir. reis, numero primo,

Alciat.conſilio 324.numero 4. Burſat.con-
56 ſilio 225. numero 4. volum.2. † Decretum hoc, vt confiſcentur bona in contumaciam habet locum, & procedit, vbi ritè,& rectè citatus cõtumax fuerit,& etiam legitimè, & ſeruatis ſeruandis fuerit condemnatus, ita not.Plot.conſ.30. num.61.& ſupra notatum, tit.de accuſat. capitulo procedant,
a in verbo ponatur in banno. *a*
57 † Pœna confiſcationis bonorum contra bannitum in contumaciam, an tranſeat cõtra hæredes lite non conteſtatâ, diſtinguit Boſſ.ſua Praxi. tit. de accuſat. numero 35. cum ſequent. & quod tranſeat etiam lite non conteſtata, quatenus ad eum peruenit, not. Boſſ.tit. de Pœnis, numero 34. in principio.

ADDITIO.

a Vide Rol.conſ.39.lib.1.& conſ.68.lib.2.

SVMMARIVM.

Confiſcatio bonorum non fit niſi conuicto reo per teſtes, & ritè, ac rectè. num.58.

c Vel conuicti.

58 PEr † teſtes ſcilicet, & probationes, ritè tamen, & rectè, ac legitimè citato ipſo delinquente, vt notat Plot. d.conſilio 30.num.61.

SVMMARIVM.

Confiſcari non poſſunt bona, niſi ſecuta declaratoria deliquiſſe perſonam. num. 59.
Mortuo delinquente non poteſt ſententia ferri, & damnari.num.60.
Defuncto reo ſententia non poteſt ferri condemnatoria, niſi in atrociſſimis.num.61.
Confiſcatio bonorum nulla eſt, niſi Inquiſitio fuerit ſubſcripta ab Aduocato. num.62.
Confiſcatio bonorum etiam famoſorum abſque condemnatione ſi Decreto aliquo fiat, eſſet irrationabilis. num.63.

d Condemnati erunt.

59 REquiritur † igitur ſententia condemnatoria quoad perſonam delinquentis, vt bona confiſcentur, etiam quod adſit clauſula confiſcationis bonorum ipſo iure à die commiſſi delicti in hoc Decreto, ita in his terminis, notat Plot.conſil.30.nume-
a ro 32. *a* quæ quidem non poteſt ſequi poſt mortem delinquentis, & imputati, vt tra-
61 dit Plot.conſ.30. num.32. † Niſi in caſibus in quibus poteſt damnari memoria defuncti,& alijs notatis infra, in verbo ipſo iure.
62 † In condemnatione hæc fienda, ſi non fuerint ſeruata ſeruanda in proceſſu, veluti ſi non fuerit inquiſitio formata cũ ſubſcriptione aduocati fiſcalis, iuxta ordines, cõfiſcatio pariter nulla redditur, ita Plot.cõſilio 30. num.63.
63 † Decretum ſi adeſſet quod famoſi homines abſque condemnatione vltimo ſupplicio tradi poſſent, & eorum bona cenſerentur confiſcata, talis ordo, & decretum confiſcans bona abſque condemnatione hominum famoſorum ſic vltimo ſupplicio affectorum, eſſet irrationabile, ita notat Boſſ. ſua Praxi.tit.de inquiſitione, num.33.

ADDITIO.

a Facere poterunt tradita per Gram. deciſ.105. nu. 6.Beninten.deciſ.37.Laur.deciſ.Auen.121.& Miſijn.obſer.77.cent.6.

SVMMARIVM.

Confiſcatio bonorum non cenſetur tacitè fieri, niſi expreſsè ſtatuto caueatur, ſed bona deferuntur coniunctis ad decimum gradum.num.64.cum ſeq.
Confiſcantur bona damnatorum Mediolani, etiam ſi imputati haberent gratiam.num.66.
Confiſcatio bonorum non fit, vt is quis licet imputatus de atrocioribus mitius morte puniatur. numero 67. cum ſeq.

e Ad mortem.

64 ETiam † quòd quis condẽnetur ad mortem ex diſpoſitione ſtatuti in caſibus, in quibus ex diſpoſitione iuris communis, & ex alio ſtatuto non venit confiſcatio bonorum, tunc tacitè non confiſcantur bona, nec habet locum Auth. bona damnatorũ, maximè ſi fit ex crimine non publico, ita Bald.in l.data opera, numero 56. C.de his accuſ. non poſſ. Brun. in verbo, publica-
65 re, verſiculo publicatio. † Sed eis damnatis ſucceditur ab inteſtato per omnes coniunctos vſque ad decimum gradum, ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ita not.Angel.tract.malefic.verſ. & eius bona, numero 36. verſ. & bene meriti, vbi Aug. ibi addit.numero 37.idem Angel.Auth. bona damnatorum, numero 2.verſ. item dicit.C.de bonis proſcriptis, Brunus tract.ſuper conſtitut.in verbo publicatum, verſ.finali, communem dicit contra multos Boſſ.

d.tit.

d.tit.banniti quid amittant, numero 11. idem Petrus Rauenna, ſing.114. Clar. ſua Praxi.§.fin.quæſt.78.verſ. ſed pone, vbi dicit in Gallia ex conſuetudine publicari bona in omnibus caſibus,in quibus quis con-
66 demnatur ad mortem. † Diſpoſitio autem decreti huius habet locum etiam ſi imputati non fuerint condemnati ad mortem, ſed ante ſententiam obtinuerint gratiam, nam tunc aditi quæſtores bona capiunt,ac de eis diſponitur, ac ſi condemnatio præceſſiſſet,Clar.d.q.59.verſ.
67 † Ceſſat tamen diſpoſitio huius decreti vbi non fuiſſet facta condemnatio ad mortem,ſed extraordinaria,etiam quod imputatio eſſet de delictis his notatis,veluti qđ perdant ciuitatem, vel libertatē, licèt iure antiquo æquipararentur,ita not.Caſſan.in conſuetud. Burgund. d. rubr.2.§.1.in textu. Qui confiſque le corps. num.2.verſ.ſed opere pretium,numero 9. verſ. & hoc mo-
68 do, † vnde Comes Franciſcus Landrianus, qui prò raptu fuit condemnatus pœna extraordinaria,exilij ſcilicet,& non ad mortem,non fuit comprehenſus in hoc decreto,quòd bona eius fuerint publicata à die commiſſi crimine,ſed tantum à die ſententiæ,quod multum refert, vt infra dicetur, in verbo,à die commiſſi criminis, ob alienationes quę fierent, de qua publicatione multum conqueritur quod non potuerit de iure fieri.Gabriel.conſ.172. nu.38. cum ſequent.

SVMMARIVM.

Seruus pœnæ non acquirit fiſco,num.70.

f Etiam ſi vltimo ſupplicio vita priuati fuerint.

69 HOc † expreſſum, vt demonſtretur nō ſufficere pœnam vltimi ſupplicij, & quia talis damnatus efficitur ſeruus pœnæ,
70 quando eſt præſens, † ſed per ſeruum pęnæ non acquiritur fiſco, ita Bald. cap.1.in princ. nu.12. verſ. tertij autem dicunt, de pace tenenda.

SVMMARIVM.

Confiſcatio bonorum,vt locum habeat oportet delictum factum eſſe dolo,num.71.
Homicidium quando dicatur dolo commiſſum, vel caſu, num.72.
Confiſcatio bonorum ex decreto Mediolani requirit delictum probatum fuiſſe legitimè,nu.73.
Ducis confeſſione non probatur aliquem deliquiſſe, vt bona confiſcentur.
Antiani confeſſioni non ſtatuto in delictis probandis.

g Ex eo quod commiſſerint.

71 INtellige † ſi dolo malo maleficia fuerint commiſſa per imputatū, ſecus ſi nō per dolum malum,licèt per latam culpam, veluti in homicidio facto ad neceſſariam defenſionem,vel caſu, vel in rixa, ſiue per laſciuiam, quia tunc bona non confiſcantur.Ita Plott.conſ.30.nu.28.& in l.ſi quando,nu.756.C.vnde vi,ſed punitur extraordinarie,vt etiam notat. Clarus. §. homicidium, verſ. culpa dicitur, vbi ſignanter.
72 †quando dicatur commiſſum homicidium culpa,caſu,& quando dolo, vt per eum, & tribus verſiculis,ſequentibus.
73 †Requiritur vlterius,vt diſpoſitio huius decreti habeat locum, vt bona confiſcentur,quòd delictum fuerit probatum per legitimas probationes, vel adſit confeſſio ipſius delinquentis.ita not.Plott.conſi.30. num.2.idem not.in l.ſi quando, num. 759. nec in hoc caſu ſufficeret probatio per dictum Ducis ipſius Mediolani, vel Antiani, ita Plott.d.conſ.30.nu.3.4. & l. ſi quando, num.760.& num.762. a

ADDITIO.

a Adde Bart.in l.Diuus.ff.de milit.teſt. & Dec. conſ. 410.num.7.

h Vel committi mandauerint.

NAm eadem pœna puniuntur mandantes,& committentes delictum homicidij,vt cauetur ſupra tit.de pœnis,capitulo,mandantes,vbi late notatum.

SVMMARIVM.

Aliquod,quid ſignificet, nu.74.

i Aliquod.

74 VNum, ſcilicet ex infraſcriptis delictis. † Quid autem releuet hoc verbum,aliquis,notat.late Tiraq.in l.ſi vnquā, in verbo,omnia,vel partem aliquam. C. de reuocat.donat.

SVMMARIVM.

Confiſcatio bonorum non inducitur niſi expreſsè,numero 75.
Sodomitæ bona non confiſcantur etiam iure communi,num.76.

Ex

K Ex his criminibus.

Extra caſus hic notatos, vbi etiã de iure communi non publicantur bona, licèt ſtatutũ condemnet delinquentes ad mortem, tamen non inducitur cõfiſcatio bonorum, niſi id exprimatur, ſed eis ſucceditur, prout de iure communi, vt ſupra notatum, in verbo, ad mortem,
75 † & ſic caſus omiſſi à decreto non confiſcante, remanent in diſpoſitione iuris communis ꝓ omiſsis habiti, cum etiam ſit ſtrictè interpretandum, vti correctorium iuris communis, vt ſupra notatum, iñ princ. & not. Anchar. iun. tract. quæſtio, quæſt. 7. numero 9. cum ſequentibus, maximè nu. 11. ſecunda
76 parte. † quo fit vt bona ſodomitæ nõ cõfiſcentur etiam de iure communi, vt firmat Plott. conſ. 50. nu. 8, 9. & 11. melius ſentiens quam dixerit in l. ſi quando, nu. 311. C. vnde vi, dum eſſet iuuenis, vt ipſe atteſtatur, idem Viuius ſuis cõmunibus, in verbo, ſodomita, ad finem, cum etiam ex decreto ſupra tit. de pœnis, capitulo, ſodomitæ, pœna hæc non imponatur, ita etiam cenſuit Senatus anno 1563. die 14. Iulij, quæ pro lege ſeruanda, tamen quod magis communis opinio ſit in contrarium, not. Clar. §. ſodomita, verſ. item ſodomita.

S V M M A R I V M.

Læſæ maieſtatis crimen conſequentur etiam iure communi confiſcatio bonorum, nu. 77.

Fiſco ſupremi domini cuius eſt læſa maieſtas debentur rei bona, licèt ſubſint feudatario, nu. 78.

l Læſæ Maieſtatis.

77 Idem † de iure cõmuni per dictã Auth. bona damnatorũ, C. de bonis proſcript. not. Bald. in c. 1. in prin. num. 12. de pace tenenda, in feud. Caſſaneus in conſuetu. Burgund. rubr. 2. §. 1. in principio, nume. 19. in primo caſu, Clarus d. § fin. q. 78. verſ. multa autem, & §. Læſæ Maieſtatis, verſ. præterea licèt, idem cauetur ſupra tit. de Crim. Læſæ Maieſtatis. capitulo quicunque crimen, & cap. fin. vbi late notatum.

78 † In crimine hoc veniunt bona delinquentis publicanda fiſco ſupremi domini, vbi fuit commiſſum delictum hoc in ſupremum dominum, etiam quod bona ſint in territorio feudatarij, ita Boſſ. ſua Praxi. tit. de pęnis, num. 28. & 29. cum notatis ſupra, d. tit. de Crimine Læſæ Maieſtatis, capitulo quicunque crimen, in verbo, fiſco.

S V M M A R I V M.

Moneta falſæ fabricatio etiam iure communi mulctatur confiſcatione bonorum, nu. 79.

Monetariorum damnatorum bona in tria diuidi, numero 80.

m Fabricationis falſæ monetæ.

79 Idem † de iure communi ante Auth. dicta bona damnatorum, ita Caſſan. d. §. 1. nu. 19. in ſecundo caſu, idem Gigas d. tract. Crim. Læſæ Maieſtatis, in princip. q. 62. numero 1. Rolan. à Valle conſ. 29. nu. 3. vol. 3. Clar. d. §. falſum, verſ. dixi etiam, & d. q. 78. verſ. multa autem, idem cauetur ſupra ex
80 decreto tit. de monetis, in prin. † vbi tamẽ dicitur diuidenda pro tertia fiſco, per alia accuſanti, & pro tertia præfecto cudendæ monetæ, & ita decretum hoc declarandũ, dum dicit generaliter bona in his criminibus applicanda fiſco, præterquam in illo crimine, quia diuiduntur, prout ibi cauetur, non mirum quod hoc generale declaretur per illud magis ſpeciale, ne inducatur correctio, vt not. Alex. in his terminis, conſ. vlt. nũ. 8. & 9. vol. 4. & latè notatum in præludijs ſtatutorum.

S V M M A R I V M.

Veneficij crimen etiam iure communi mulctatur confiſcatione. num. 81.

n Veneficij.

In quo crimine imponitur pœna mortis, ſupra tit. de pęnis, in princ. §. modoque
81 præmiſſo. † de iure autem communi idem eſſe, notat. Caſſan. ſuis conſuetud. d. rubr. 2. §. 1. in princip. numero decimonono, in quarto caſu.

S V M M A R I V M.

Confiſcantur bona homicidæ etiam non de animo deliberato, num. 82.

Homicidij pęna etiam iure communi eſt confiſcatio, num. 83.

Confiſcari non poſſunt bona homicidæ, niſi adſit dolus, num. 84.

Confiſcari an poſsint bona eius, qui ſeipſum interficit, num. 85.

Homicida ſui, fit inteſtabilis etiam ad pias cauſas, numero 86.

Confiſcari non poſſunt bona ſe ipſum occidentis, numero 87.

Auth. bona damnatorum non corrigitur decreto ſuo, quoad ſe interficientem, nu. 88.

Mor-

Mortuorum memoria ex regula non damnatur, numero 89.
Homicidam ſui eſſe quempiam non præſumi, numero 90.
Homicidium in ſe committens, ſi retineatur, & damnetur bona confiſcantur, num. 91.
Confiſcatio bonorum ex aliquo ſtatuto deuoluendum ad epiſcopum, non porrigitur ad homicidam ſui, num. 92.

o Homicidij.

82 SIue † committatur animo deliberato, ſiue non, ex quo vtroq; caſu imponitur pęna mortis, vt cauetur ſupra tit. de pœnis, capitulo homicida. Imò tanquam homicida punitur, qui animo deliberato occidendi tantum vulnerauerit, ita
83 cauetur ex dicto decreto, † & de iure communi eſt etiam pęna confiſcationis bonorum, vt not. Caſſan. d. rubr. 2. §. 1. in prin. in quarto caſu, Clar. §. homicidium, verſ. ſed quæro, quod tamen correctum eſt per Auth. bona damnatorum, vt reſeruetur perſonis ibi notatis, vt in ſpecie hac not. Roland. à Valle. conſ. 97. numero primo, volumine ſecundo.
84 † Non autem procedit hæc diſpoſitio, vbi dolo malo non fuerit commiſſum homicidium, & ſi lata culpa, vel caſu, vel aliter abſque dolo malo fuerit commiſſum, quia tunc talis delinquens punitur ſolum pœna extraordinaria abſque bonorum publicatione, vt tradit. Plott. d. conſ. 30. numero 28. & l. ſi quando, nu. 765. C. vnde vi, & ſignanter exponit, caſus ponendo, Clar. in §. homicidium, verſ. culpa, cum tribus verſiculis ſequentibus.
85 † Occidentis ſe ipſum iure antiquo, an publicarentur bona, diſtinguit. Alberic. tract. ſtatut. q. 18. nu. 3. & 4. lib. 3. & Caſſan. d. §. 1. caſu 61. Anchar. iun. q. 22. nu. 22. parte 2. quod autem publicentur, not. Marſ. tract. bannit. in verbo, mortui, nnmero 161.
86 † Et quod fiat inteſtabilis. etiam ad pias cauſas, not. nu. 162.
87 † Quicquid ſit per Auth. bona damnatorum diſpoſitum eius bona non publicari, ita Alberic. d. q. 18. num. 6. idem not. Diaz.
88 reg. 165. damnatus. ampliat. 1. † & d. Auth. in caſu interficientis ſeipſum, remanet incorrecta per hoc decretum, cum eo mortuo ceſſet pœna contra eum, etiam quoad bona, vt not. in hac ſpecie Dec. d. conſ. 438. num. 2. cum addit. ibi Plott. conſ. 30. nu. 80.
89 † Nam contra mortuum non poteſt procedi ad damnandum eius memoriam, nec in publicatione eius bonorum regulariter, niſi in certis caſibus, vt infra dicetur late,
90 in verbo, ipſo iure. † Nec in dubio præſumitur, quod quis ſeipſum voluerit interficere, niſi id probetur per fiſcum, vel accuſatorem, ita Dec. conſ. 438. in princ. Plot. d.
91 conſ. 30. num. 82. † Vbi autem volens ſe interficere prohibeatur, ſecundum aliquos damnatur ad mortem, vt refert. Alberic. d. libro tertio, quæſtio. 18. numero ſeptimo,
92 † vbi etiam ex forma ſtatuti alicuius approprientur bona decedentium ab inteſtato Epiſcopo, non pertinebunt ea illius, quia à ſeipſo ſe interficit, ſe ſuſpendendo, vel aliter occidendo, ita Alberic. d. lib. 3. ſtatutorum, q. 21.

SVMMARIVM.

Aſſaſſinamentum punitur morte, num. 93.

p Aſſaſſinamenti.

93 QVi † quidem puniuntur pœna mortis, iuxta cautum ſupra tit. de pœnis, in princ. §. modóq; præmiſſo.

SVMMARIVM.

Rapientis virginem bona applicantur raptę, numero 94.
Confiſcatio bonorum in caſu raptus, non fit, ſed dantur raptæ, num. 95.
Confiſcatio bonorum in caſu raptus, non habet locum vbi rapiens punitur extraordinem.

q Raptus virginum, aut mulierum.

IDem cauetur ſupra tit. de raptu mulier,
94 in prin. † de iure communi notat. l. vnica. C. de raptu virg. † & confiſcatio bono-
95 rum in dicto crimine applicatur raptæ, per textum d. l. vnica, §. & ſi quidem, ita Caſſan. in conſuetud. ſuis rubr. 2. §. 1. in textu, & a appertinent, nu. 26. d

ADDITIO.

a Et hoc niſi quis plectatur pœna extraordinaria, quia tunc non erit comprehenſus in hoc cap. vti declarauit pro Comite Landriano magiſtratus, quod eius bona fuiſſent confiſcata à die ſententiæ.

SVMMARIVM.

Honeſtè viuere, quid ſit, num. 96.

Hone-

r Honeſte viuentium.

96 QVæ † dicatur honeſtè viuere, & quæ non, notatum ſupra d.tit. de raptu mulier. in verbo, honeſtarum, & in dicto decreto, et cauetur, capitulo, imputatus, non poſſe probari inhoneſtatem, quando habitat cum patre, & perſonis ibi expreſſis.

ſ Tum religioſarum.

97 DE † his non cauetur, d.tit. de raptu mulierum, ſed notatur in l. ſi quis di cam non rapere, vbi ſcribentes, C. de epiſc. & cleric.

t Quam non.

DE quibus cauetur dict. tit. de raptu mulierum.

SVMMARIVM.

Robaria non excedens dimidium aurei non punitur morte, num. 98.
Decretum pœnale generale declaratur per ſpeciale, num 99.
Confiſcatio bonorum iure communi non fit pro robaria, num. 100.

u Robariæ.

98 QVæ † tamen excedat dimidiū aurei, quia aliàs non imponitur pęna mortis, iuxta diſpoſitionem capituli, ſi quis fecerit robariam, ſupra tit. de pę-
99 nis. † Cum hoc decretum generale declaretur per illud ſpeciale, vt notatum ſupra, per tradita per Alex. conſ. vltimo, nu. 8. & 9. vol. 4. tanto magis cum decretum hoc, in princ. requirat, quod ſequatur condemna-
100 tio ad mortem. † De iure autem communi non imponitur pœna confiſcationis bonorum, quia is caſus non exprimitur, à Caſſaneo d. conſuetudinibus rubr. 2. §. 1. qui confiſque le corps, vbi caſus omnes exprimit, vbi bona confiſcantur.

SVMMARIVM.

Incendij crimē iure communi nō mulctatur confiſc. bonorum, num. 101.

x Incendij domus habitatæ.

IDem cauetur ſupra tit. de pęnis, capitulo, ſi quis incendium, vbi notatum quæ
101 dicatur domus habitata. † De iure autem communi non imponitur hæc pęna confiſcationis bonorum, cum non ſit comprehenſus in caſibus notatis per Caſſaneum, d. rubr. 2. §. 1. qui confiſque, le corps.

SVMMARIVM.

Falſificare, quid ſit, num. 102.
Falſo mutare, quid ſit.
Falſi crimen mulctatur confiſcat. bono. nu. 103.

aa Falſificationis aut falſo mutationis.

102 QVid † ſit falſificare, vel falſo mutare, notatum d.tit. de pœnis, in princ. vbi adſunt hæc verba, & imponitur
103 pœna mortis ſic delinquentibus. † De iure autem communi idem eſt in omni crimine falſi, notat. Caſſan. d. §. 1. num. 19. in quarto caſu.

bb Sigilli Principis.

DVcis, ſcilicet.

SVMMARIVM.

Falſificantes ſigillum Locumtenentis, vel Senatus, non mulctantur confiſc. bonorum, nu. 104.

cc Cancellariæ, aut curiæ eiuſdem.

PRincipis, ſcilicet, & Ducis.
104 † Decretum autem hoc cum non exprimat falſificantes, vel falſo mutãtes ſigillum, & alia de quibus in d. tit. de pœnis, in princ. Locumtenentis, vel Senatus neceſſario dicendum non comprehendi, vt bona eo caſu confiſcentur, cum ſtrictè ſit intelligendum, & caſus omiſſus habeatur pro omiſſo, vt notatum ſupra, in princ. & in verbo, ex his criminibus, etiam quod imponeretur pęna mortis, vt ſupra, in verbo, ad mortem.

dd Item falſi circa inſtrumenta, & ſcripturas.

a DE quibus loquitur etiam decretum d. tit. de pęnis, in princ. a

ee Prin-

ADDITIO.

a Vide an pęna falſi ſit confiſcatio bonorū. Affli. deciſ. fin. vbi poſt Vrſill. moderni addentes multa tradetur.

ee Principis.

DVcis ſcilicet, non autem Locumtenentis, vel Senatus, de quibus loquitur decretum illud de pœnis, in princ. etiam quod imponatur pœna mortis, vt ibi cauetur, quia vti omiſſus non comprehenditur, vt ſupra, nec etiã cõprehenditur ſi quis falſificauerit aliter cartam, vel alia priuati, de qua ſupra tit. de pœnis, capitulo, quicunque fecerit, etiam quod imponatur in aliquibus caſibus, ibi pęna morti, vt ibi notatum.

ff Inuaſionis more hoſtili.

QVod eſt ſpecies Criminis Læſæ Maieſtatis, prout late notatum ſupra, tit. de Crimine Læſæ Maieſtatis, in principio, & cauetur ſupra tit. de pœnis, capitulo, latrones viarum.

gg In dominium noſtrum.

SCilicet ſtatum Mediolani.

hh In vias publicas.

DE quibus notatum in l. fin. C. ad legem Iuliam, de vi publica, & de quibus notatum ſupra, tit. de pœnis, in prin. capit. latrones viarum.

SVMMARIVM.

Confiſcantur bona iure communi multis caſibus, numero 105.
Confiſcantur bona 73 caſib. num. 106.
Hæretici bona cui applicentur, nu. 107.
Apoſtatæ bona confiſcantur, nu. 108.
Pacis violatoris bona confiſcantur, nu. 109.
Tutoris cum pupilla coitus punitur etiam confiſcatione, nu. 110.
Adulteræ dos an confiſcetur, nu. 111.
Confiſcationis bonorum pœna quandoque capit tantum partem, nu. 112.

ii Et alia delicta committentium.

105 CVm † multa alia committi poſſint, & in quibus de iure communi confiſcantur bona, quorum multa enumerat, Affli. in conſtit. Regni. rub. 2. de patarenis, patarenorum, nume. 13. ad finem,
106 & 14. lib. 1. † ſeptuaginta tres enumerat, Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 2. §. 1. qui confiſque le corps, nume. 19. cum ſeq. vſque ad finem, relatiue Clarus d. §. fin. q. 78. verſ. multa autem, inter quæ eſt crimen hæreſis, vt not. Caſſan. d. loco, in decimo ca
107 ſu, † quibus autem applicentur bona hæretici, not. Menoch. de arbitr. lib. 2. Cent. 4. caſu 374. nu. 4. vbi dicit fiendam diuiſionẽ in tres partes, vt per eum. a
108 † Apoſtata quoque punitur in confiſcatione bonorum, vbi non adſunt filij, vel cognati, ita Caſſan. d. §. 1. caſu 47. Clar. d. §. fin. q. 78. verſ. apoſtata, in princ. vbi etiam notat, quis dicatur apoſtata.
109 † Pacis etiam violator patitur pœnam confiſcationis bonorum, ita Alberic. tract. ſtatut. libro tertio, quæſtio. 78. numero ...
110 † tutor vlterius, & curator, carnaliter agnoſcens pupillam, vel minorem, puniuntur pęna relegationis, & confiſcationis bonorũ, ita Caſſan. §. primo, in caſu 43. Clarus ſuis
111 communibus, in verbo, pupilli, † dos mulieris adulteræ, an confiſcetur, & an poſſit accuſari ab hæredibus viro præmortuo, diſcutit. Nellus, tract. bannit. prima par. 2. tẽporis, q. 29.
112 † Aliqui autem ſunt caſus, in quibus tantum pars bonorum confiſcatur, notati per clarum d. §. fin. q. 79.

ADDITIO.

a Vide infra, num. 487. & duob. ſeq. & addas adeſſe tex. in c. vergentis de hæret. & tradidiſſe hac in re multa Guid. Pap. q. 76 Boer. deciſ. 277. nu. 12. Caſſan. in tit. des confiſcationes. rubr. 2. §. fin. nume. 7. Puth. deciſ. 417. lib. 3. Rol. conſ. 97. lib. 2. direct. inquiſit. vbi Pegna par. 3, q. 109. vſque ad num. 112. commen. 158. pag. 654. & plur. ſeq.

SVMMARIVM.

Confiſcantur bona iure communi 73. caſibus, numero 113.
Auth. bona damnatorum non corrigit omnes caſus ex communi, num. 114 cum ſeq.
Decretum Mediolani de confiſcandis bonis, an corrigat Auth. bona damnatorum.
Confiſcationi bonorum vbi ex Decreto Mediolani nõ eſt locus bona ſunt delinquentis non obſtante iure communi, num. 116.

kk In quibus tamen de iure communi.

113 DE † quibus habetur ſupra, & per Caſſan. d. rubr. 2. §. primo, numero decimo-

cimonono, vbi enumerat caſus ſeptuagin-
a treſ. *a*

114 † Decretum hoc an intelligatur de iure communi antiquo, an verò de dictæ Authẽticæ, bona damnatorum, & ſi verum eſſet quod dicta Authentica bona damnatorũ, non corrigeret, omnes caſus, ſecundum communem ſupra relatam ſcribentium in princ. licet Rolan. à Valle, d. conſi. 97. nu. 2. vol. 2. & Clar. d. quæſt. 78. in princ. dicant totum mundum, ſeruare contrarium, quòd corrigat in totum ius antiquum, tamẽ hæſitarem, quin comprenderet omnes caſus, de quibus lex antiqua expreſsè confiſcaret bona ſecundum illam communem, tanto magis cum decretum hoc ſit correctorium dictæ Authenticæ, bona damnatorum, vt ſupra notatum, in princ. & maximè Mediolani, vbi conſuetudines omnes ſunt ſublatæ; quæ non ſunt ſcriptæ in corpore iuris, vt cauetur cap. 176. conſuetudines, volu. 2.

115 ſtatutorum. † Suadetur præterea, quia ſi tantum comprehenderet caſus d. Auth. bona damnatorum, pauci quidem eſſent notati, per Diaz. d. regula 165. damnatus, cùm Crimen Læſæ Maieſtatis ſit expreſſum ſupra per decretum.

116 † Bona ſi non publicarentur in aliquo caſu, ex diſpoſitione decreti, quæ aliàs de iure communi publicari deberent, ea remanerent delinquenti, ita notat. veſillus ad Afflictum, deciſio. 361. numero decimooctauo.

ADDITIO.

a Alios not. Afflict. in conſtit. paterenorum, numero 27.

ll Municipali.

Ex ſtatutis, ſcilicet ciuitatum huius dominij:

SVMMARIVM.

Carceribus fractis fugientes, an puniãtur confiſcatione bonorum.

m m Vel ex præſentibus conſtitutionibus.

Veluti in caſibus expreſsis ſupra tit. de pœnis, capitulo latrones viarum, & capitulo, quicunque cuiuſuis, ſexus §. feudatarij, in dantibus, ſcilicet auxilium, vel admittentibus in domũ, vel loca infeudatis homicidas, cum tractatu, & coniuratione, & capitulis ſequentibus, & in capitulo, in Dominio Mediolani, in prouocante, ſcilicet ad duellum, vt ibi, cauetur quod
a hic non exprimitur. *a*

ADDITIO.

a Decretum hoc non poterit applicari ijs, qui fractis carceribus aufugerunt alioſque fugere fecerunt quorum bona publicanda veniebant, vt ita obſeruatum eſt, & exempla extant apud D. Caneueſium.

SVMMARIVM.

Confiſcatio, vt differat ab annotatione.
Aduentitia, an confiſcentur.
Deportatio facit ceſſare confiſcationem.

nn Imponatur pœna confiſcationis bonorum.

Qvis autem habeat authoritatem faciendi confiſcationem bonorum, no
a tatum ſupra, in princ. *a*

ADDITIO.

a Confiſcatio, annotatio, deſcriptio, publicatio, & incorporatio inter ſe differunt. Caſſan. in conſuet. tit. des confiſcationes. rub. 2. in prin.
An in bonis confiſcatis veniant bona aduentitia, in caſu conſtitutionis noſtræ, vide Bart. in l. ſi finita § fin. de vectigal. nu. 12. Soc. iun. conſ. 77. numero 8. & 9. Ruin. conſ. 24. lib. 4. Bertaz. conſi. 49. lib. 1. Baiar. ad Clar. in §. fin. q. 78. nu. 55. Farin. de delict. & pœn. q. 24. ſub nu. 8. Gomeſ. var. reſol. tit. de contract. cap. 15. nume. 14. & 15. iterum idem Farin. q. 25. num. 21.
Quatuor caſus autem excipiuntur in quibus aduentitia veniunt, priuus in Crimine Læſæ Maieſtatis, vt in d. Auth. bona damnatorum, Gig. in tract. de Crimine Læſæ Maieſt. q. 11. Clar. q. 78. Gomeſ. loco ſupra citato, & Farinac. num. 9. q. 16. quicquid obijciat. Oſaſch. deciſ. 94. Secundus caſus eſt quando verba ſtatuti, aut conſtitutionis ſunt apta comprehendere etiam aduentitia. l. non aliter. ff. de leg. 3. Eber. in loco à ratione legis, excepto tamen vſufructu patri, vt per Borgn. de vſufruct. num. 180. Tertius eſt caſus, quando ex conſuetudine fuiſſet accep:um, vt venirent. l. minime de legib. Gozad. conſ. 16. num. 16. & conſ. 27. nu. 8. Peregr. de iure fiſci. lib. 5. de publicat. 60. num. 20. Quartus eſt caſus ſi bannitus nullum haberet hæredem præter fiſcum, vt per Gomeſ. d. c. 15. ſub numero 15. de contract. videas infra numero 202. & ſequentibus.
Deportatio autem facit ceſſare bonorum omniũ publicationem, vt per Afflict. deciſ. 404. num. 22. Item quando Princeps remmittit delinquentibus crimen, ſecundum Gram. deciſ. 4. num. 10.
Confiſcatis bonis patris, qui alienauit bona filiorum quomodo ſit ſuccurſum filijs, Alba conſ. 144. & quid reſpectu peculij profectitij, Bart. in l. 2. §. ſed verum. ff. de min. 25. ann. §. de Rauen. ſing. 194.

SVMMARIVM.

Bona intelliguntur deducto ære alieno, nu. 117.
Bonis confiſcatis fiſcus, vt extraneus eorum nomine tenetur, num. 118.
Fiſcus in bonis confiſcatis ſuccedit, vt extraneus.

Bono-

Bonorum appellatione veniunt præſentia ſolum. numero 119.
Bonorum appellatione veniunt actiones. numero 120.
Aduentitia veniunt in confiſcat. bonorum quatuor caſibus.
Bonorum publicatio non fit cum delinquens deportatur.
Confiſcatio bonorum non habet locum cum Princeps remittit crimen.
Confiſcatis bonis patris, qui alienauit bona filiorum, quod ſit remedium.
Bonorum appellatione quando non veniant actiones. numero 121.
Bonorum mobilium, & immob. appellatione non veniunt actiones. num. 122.
Confiſcatis bonis, litigioſa confiſcantur. numero 123.
Bona ante delictum vendita, & non tradita veniunt in confiſcatione detracto pretio. num. 124.
Confiſcatio bonorum trahitur ad donata. numero 125.
Donationis ob ingratitudinem reuocatio tenet etiam in præiudicium fiſci. num. 126.
Fiſcus ſuccedit confiſcato in omnibus ſolum quibus extraneus ſuccederet. num. 127.
Hæres extraneus quis dicatur in caſu confiſcationis. num. 128.
Confiſcatio bonorum ex regula trahitur etiam ad emphyteotica tranſitoria ad extraneos. numero 129. & 130.
Emphyteutica confiſcantur ſolum reſpectu vtilis dominij. num. 131.
Emphyteuſim confiſcatam poteſt dominus directè luere. num. 132.
Emphyteuſis vbi non confiſcatur, fiſcus tamen gaudet fructibus quoad viuit bannitus. num. 133.
Emphyteuſis eccleſiaſtica non confiſcatur, ſed tranſit ipſo iure ad uocatos vel eccleſiam. num. 134. cum ſequentibus.
Emphyteuſim eccleſiæ occupatam fiſcus licitè retinet eccleſia tacente. num. 137.
Emphyteuſis quando in fiſcum, & extraneos dicatur tranſitoria. num. 138.
Emphyteuſim tranſitoriam ad extraneos fieri conſuetudine. num. 139. & ſeq.
Emphyteuſis eccleſiaſtica venit in bonorum confiſcatione facta per eccleſiaſticum. num. 141.
Emphyteuſis eccleſiaſtica tranſit in fiſcum cum condemnatus retinet ſtatum, vel intra biennium à fiſco non vendicatur. num. 142. 143.
Feudalia regulariter non tranſeunt in fiſcum, quia nec ad extraneum. num. 144. 145.
Bonorum nomen non extenditur ad feudalia. numero 146.
Feudum hæreditarium tranſit in fiſcum. numero 147.
Feudum pro ſe & filijs, non eſt hæreditarium. numero 148.
Feudum hæreditarium non ſemper tranſit ad extraneos. num. 149.
Feudum confiſcatur in caſu quo alias vaſſallus eo priuaretur. num. 150.
Feudum quando applicetur vaſallo. num. 151.
Feudum condemnati ad quos tranſeat. numero 152.
Feudum tranſitorium in extraneos ad libitum, cum conſenſu domini in præiudicium filiorum, conſolidatur directo. num. 153.
Feudum non confiſcatur cum extra locum delicti vaſſallitium eſt præſtandum. num. 154.
Feudalia quando confiſcentur.
Feudum ex alio delicto quam in dominum, tranſit ad agnatos etiam in quarto gradu. num. 155.
Feudatarius quando dicatur delinquere in perſonam domini. num. 156.
Feudatarium deliquiſſe in dominum, fiſco eſt probandum. num. 157.
Feudatarius non dicitur deliquiſſe in dominum offendendo fratres. num. 158.
Feudum condemnati in contumaciam non poteſt redire ad dominum. num. 159. & 160.
Feudum, reſpectu vtilis, fiſci eſt, in crimine læſæ maieſtatis. num. 161.
Feudum quando vendatur, & vtilis domino per fiſcum pretium detur. num. 162.
Feudi fructibus gaudet fiſcus feudatario damnato de crimine maieſtatis viuente. numero 163.
Feudum ob delictum in dominum, vt confiſcetur requiritur declaratoria. num. 164.
Feudum eccleſiaſticum non amittitur ob læſum Imperatorem, vel Regem. num. 165.
Feudum eccleſiaſticum damnati, reuertitur ad eccleſiam. num. 166.
Feudum conſolidatur cum vtili, directi dominis domini bonis confiſcatis num. 167.
Filij bona eccleſiaſtica non confiſcantur ob crimen læſæ maieſtatis à patre commiſſum. numero 168.
Donationes Principis non confiſcantur. numero 169.
Fideicommiſſum non confiſcatur, niſi ex delicto vltimo vocati. num. 170.
Fideicommiſſum non confiſcatur, niſi in omnem caſum, quoad fructus. numero 171. cum ſequenti.
Fideicommiſſum cum prohibitione alienationis non confiſcatur, neque quoad fructus. numero 173.
Fideicommiſſi fructus non confiſcantur ex contumacia damnati, niſi adſit ſtatutum qui etiam abſens poſſit damnari. num. 174.
Fideicommiſſum non ſimplex, banniti, applicatur reuocabiliter vocatis, nondum natis ab eo filijs. numero 175.

Fideicommiſſo expreſsè facto in caſum alienationis fiſcus excluditur. num. 176.
Fideicommiſſum cum clauſula, quia volo bona remanere in familia, excludit fiſcum. numero 177.
Fideicommiſſo facto ſimpliciter prohibendo alienationem, excluditur fiſcus. numero 178.
Fideicommiſſo cum prohibitione alienationis facto, vt excludatur fiſcus, additur cauſa. numero 179.
Fideicommiſſum cum expreſſa prohibitione in fraudem fiſci, confiſcatur. num. 180.
Fraus, vt probetur facta fiſco. num. 181.
Fideicommiſſo facto, ita ne exeat familiã, an excludatur fiſcus. num. 182. cum ſeq.
Alienatione bonorum ex contractu cum aliquo, facta in eis tamen fiſcus poteſt ſuccedere. numero 184.
Trebellianicam ex perſona grauati banniti fiſcus detrahit. num. 185.
Legitimam quoque. num. 185.
Legitimam fiſcus non detrahit, vbi bannito à patre erat ad certum tempus interdictum bonis, ex imbecillitate. num. 186.
Imbecillitatem ingenij adeſſe in filio creditur patri. num. 187.
Legitimæ alienationem poſſe prohiberi ad tempus, non tamen quoad extraneos. num. 188.
Fiſcum ſuccedentem filio bannito poſſe à cohæredibus filij conueniri. num. 189.
Fideicommiſſarij iure communi, non Mediolanenſi, poſſunt bannito grauato, prohibita alienari, à ſe occupare. num. 190.
Confiſcatis bonis in Ducatu Mediolani in eis habentes ius debent illud à fiſco repetere opportunè. numero 191.
Confiſcatis bonis, non veniunt alimenta. num. 192. cum ſeq.
Alimenta non debentur bannito, qui poteſt impunè offendi. num. 194.
Confiſcatis bonis, non veniunt ſimpliciter vendita ante delictum. num. 195.
Confiſcatis bonis, an veniant pignori data. numero 196.
Confiſcatio bonorum, non trahitur ad bona, quæ erant penes damnatum reuocabiliter. numero 197.
Confiſcatis bonis non veniunt vilia. num. 198.
Vile eſt ad aureum. num. 199.
Annuli, & indumenta non confiſcantur. numero 200.
Publicatis bonis patris non publicantur caſtrenſia, nec aduentitia. numero 201.
Peculium nec profectitium publicari ex delicto patris, eſt communis. numero 202.
Peculium profectitium publicatur ex crimine læſæ maieſtatis. num. 203.
Peculium profectitium publicari, vbi pater amittit patriam poteſtatem. num. 204. cum ſeq.
Patria poteſtas quomodo amittatur per bannum. numero 206.
Vſusfructus patri debitus ex peculiaribus filij, an conſolidetur filio, an tranſeat in fiſcum. numero 207. cum ſeq.
Vſusfructum pater ſibi debitum ex peculiaribus filij poteſt remittere in præiudicium fiſci. numero 209.
Alimenta filij quis debeat bonis publicatis, vel ex crimine læſæ maieſtatis. num. 210. cum ſeq.
Dos debetur filiæ ex ipſomet vſufructu ſpectante ad patrem, ſuper peculiaribus bonis filij. numero 212. 213.
Confiſcatis bonis patris, non venit beneficium filij confiſcandum vllo caſu. num. 214.
Confiſcatis bonis patris, excipitur peculium filij, etiã quaſi caſtrenſe. num. 215. cum ſeqq.
Caſtrenſia quæ. numero 218.
Profectitia non confiſcari. numero 219.
Aduentitia non confiſcari. num. 220.
L. 3. Cod. de bon. proſcript. eſſe correctam. numero 221.
Peculia non confiſcari. numero 222. cum ſequentibus.
Patria poteſtas habet prærogatiuam vt aduentitia ob delictum filij non confiſcentur. 233. fi. numero 225. 226.
Filius fiſco præfertur in Caſtrenſi cum confiſcatur pater. num. 227.
Aduentitium, an confiſcetur quoad proprietatem, vel vſumfructum. num. 228.
Confiſcatis bonis filij, confiſcatur & nuda proprietas aduentitiorum. num. 229.
Peculium aduentitium fiſcus auocat à quocunq; confiſcatis bon. filij. num. 230.
Bannum filij in contumaciam non nocet patri quoad bona peculij. num. 231.
Aduentitij peculij ratio non confiſcandi ob delictum filij. num. 232. 233.
Peculium Caſtrenſe non confiſcatur, ex communi.
Aduentitium in quo pater habet vſumfructum nullo modo confiſcatur ob bannum filio datum. numero 234.
Aduentitium peculiũ in quo pater non habet vſumfructum poteſt confiſcari. num. 235.
Aduentitium cuius vſusfructus aliquãdo ad patrem reuerti poteſt, non confiſcatur. num. 236.
Aduentitium ob delictum filij confiſcatur, cum eius liberam adminiſtrationem habebat. numero 237. & 238.
Peculium profectitium omnes fatentur non confiſcari ob delictum filij. num. 239.
Licet filius haberet in eo liberam &c. num. 240.
Peculiã pater occupat iure proprio. num. 241.
Peculia pater occupat etiam tit. hæredis. num. 242.
Te-

Peculia, pater non occupat condemnato filio, ſed vt vetera omnia, fiſcus. num. 243. eum ſeq.
Legitima nulla fiſco viuente patre debetur, nec petere eam poteſt. num. 245. 246.
Legitimam filius non poteſt conſequi patre mortuo poſt condemnatum ipſum filium. num. 247.
Confiſcatio bonorum non trahitur ad futura. numero 248.
Bannitus præteriri poteſt à patre in teſtamento. numero 249.
Fiſcus non ſuccedit patri banniti, niſi differretur condemnatio filij in caſum mortis paternæ. numero 251.
Filium bannitum poſſe in fraudem fiſci renunciare iuri paternæ hæreditatis nondum acceptatę. numero 252.
Filium bannitum deberet pater exhæredare, ne fiſcus occupet hæreditatem. num. 253.
Legitimam filij poſſe viuente patre fiſco deberi ex ſtatuto ciuitatis tamen. num. 254.
Non collegij. num. 255.
Vbi tamen filius non damnaretur. num. 256.
In contumaciam. num. 257.
Famulum delinquentem ex ſtatuto poſſe dominum obligare. numero 258.
Legitimam delinquentis ex ſtatuto fiſco tunc deberi cum filius non moritur ante bannum, ex communiori. num. 259. 260.
Legitimam ob filij delictum non deberi fiſco ex aliquo ſtatuto vbi extaret nepos ex filio. numero 261.
Legitimam ob filij delictum fiſco non deberi cum reliquit vxorem prægnantem. numero 262.
Legitima debita fiſco ex ſtatuto ob delictum filij quomodo calculanda. numero 263. cum ſequentibus.
Confiſcatis bonis filij excipiuntur ei donata à patre in contractu matrimonij.
Peculium ſerui non confiſcari. num. 266.
Confiſcatis bonis clerici non confiſcantur beneficia. numero 267.
Confiſcatis bonis creditoris confiſcantur ſolum quæ eius ſunt. num. 268.
Cætera an variant tradit remittendo. numero 269.
Confiſcatis bonis, non veniunt ea quæ quis ſine titulo poſſidet. num 270.
Confiſcatis bonis in quibus damnatus habet nudam proprietatem, vſufructus non confiſcatur. numero 271.
Vſufructuario bannito, vſusfructus non confiſcatur, ſed commoditas, vt etiam dicitur de emphyteota & feudatario. num. 272. cum ſeqq.
Dotalia non veniunt in confiſcatione de bonis viri. numero 275.
Vxor propria authoritate poteſt dotalia occupare confiſcatis bonis viri. num. 276.
Dos vxoris pro qua habet hypothecam non confiſcatur cum viri bonis, nec in crimine læſæ maieſtatis. num. 277. cum ſeq.
Dos non venit in confiſcatione bonorum viri, nec pro delicto primipilari. num. 279.
Dos confeſſata ſolum non venit in confiſcatione bonorum viri. num. 280.
Dotis non numeratæ exceptio intra quod tempus opponenda per fiſcum, vel creditores. num. 281. cum ſeqq.
Dos confeſſata habetur pro uera ex Mediolanenſium vſu. num. 285.
Dos confeſſata ſolùm non nocet creditoribus. numero 286.
Dos confeſſata præiudicat fiſco. num. 287. 288.
Dotem non fuiſſe numeratam fiſcus per teſtes probare poteſt. num. 289.
Dotis hypotheca non impedit quin bona confiſcentur. numero 290.
Dotem vxor petere poteſt, licet velit ſequi virum bannitum. numero 291.
Dos repeti poteſt ſtatim viro delinquente. numero 292.
Dotis cauſa poteſt vxor inſiſtere bonis obligatis, licet confiſcatis. num. 293.
Conſtituto generali transferri poſſeſſionem, niſi Mediolani ex ſtatuto. num. 294. 295.
Dotis exceptio impedit interim dum ſatisfiat, ne domus obligata deuaſtetur. num. 296.
Creditor poteſt impedire deuaſtationem bonorum debitoris, niſi ei ſatisfiat. num. 297.
Exceptionis non numeratæ pecuniæ tempus opponendæ eſt varium. num. 298. 299.
Exceptionem pecuniæ non numeratæ fiſcus etiam lapſo tempore poſt opponere, vbi per teſtes probare velit. numero 300.
Augmentum dotis non venit in confiſcat. de bonis viri delinquentis. num. 301.
Vxor ſi deliquit, ita vt confiſcari debeat, an dos publicetur. num. 302.
Dos non publicatur conſtante matrimonio. nu. 303.
Dos ob delictum vxoris tranſit in fiſcum, ſed vir eam repetit. num. 304.
Dos confiſcatur in præiudicium viri qui fecit pactum de ea lucranda etiam ob hæreſim. numero 305.
Dos data filiæ licet filia bona confiſcentur, redit ad patrem. numero 306.
Mariti ficti bona confiſcata debentur filijs. numero 306.
Confiſcatis bonis, non veniunt eccleſiaſtica. numero 307.
Dominium directum non præſcriptum poteſt impediri ne confiſcetur. numero 308.
Alienata bona fide ante delictum non confiſcantur. numero 309.
Alienata in fraudem fiſci reuocantur, nu. 310.
Alienata dici in fraudem fiſci ſi emptor eſt parti-

ceps fraudis,num.311.

Alienata a fiſco ob fraudem præſumptam, ſi reuocentur, debet pretium reſtitui emptori, numero 312.

Alienatio dicitur facta in fraudem fiſci, cum quis alienat cogitans delinquere, nu. 313.

Alienata in fraudem fiſci ſciente emptore reuocantur abſque pretij reſtitutione niſi illud extet. numero 314.

Fraus probatur coniecturis ſex principalibus, numero 315. & 316.

Alienationem fraude factam, pro fiſcum probatur conſtito de cauſa probabili eius, numero 317.

Alienationem nō fuiſſe in fraudem fiſci probari coniecturis, num. 318.

Alienatio non dicitur facta in fraudem fiſci, cum facta eſt dotandæ filiæ cauſa, vel ſimili, numero 319.

Alienatio quæ dicitur facta ob fraudem debet reuocari actione ordinaria ob fructus, nūm. 320.

Alienatio in fraudem poteſt peti actione reuocatim, quod reuocetur per patrem, filiam, fiſcum, numero 321.

Donatio ante delictum ſine ſuſpicione fraudis tenet, niſi in Crimine Læſæ Maieſtatis, numero 322. 323.

Donationes quæ olent fraudem veram, vel præſumptum non valent quoad fiſcum, nu. 324.

Donationes, vt ex capite fraudis per fiſcum reuocentur, ſufficit eſſe fraudem in donante, numero 325.

Donatio facta cum pacto quod reuertatur retrò, vbi donatarius delinquet non valet quoad fiſcum, ſed quoad alios, nu. 326. vel ſeq.

Donatio facta, vt teneat ſi donantis bona confiſcentur, non valet, nu. 328.

Donatio facta vxori vbi publicentur bona viri, valet, num. 329.

Donatio facta ita, vt donatarius teneatur eum donantem alere vbi banniretur, valet, numero 330.

Bannitus ex ſtatuto Mediolani non poteſt alimenta petere, num. 331.

Donatio facta per virum vxori ante crimen metu pœnæ, non tenet, num. 332.

Donatio facta vxori non confiſcatur, nec ex crimine maieſtatis, nu. 333.

Donatio facta vxori, per virum, licet bannitum, poteſt reuocari, nu. 334.

Donatio facta vxori, poteſt a viro, poſt bannum reuocari, num. 335.

Donatio facta vxori cuius memoria damnatur, eſt nulla, num. 336.

Donationis factæ vxori facultas reuocandæ non tranſit in fiſcum, num. 337.

Donationes factæ vxori in fraudem fiſci reuocantur, num. 338. & 339.

Donatio facta vxori poſt delictum, in fraudem præſumitur facta, nu. 340. cum ſeq.

Donationes factæ filio in poteſtate non veniunt in confiſcatione, poſſuntque per patrem ſemper reuocari, nu. 342.

Donatio cauſa mortis commiſſo delicto annullatur, numero 343.

Donatio facta vxori, licet cauſa mortis, ſecuto banno confirmatur, niſi damnetur memoria defuncti, num. 344. 345.

Donatio facta a patrefamilias filio eſt nulla, niſi iuramento firmetur, num. 346.

Donationes valent factæ ante biennium delicti animo deliberato patrati, num. 347. 348.

Homicidium præſumitur factum in rixa, numero 349.

Donatio facta poſt biennium a die delicti damnato in contumaciam donante, valet tamen, numero 350.

Alienans in fraudem fiſci, an poſſit hoc allegando puniri diſtinguitur, num. 352. & 353.

Confiſcatio non trahit ſecum futura, numero 354.

Bonorum appellatione non veniunt futura, numero 355.

Confiſcatus bona poſt bannum acquiſita retinet, numero 356.

Confiſcatio non trahitur ad acquiſita ex contractu a die ſententiæ iure communi, numero 357.

Confiſcato filio ſi differatur condemnatio poſt mortem patris, auferuntur ei etiam paterna, numero 358.

Declaratio decreti cap. omnium circa tempus confiſcandi bona, num. 359.

Confiſcari non poſſe bona poſt delictum arguendo, num. 360.

Confiſcātur bona Mediolani acquiſita vſque ad ſententiam, num. 361.

Decretum nou. conſt. de confiſcandis bonis eſt fauorabile fiſco, num. 362.

Confiſcatio bonorum non trahitur ad non apprehenſa ſi ante notificationem quis gratiam aſſequatur, num. 363.

Confiſcantur bona quæ quis habet tempore delicti, non ſententiæ.

Bannitus Mediolani non poteſt habere hæredem, numero 364.

Bannitus iure communi poteſt habere hæredem, numero 365. & 366.

Confiſcatio, an trahat ſecum hæreditatem delatam poſt delictum.

Bannitus, an ſine fraude poſſit alienare, numero 367.

Bannito poſſe relinqui ſi redierit in gratiam, numero 368. & 369.

Pecu-

Bannito relictum ſimpliciter, fiſco acquiritur, numero 370.
Bannito acquiſita poſt confiſcationem debentur prius occupanti, num. 371. & 372.
Bannitum ſpolians mortuum, venit furca ſuſpendendus, num. 373.
Bannito acquiſita poſt confiſcationem ceſſa alijs, non poſſunt à tertio occupari, num. 374.
Bannito acquiſita alij ceſſa poſt confiſcationem non poſſunt a fiſco auferri, num. 375.

oo Bona.

117 DEcretum † hoc, ex quo loquitur ſimpliciter publicari bona, viderentur comprehendi bona deducto ære alieno, ita quod actiones non tranſeant in fiſcum, tamen quòd hæreditas tranſeat in fiſcum not. Brun. ſuper conſt. in verbo, bona verſ. ſtatutum publicat. bona.
118 † Confiſcatis bonis alicuius, omnia quæ
tranſeunt in hæredes extraneos, tranſeunt
in fiſcum, aliàs non, ita not. Caſſan. in
conſuetud. Burgund. rubr. 2. de confiſca-
tione, §. 2. Gloſa prima, numero vndeci-
mo, Socin. Sen conſilio 121. numero vnde-
cimo, volumine quarto. Clar. d. §. fin. q. 78.
verſ. nunc videamur, Gabriel ſuo conſilio
172. numero trigeſimonono, & infra dice-
119 tur. † Veniunt etiam ſolum præſentia, non
futura, ita not. Marſ. tract. bannit. in verbo,
bona, nu. 2.
120 † Bonis publicatis veniunt etiam actio-
nes, & nomina debitorum, vt not. Albe-
ric. tract. ſtatut. libro tertio, quæſtione ſe-
cunda, numero ſexto, & quæſtio. 13. nu.
idem in l. prima, in fine, ff. de ſtatut. homi-
num, Roman. l. ſi conſtante §. finali numero
decimo ff. ſoluto matrimonio. Dec. conſi-
lio 442. numero ſecundo, & nono, idem
Afflict. in conſt. Regn. rubr. 6. de vſur. pu-
niend. numero decimoſeptimo, libro pri-
mo, idem Anchar. iun. q. 7. numero ſexto, &
121 ſeptimo, & 12. parte 2. † Non autem com-
prehenduntur, ſi dicatur bona ſua, ita An-
gel. de malefic. verſ. & eius bona, nume. 13.
Alex. conſ. 31. nu. . . volumine primo, Cot-
ta ſuis memorab. in verbo, bonis publica-
122 tis, in princ. & in verbo, nomina. † Non etiã
comprehenduntur, vbi dictum eſt, bona
mobilia, & immobilia, ita not. Bald. l. ſi
conſtante, §. fin. ad finem, ff. ſoluto matri-
monio. Alberic. d. tract. ſuper ſtatut. lib. 3.
quæſtione tertia, numero ſecundo, cum
ſequent. diſtinguit aliter Romanus, dicta
lege ſi conſtante, §. finali, numero nono,
ff. ſolut. & numero decimo. notat. quid iu-
ris de annuis redditibus, Alexan. conſilio
244. volumine ſexto. quem ſequitur relatiuè citando, Marſ. tract. bannit. verſ. confiſcata, numero decimoſexto, idem Clar. ſua Praxi. §. finali. quæſtio. 78. verſ. ſucceſsiue quæro, vbi reprobat Caſſaneum tenentem contrarium, ita declarandus Tiraquel. retract. lignag. §. 1. Gloſ ſeptima, numero nono, idem not. Bonacoſſa, in quæſt. criminali in verbo, publicare, verſ. ſi ex ſtatuto, verum ſublata omnis eſt difficultas, ex hoc decreto cum ponat etiam, iura.

123 † Bona quoque litigioſa, veniunt in bonorum confiſcatione, ita not. Ang. in l. ſi conſtante, §. ſi bona, numero ſecundo, ff. ſoluto matrimonio, vbi etiam Iacobus de Puteo, idem Lanfrancus, Balbus ſuis communibus, Cent. prima. concluſ. octuageſimaſexta, Lancellot. tract. attent. ſecunda parte, capitulo quarto, in præfat. numero 473. & 474. & limitatione tertia, numero ſecundo, cùm ſit alienatio neceſſaria.

124 † Bona vendita per delinquentem, ante delictum, & non tradita, veniunt in cõfiſcatione bonorum, reſtituto pretio per fiſcum, ita notat Roma. in l. prima. §. ſeruus, numero quarto, verſ. ego autem, ff. ad Syllan. per textum, in l. fundum quem. ff. locat. idem Angel. d. tract. de malefic. verſ. & eius bona, numero 20. Petrus Rauẽnas ſing. 121. idem Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 2. de confiſcatione §. ſecundo, Gloſa prima, numero nono, verſ. aduerte, idem Io. de Arnono, in Soliloquio, numero octuageſimooctauo.

125 † Res donatæ delinquenti, veniunt in confiſcatione, vbi non fuerit reuocata donatio ob ingratitudinem ipſius donatarij poſt donationem erga donantem.

126 † Quæ quidem poteſt fieri, nec ea poteſt argui, ex ſententia, contumaciali, in fauorem fiſci contra damnatum lata, licet fiſcus non poſsit eam dicere iniquam, & hoc quoad præiudicium creditorum, qui volunt ſibi ſatisfieri ſuper bonis damnati confiſcatis, ita Imola conſilio trigeſimoquinto, numero vigeſimoprimo, vigeſimoſecundo, & vigeſimonono, vbi dicit poſſe fieri etiam quod ſit renunciatum ingratitudini, vt per eum, ſequitur Caſſan. in d. conſuetud. Burg. rubrica ſecunda, des confiſcatione, §. 2. Gloſa prima, numero decimotertio.

127 † Bona vniuerſa delinquentis, de quibus delinquens poteſt diſponere, & quæ tranſeunt in hæredem extraneum fiſco acquiruntur, alias non, ita Nellus tract.

bannit. prima parte 2. temporis, quæſt. 23.
verſ. eo enim, Grammat. deciſ. 105. nũ. 32.
Socin. Sen. conſi. 131. nume. 19. volumine 4.
Alciat. conſ. l. 574. numero 11. Clar. d. ſua
Praxi. §. final. quæſtio. 78. verſ. nunc videa-
mus, ibi. hinc infertur quod, Rolan. à Valle
conſil 98. numero 16. volumine ſecundo,
Plott. conſ. 38. num. 17. & 95. Oſaſcus deciſ.
94 numero quinto, vbi ampliat. habere lo-
cum in Crimine etiam Læſæ Maieſtatis.
128 † Quis autem dicatur hæres extraneus
hoc in caſu, notat. numero decimoſexto, &
decimoſeptimo.
129 † Bona emphyteotica vbi habeantur à
priuato, ſiue laico, ſiue clerico de patrimo-
nialibus tamen, regulariter tranſeunt in
fiſcum, cùm ſint tranſitoria ad hæredes ex-
traneos, niſi adſit pactum in contrarium,
ita notat. Alex. conſ. 23. num. 5. vol. pri. & l.
ſi finita, §. ſi de vectigalibus, nume. 35. ff. de
damno infecto, Socin. Sen. conſi. 121. num.
18. ad finem, Dec. conſ. 442. nume. 31. & ita
declarandum, quod notat. Marſ. in dicto
tract. bannitorum, verſ. confiſcata, nu. 11.
Boer. deciſ. 278. numero ſeptimo, Gigas
de Crimine Læſę Maieſtatis, lib. 2. rubr. de
pœnis committent. quæſt. 8. nume. 7. & 8.
Ruin. conſ. 117. num. 3. & conſ. 161. num. 7.
vol. 1. Rolan. à Valle conſ. 29. num. 18. vol. 3.
Gabriel. conſ. 123. nu. 6. Clar §. emphyteo-
ſis, q. 29. in princ. Plot. conſ. 30. nume. 67.
Rolan. à Valle conſ. 98. nume. 19. volum. 2.
130 † aliàs vbi non ſint tranſitoria ad hæredes
extraneos, non tranſeunt in fiſcũ, ita Alex.
conſ. 23. num. 5. volumine primo, & conſil.
89. num. 2. 3. & 4. & ita intelligendus Marſ.
d. verbo, confiſcata, numero 11. qui allegat,
131 Alex. d. locis, † vbi autem confiſcatur res
emphyteotica intelligitur ſolum publica-
tum vtile dominium, ſaluo iure dom. di-
recti, ita Bald. l. ſi quis presbyter, nu. 2. C.
de epiſc. & cler. Guid. Papa, q. 438. nume. 3.
132 † poteſt autem dominus directi dare pre-
tium, & ea recuperare à fiſco, ita Amanel
133 lus de claris ſing. 63. † vbi autem nõ confi-
ſcatur, fiſcus viuente emphyteota confi-
ſcato, habet fructus commoditatem, ſol-
uendo ipſe canonem, ita Nellus tract. ban
nit. prima parte 2. temporis, q. 24. ſequitur
Gigas. d. q. 6. num. 9.
134 † Bona autem emphyteotica eccleſię nõ
tranſeunt in fiſcum, ſed tranſeunt ad ec-
cleſiam, vel ad filios, ſi ſint vocati regula-
riter, cùm non poſſint tranſire in extra-
neum, ita notat. Alberic. tract. ſtatut. lib. 3.
q. 19. num. 18. verſ. & hoc, idem Bald l. pri.
num. 4. C. de bonis libert. Roman l. ſi fi-
nita, §. ſi de vectigalibus, nu. 11. rationem
adducit, nume. vigeſimoprimo, ff. de dam-
no infecto, Angel. tract. malefic. verſ. &
eius bona, numero decimoquarto, vbi An-
gel. in addit. num. 16. Nellus tract. bannit.
prima parte 2. temporis, quæſt. 24. in prin-
cip. Alex. conſi. 23. num. 4. vol. 1. Dec. conſi-
lio 4 . . . num. . . Brunus, conſ. 61. nume. 4.
Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 2. verſ.
de confiſcatione, §. 2. Glo. 1. nu. 10. Curt.
Sen. conſi. 59. num. 18. idem Socin. Sen. cõſi-
lio 121. num. 18. vol. 4. Gigas. d. tract. Crim.
Læſæ Maieſt. lib. 2. rubr. de pęnis commit.
q. 6. num. 1. 2. & 3. Ruin. conſ. 117. num. 1. 2.
135 & 4. † vbi dicit tranſire ipſo iure in eccle-
ſiam, vel filios vocatos, vt ibi numero 8.
volumine primo, & conſ. 155. numero ſepti
mo, vol. eodem, Clar. §. emphyteoſis, q.
29. verſ. in emphyteoſi autem eccleſiaſtica,
Plot. conſilio 30. numero 66. Rolan. à Val-
le, conſ. 98. num. 17. vol. 7. Gabriel. conſilio
123. numero ſexto, Menochius tract. recu
136 per. remedio 9. nu. 82. † extendendo etiam
non publicari, in capitulo fœlicis. §. ſi qua
137 verò, de pęnis in 6. vt ibi num. 83. † vbi au-
tem fiſcus occupaſſet bona hæc emphyteo
tica, quòd poſſit ea retinere, vbi eccleſia
non moleſtaret ea recuperando, ita Ruin.
conſilio 118. num. 12. 13. & 19. volumine 1.
138 † Fallit dicta concluſio ſi ſit tranſitoria ad
extraneos, quia tranſeunt in fiſcum, ita
Caſſaneus, in conſuetud. Burgund. rubr. 2.
§. 2. in princ. nume. 10. idem Boſſ. ſua Praxi
tit. de bonorum publicat. numero 60. & 61.
vbi declarat quando ſit tranſitoria ad ex-
traneos, idem Gigas d. q. 67. nume. 4. idem
Caſſan. d. §. emphyteoſis, q. 29. verſ. breui-
ter, tamen ipſe tenet vti æquius, & tutius,
ſi ſit conceſſa ab eccleſia, non tranſire in
fiſcum, rationibus vt ibi, verſ. tertio ergo,
139 † vel poſſe repeti ab eccleſia, etiam quod
ſint tranſitoria ad extraneum, ita notat.
Plot. num. 3. & 7. verſ. ſic, & emphyteoſis.
140 † Secundò limita, quando ex conſuetudi-
ne illius eccleſiæ, quæ conceſſit emphyteo-
ſim, tranſierint in extraneos, vt per Gigan-
tem d. quæſt. 6. nume. 5. ſecundum commu-
nem, quæ à Claro dicto loco non approba-
141 tur. † Tertiò limitatur, quando confiſca-
tio fieret per iudicem eccleſiaſticum, quia
tunc emphyteoſis eccleſiaſtica confiſcare-
tur, ita Gigas d. quæſtio. 6. numero ſexto.
142 † Quartò limitatur quando condemnatus
per ſententiam non amiſiſſet ſtatum, ſed
bona tantum, quia tunc eccleſia non po-
teſt impedire executionem fiſcalem, ita
143 Ruin. conſ. 217. nume. 12. † & vbi eccleſia
intra biennium non declarauerit velle re-
dimere, fiunt irreuocabiliter fiſci, ita Ruin.
conſi-

conſilio 117. numero decimoquarto, volu-
mine primo.
144 † Bona feudalia regulariter non tran-
ſeunt in fiſcum, cùm non comprehendan-
tur in generali diſpoſitione, nec tranſeant
ad extraneos hæredes, ita Barr. in l. ſi fi-
nita, §. de vectigalibus, nu. 3. vbi cæteri ſcri
bentes, maximè Roman. num. 10. rationem
adducit, num. 21. ff. de damno infecto, Dec.
conſ. 44. num. 29. Nellus tract. bannit. prima
parte 2. temporis, quæſt. 23. verſ. ſed omniſ
ſo, Boer. deciſ. 278. num. 7. Aret. conſ. 10.
num. 2. Marſ. d. verbo, confiſcata, nume 10.
145 † ex quo commoditas illa annexa eſt per-
ſonali præſtationi, quæ non poteſt præſta-
ri per fiſcum, Boſſ. ſua Praxi. tit. quomodo
procedatur per præcepta, num. 12. & tit. de
bonorum publicatione, num. 18. verſ. & ex
his, & tit. debitor. an delinquatur, nu. 9.
verſ. nam licet, cum relatis per gigantē in
tract. Læſæ Maieſtatis, libro 2. rubr. de pœ
nis commit. quæſt. 5. numero primo, & ſe-
cundo, & 5. Clar. §. fin. in q. 84. in princ. &
ſua Praxi, §. fin. q. 78. verſ. nunc videamus,
Ruin. conſilio 161. numero ſeptimo, volu-
mine primo, Plot. conſ. 30. nu. 68. Gabriel.
conſi. 123. num. 6. verſ. & ſimiliter, Rolan. à
Val. conſi. 29. num. 14. & 15. volum. 3. vbi di-
146 cit communem, † & quia bonorum appel-
latione, non veniunt feudalia, ita Rolan-
dus à Valle d. conſilio vigeſimonono, nu-
147 mero octauo, † quæ tamen concluſio pro-
cedit in feudo regulari, quod venit ex pa-
cto, & prouidentia, ſecus dicendum in
feudo hæreditario, quod poteſt tranſire
in extraneos, quia illud in fiſcum tranſit,
etiam quoad proprietatem, ſaluo iure do-
mini, ita notat. Boſſ. d. tit. de bonorum pu-
blicatione, numero decimonono, & vigeſi-
mo, exemplificando in feudo emphitio, nu
mero 54. declarando, vt per eum. Ita etiam
declarat. Gigas. d. quæſt. 5. numero 6. Boer.
deciſ. 278. numero ſeptimo, vbi dicit ſic
ſeruari ex conſuetudine Franciæ, cùm ha-
beantur ad inſtar patrimonialium, idem
Caſſan. firmat. in conſuetud. Burgund. in
rubr. 2. des confiſcation. §. 2. Gloſ. prima
numero 12. dum hoc modo conciliant opi
nionem contrariam, Alberici tenentis op-
poſitum in libro tertio, ſtatutorum, quæſt.
16. quem ſequitur, Afflict. in conſt. Regni.
rubr. 22. de morte banniti, banniti, nu-
mero tertio, libro tertio, cum relatis per
Gigantem, d. rubr. de pœnis committen.
quæſt. 5. numero tertio, verſ. ſecunda verò,
declarando, vt per eum numero ſeptimo,
idem ſequitur Clar. ſic diſtinguendo d. §.
feudum, q. 84. verſ. ego vero, Plot. conſilio
tertio, numero 69. Rolan. à Valle, tract. in-
uent. quarta parte, verſ. nunquid hæres, nu-
mero decimoquarto, & conſilio vigeſimo-
nono, numero decimoſeptimo, volumine
tertio, idem habetur in libro 3. commu-
nium, in verbo, confiſcatis bonis, Gabriel.
conſilio 172. numero trigeſimonono, verſ.
148 eſt receptum, † Feudum autem conceſſum
pro ſe, & filijs maſculis, dicitur ex pacto,
& prouidentia non hæreditarium, ita Ro-
lan. à Valle conſilio 29. numero quinto, &
32. volumine tertio.
149 † Aliquando eſt etiam feudum hæredi-
tarium, non tamen tranſitorium ad extra-
neos hæredes, ita Boſſ. tit. de bonorum pu
blicat. numero 19. ad finem, & numero 20.
150 † Quod habet locum ſi idem ſit dominus
directi, & fiſcus, aliàs diſtingui debet, quòd
ſi ſit tale delictum per quod dominus dire
cti, poteſt priuare vaſſallum feudo, tunc re-
dit ad dominum directi non autem confi-
ſcatur ita declarat ſignanter. Clar. d. § feu-
dum. q. 84. verſ. aut vero, & hoc eſt tertium
151 genus † Et ſi feudum habeatur à vaſallo, ſi
ammittatur ex delicto, feudum applicatur
vaſallo, non primo domino, contra opinio-
nem quorundam ita notat. Roman. in l. ſi
finita, §. ſi de vectigalibus, nu. 20. ff. de dam-
152 no infecto. † Quando autem feudum non
eſt tranſitorium ad hæredes extraneos, &
conſequenter, nec in fiſcum, prout in feu-
do regulariter, quibus applicetur diſtin-
guendum an tale ſit delictum per quod do
minus directi poteſt priuare vaſallum feu-
do, & ad eum reddit, aliàs transfertur in fi-
lios, & agnatos, ita not. declarando Clar. d.
§. feudum, q. 84. verſ. ego vero, ibi, quis au-
tem, iunctis notatis per eum d. §. feudum,
quæſt. 66.
153 † Quando pariter eſt trāſitorium ad ex-
traneos ad libitum vaſalli, cùm conſenſu
tamen domini, & in præiudicium filiorū,
& agnatorum, prout eſt quodcunque feu-
dum, ſub quocunque tenore ſit receptum,
tunc non applicatur fiſco, nec agnatis, ſed
conſolidatur cum directo, ita not. decla-
rando. Clar. d. q. 84. verſ. ſecundum autem.
154 † vbi autem ſeruitium vaſallitij ſit præſtan
dum in alio loco, quàm in loco in quo eſt
bannitus is delinquens, non ammittit feu-
dum, ita Nellus d. tract. bannit. prima par-
te 2. tempor. q. 23. verſ. puto tamen, decla
a rat. Gabriel. conſ. 172. numero 39. & 40. a

Ob

A D D I T I O.

a Feudalia bona quando poſſint confiſcari not. latè Alba conſ. 25. vbi etiā [illegible] D. Me[illegible]h. conſ. 304. lib. 4. Natta conſ. 628. circa prin.

155 † Ob delictum autem commiſſum directè
contra perſonam domini, reuertitur feudū
ad dominum, alias tranſit ad agnatos, vbi
fiſco non applicatur vſque ad quartum gra
dum, ita not. Roman. l. ſi finita §. ſi de vecti-
galibus, nu. 18. ff. de damno infecto, limitan
do vnico caſu, ibi num. 19. Boſſ. tit. quomo-
do procedatur per præcepta, nu. 11. idem
tit. de bonorum publicat. nume. 53. Alciat.
conſ. 182. nume. 1. idem Gabriel. conſi. 123.
num. 6. & ita intelligendus. Alberic. tract.
ſuper ſtatutis, lib. 3. q. 17. primo, & 7. & Ro
land. à Valle conſi. 29. numero 7. volum. 3.
156 † quando autem dicatur delictum commiſ
ſum in perſonam domini, declarat. Boſſ. d.
tit. de bonorum publicatione, numero 57.
157 † Id autem debet fiſcus probare, vt notat.
Alciat. dicto conſilio 182. numero tertio.
158 † non autem dicitur factum in dominum,
ſi fiat in fratres domini, ita Roman. in l. ſi
finita §. ſi de vectigalibus, nu. 18. ff. de dam-
159 no infecto. † non etiam habet locum hoc,
vt reuertatur ad dominum. tanquam com-
miſſum in eius perſonam, quando quis fuit
condemnatus in contumaciam, quia tunc
talis condemnatio non egreditur eis per-
ſonā, nec noceret agnatis eo caſu, ita Boſſ.
tit. de bonorum publicatione, num. 56. Al-
ciat. conſ. 182. numero 4. & Roland. à Valle
160 conſ. 29. nu. 30. vol. 3. † etiam ſi fuiſſent eo
caſu examinati teſtes ſuper illo proceſſu,
vt tradit. Boſſ. ibi nu. 56. verſ. aduerte etiam
quod prædicta, idem Roland. à Valle, d.
161 conſ. 29. nume. 31. vol. 3. † commiſſo autem
delicto, in Crimine Læſæ Maieſtatis, feudū
reſpectu vtilis fiſco publicatur, ita Gigas.
d. q. 5. num. 3. Oſaſc. deciſ. 94. numero 32. &
cauetur ſupra tit. de Crimine Læſæ Maie-
ſtatis, verſ. finali, ibi notatur, ſaluo iure do-
162 mini inferioris, vbi adſit, † & quia non eſt
honeſtum quod inferior dominus habeat
Principem Superiorem pro cliente, tunc
feudum illud venditur, deinceps vtilis do
minus habebit pretium, ita notat. Ferro-
nius ſuis conſuetud. lib. 2. tit. 8. de feud. &
iure emphyt. §. 10. col. 3. verſ. publicatis au-
163 tem bonis, † licet feudum antiquum in di-
cto crimine peruenire debeat ad agnatos,
tamen fiſcus illo damnato viuente eum te-
net, illo gauiendo, vt not. Gigas. d. q. 1. nu-
mero tertio, verſ. & hanc opinionem, &
164 q. 3. num. 4. ad finem, † non tamen in Crimi
ne Læſæ Maieſtatis per delictum commiſ-
ſum in perſonam Domini feudum reuerti-
tur ad eum, ipſo iure, ſed requiritur decla-
ratoria Iudicis, licet in Regno Neapolita-
no ſeruetur, vt fiat confiſcatio ipſo iure, ita
Gigas. d. q. 5. numero nono, & decimo,
165 † per confiſcationem autem bonorum pro
delicto commiſſo contra Imperatorem, Re
gem, vel Rempub. quis non priuatur feudo
ab eccleſia recognito, niſi per ſententiam
eccleſiæ ſit priuatus, not. Gigas d. q. 5. nu-
166 mero octauo, † non etiam confiſcatur feu-
dum eccleſiaſticum, ſed reuertitur ad ec-
cleſiam, ita Bald. l. 1. nume. 4. C. de bonis li-
ber. Alberic. tract. ſtatut. lib. 3. q. 17. nume. 2.
relatiuè Boſſ. tit. de Crim. Læſæ Maieſtatis,
numero 143.
167 † Publicatis autem bonis domini, pro-
prietas rei feudalis non confiſcatur, ſed
conſolidatur cum vtili dominio, ita Alber.
ſuper ſtatut. lib. 3. q. 16. verſ. ſed pro hoc, Ro
man. l. ſi finita §. de vectigalibus, num. 9. ff.
de damno infecto, Aug. in addit. ad Angel.
d. verſ. & eius bona, num. 41. Plot. conſ. 30.
numero 92.
168 † Beneficium quoque eccleſiaſticum fi-
lij non venit in confiſcatione bonorum pa
tris, etiam ſi bona eſſent confiſcata pro Cri
mine Læſæ Maieſtatis, ita Angel. verſ. &
eius bona, num. 27. Marſ. tract. bannit. verſ.
confiſcata, nu. 21.
169 † Donationes etiam Principium quæ ex
diſpoſitione capituli, ne memoria, ſupra
tit. de feud. non tranſeunt ad extraneos,
non confiſcantur, ita Boſſ. tit. de bonorum
publicatione, num. 59. Gabriel, conſ. 172.
numero 39.
170 † Bona ſubiecta fideicommiſſo, licet non
confiſcentur, vt not. Marſ. tract. banuit. in
verſ. confiſcata. nume. 14. Roland. à Valle,
conſ. 31. num. 25. vol. 1. & conſ. 98. nume. 6.
vol. 2. Monticulus, tract. de inuent. cap. 10.
num. 333. Laur. Kirchou. ſuis communibus,
a Cent. prima, concluſ. 26. a bona, † tamen
171 vbi fideicommiſſum eſt ſimplex abſque pro
hibitione alienationis, ita quod reſtitua-
tur in euentum alicuius conditionis, vel
poſt mortem, interim pendente conditio-
ne, vel donec viuit damnatus is, fiſcus per-
cipit fructus bonorum illorum fideicom-
miſſo ſubiectorum, ita cauetur in l. Statius
Florus, §. Cornelio fœlicis, ff. de iure fiſci,
& in l. cum pater, §. hæreditati, ff. de leg. ſe-
cūdo, ita Alex. cōſ. 23. nu. 1. vol. 1. Boer. de-
ciſ. 278. nu. 3. 4. & 5. Ruin. conſ. 117. nu. 16.
verſ.

ADDITIO.

a Niſi vltimus ſit delinquens ex fideicommiſſarijs l. cum pater §. libertis. ff. de leg. 2. facit tex. in l. quoties. C. de fideicomm. quia cum talis poſſit ea bona alienare, ergo & in fiſcum transferre. l. ita liberorum vbi Barto. ff. de iur. patron. & per Alex. conſ. 23. col. 2. lib. 1.

verſ. vel melius, volum. 1. Alciat. conſi. 650. num. 1. Ferronius ſuis conſuetud. lib. 2. tit. 8. de feud. & iure emphy. §. 10. col. 3. verſic. nos vero, Rolan. à Valle, conſ. 98. nume. 10. vol. 2. Plot. conſ. 30. num. 96. vbi ita declarat, idem Gabriel. ſuis communibus, tit. in criminalibus, concl. 24. nu. 5. & 6. ad finem.

172 † Quam concluſionem, vt interim pendente conditionis euenit fiſcus habeat fructus illorum bonorum, quidam extendere voluere etiam ſi adſit prohibitio expreſſa teſtatoris non alienandi, cùm ſit expreſſio eius quod tacitè inerat, quę plus non debet poſſe operari, ita communem, & veriorem dicit Boſſ. tit. de bonorum publicatione, nu. 42. licet dubitatiuè, Alciat. cōſ. 783. num. 1. cum relatis per Rolandum à Valle, conſ. 98. nu. 10. ad finem, & num. 11. volumine ſecundo.

173 † Verùm quicquid hi dicant contraria opinio verior, & communior, quòd ſtante prohibitione expreſſa alienationis, bona non confiſcentur, nec etiam durante vita grauati, & prohibiti alienare, iſta fuit opinio originalis, Bart. in l. Imperator, numero primo. ff. de fideicommiſſ. libert. quam ſequitur, Alexan. conſilio 23. numero tertio, volumine primo, Afflict. in conſtit. Regni, rub. 5. de reuocand. alienat. nu. 5. lib. 3. vbi loquitur in prohibitione alienationis à ſtatuto, vel conſuetudine, Cotta ſuis memorab. in verbo, confiſcatis, verſ. nunquid, Marſil. tract. bannit. verſ. confiſcata, nu. 12. & verbo, alienata, nu. 71. & in l. fin. nu. 191. ff. de iuriſdict. omni iudic. nume. 12. Grammatic. deciſ. 105. nu. 31. Alciat. in l. poſt contractum, nu. 69. verſ. putarem quoque. ff. de donat. Caſſan. in conſuetud. rubr. 2. §. 2. Gloſa prima, num. 15. & §. 3. in princ. numero 2. Boer. deciſ. 278. num. 6.

174 † Declarando tamen, vt per eum, ſi ſit facta cōdemnatio in pręſentem, etiã quod aufugiat, quia ammittit libertatem, & ciuitatem, vt ibi per eum, num. 8. ſecus ſi in abſentem, niſi ex forma ſtatuti poſſet cōdemnari vti præſens, ut ibi per eum, numero 9. cum ſequentibus; Hanc etiam opinionem vti communiorem ſequitur Gigas. de Crimine Læſæ Maieſtatis, lib. 2. rubr. de pœna committent. q. 3. nu. 1. plures authoritates ad hanc accumulat, Soc. Sen. conſilio 121. col. 4. num. 22. vol. 4. Soc. iun. conſ. 77. numero 18. vol. 2. Plott. conſi. 30. nume. 16. & 96. ad finem, Clar. ſuis communibus, in verbo, prohibita, & ſua Praxi. §. finali, quæſtio. 78. verſ. item quæro vbi, hanc ſequitur, Rolã. à Valle, conſ. 31. num. 25. ad finem, & 26. vol. 1. & conſ. 98. num. 14. & 19. cum ſeq. volum. 2. maximè ſi adſit prohibitio totaliter alienationis, vt ibi per eum, num. 15. quicquid ſecus dicat, Alciat. d. conſilio 783. in prin. quando adſit clauſula, ita quòd vnita, & integra perueniant in ſubſtitutos, vt per eum, Laurent. Kirchouius ſuis cōmunibus, Cent. prima, concl. 26. bona, & Cent. quarta, concluſ. 16. prohibita, Menoch. tract. recuperand. remed. 9. num. 84. Oſaſcus deciſ. 94. num. 3. extendendo, etiam in Crimine Læſæ Maieſtatis, idem Gabriel. conſil. 123. nu. 5. licet contrarium ſentiat. numeris ſequentibus, vbi dicit opinionem contrariã veriorem, tamen quod hæc ſit communis, notat, num. 16. adducendo authoritates eã tenentes, eam comprobando, num. 17. cum

175 ſequent. † Quicquid ſit licet non tranſeat in fiſcum ex prohibitione illa alienationis, ſed perueniant ad vocatos in prohibitione, tamen penes eos eſt reuocabiliter, vt natis filijs vocatis per mortem damnati dein illa habeant, vt latè comprobat, Gabriel. d. conſi. 123. num. 32. vſque ad finem. Hanc communem plures authoritates allegando, not. Gabriel, tit. in criminali, concluſ. nu. 1. & 2. rationem adducit, num. 6. ex quo adeſt duplex vinculum legis, & homi-

176 nis. † Quæ concluſio habet locum, & extenditur, vt procedat non ſolum ſi ſit factum expreſſum fideicommiſſum in caſu alienationis, quia tunc proculdubio excluſo fiſco admittitur ſequens in gradu, ſecundum communem notatam per Alciat. cōſilio 650. nume. 1. & notatum per Rolandũ à Valle, conſilio 98. numero 11. volumine ſe-

177 cundo. † Sed etiam quando poſt fideicommiſſum addita ſit clauſula, quia volo, quod bona ipſa remaneant in familia, vel agnatione, quia tunc ex ea inducitur fideicommiſſum ſimplex, ita not. Boſſ. tit. de bonorũ publicatio. nu. 42. verſ. eſt tamen, idẽ Clar. d. ſua Praxi. §. fin. quæſt. 78. verſ. item quæ-

178 ro, ibi, & hæc quidem. † Quæ etiam concluſio videtur habere locum, etiam ſi prohibitio non ſit extra certum genus perſonarũ, ſed ſimplex, vt notat. Roland. conſilio 124. num. 7. vol. 2. ſequitur Gabriel. d. concl. 24. numero tertio.

179 † Quod tamen habet locum ſi in prohibitione adſit cauſa, quia tunc teneret, vt not. Boſſ. d. tit. de bonorum publicatione, num. 34. & 35. aliàs ſi tantum fauore prohibiti, non prohiberetur tranſire in fiſcum, & hæc ſit prima limitatio ad hanc concluſionem, vt not. Alex. conſi. 23. num. 6. vol. 1. Boſſ. d. tit. de bonorum publicatione, numero 41. Grammat. deciſ. 105. numero 38. & 39. Socin. Sen. conſ. 121. nume. 22. volum. 4.

Gigas.

Gigas.d.rub.de pœnis committent.q.3.nu mero 2.Alciat. conſ.522. nume.3. cum ſeq. Gloſa Pariſ. in ſuis conſuetud. §. 30.q. 14. num.65.cum relatis per Gabrielem d. tit. in criminal.concl.24.nu.4.declarando eam tribus modis, vt per Roman.d. conſ. 124.
180 nnm.6.cum ſeq.vol.2. † Secundo principa liter limitatur,vt non procedat quando eſſet facta prohibito expreſſa in fraudem fi-
181 ſci, quia tunc tranſiret in fiſcum. † coniecturæ autem ex quibus colligitur fraus hec notatur per Bart.in l. poſt contractum vbi cæteri,ff.de donat.quas latè explicat.Boſſ. d.tit.de bonorum publicatione, nume.45.
182 cum ſeq. † limitatur tertio principaliter hæc concluſio,quando prohibitio eſſet facta ſolum extra familiam, quia tunc fiſcus non prohiberetur bona illa cōſequi ex publicatione bonorū, cùm ſit legitimus ſucceſſor,ita not. Boſſ.d. tit. de bonorum publicat.nu.421.Alciat.d.conſ.783.nu... idē Gabriel.d.tit.in criminal.conclu.24. nu... licet alleget. Bart. & Alexandrum contra-
183 rium ſentientes.† Quæ tamen limitatur nō procedere vbi adeſſent verba inducentia fideicommiſſum ſimplex, vt notat Boſſ. d. tit.de bonorum publicatione,num.4. verſ. eſt tamen,& notat. Clar.d.q.78. verſ. idem
184 quæro ibi, & hæc quidem. † Quartò limitatur, & declaratur non procedere hanc concluſionem, quando ſolum eſt prohibita alienatio per contractum, quia tunc nō prohibetur per delictum, ita notat.Grammat.deciſ.105.num.40. cum ſequen. rationibus,vt per eum,contrariū tenet, Afflict. rubr.5.de reuoc.alienat. edictali, nume.5. verſ.item quia,cum addit. ibi, littera B. libro 3.qui videatur,declarando, vt per eū,
185 † in caſibus autem in quibus tenet prohibitio,nec bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt confiſcari, poteſt tamen fiſcus ex perſona grauati,& condemnati detrahere Trebellianicam,& etiam legitimam, vbi ſit filius fideicommittentis condemnatus, ex quo non poteſt imponi grauamen ſuper legitima,ita notat. Gigas.d. rubr. de pœnis committent.q.15. Clar.d. §. fin.q.78. verſ.
186 item quæro,ibi,præterea etiam. † Fallit tamen vnico caſu,quando pater damnati ob minorem ætatem filiorum,& eorum imbecillitatem eis prouidendo impoſuiſſet prohibitionem omnium bonorum vſq; ad certum tempus, quia tunc tenet prohibitio, vti fauorabilis filijs,nec fiſcus poteſt eo caſu legitimam detrahere,& cōſequi, vt not. Alciat.conſ.522.nu.2.Boſſ.d.tit. de bonorū public.nu.41.maximè circa finem, verſ.verùm reſpectu,vbi dicit communem,cum relatis per Clarum,d.q.78.verſ. item quæro, ibi,vno caſu excepto,vbi pariter dicit hāc communem,& Ill.Magiſtratum ita ſeruare, idem notat.Roland.à Valle.conſ.31.nu.30. cum ſeq.vol.1.& conſi.38.nu.11.verſ.3.hāc
187 partem,volum.2. † & licet probatio imbecillitatis filiorum deberet hoc caſu fieri, vt tradit,Rolan.à Valle d. conſilio 98. numero 12.volum.2.tamen in hoc ſtatur aſſertioni patris ſic atteſtantis, & aſcendentis in hac prohibitione,ita Roland. à Valle d.
188 conſi.98.numero 29.volum.2. † prohibitio autem legitimæ filiorum ad tempus, licet videatur tenere fauore filiorum prohibitorum, non autem aliorum, vt notant aliqui relati per Roland.à Valle d.conſ.98.& 12.verſ.ſimiliter,volum.2.tamen quod imò teneat etiam fauore aliorum, veluti cohæredum,notat Roland.à Valle,d.conſ.98.nu mero 25.ſaltem adhoc,vt ſolum filius, non autem fiſcus poſsit hoc allegare confiſcatis bonis filij;ita notat. Alciat.d. conſ.522. num.5.Roland.à Valle d.conſ.98. num.29.
344 num.12. † limitando niſi facta ſit per mari
tum vxori, etiam quod ſit donatio cauſa
mortis,quia tenet,& confirmatur per mor
tem ciuilem,ita Alciat.d.loco,nu.12.verſi-
345 culo à qua tamen,& ſupra notatum, † de-
clarando tamen non habere locum in caſu
quo defuncti memoria damnatur, vt ibi
346 per eum, latè, numero 13.14.& 15. † idem
eſt in donatione cauſa mortis à patre fami
lias filio facta,quia eſt nulla, ſiue fiat ante
delictum, ſiue poſt, niſi ſit iuramento fir-
347 mata,ita Alciat.d.loco num.16.† quicquid
ſit de iure tamen ex decreto Mediolani nõ
tenet donatio,etiam ante delictum animo
deliberato patratum, niſi fiat per bienniũ
ante commiſſum delictum, alias reuocan-
tur, & inita ſit, ita cauetur in capitulo, ſi
quis vnum,ſupra hoc tit.not.Boſſ.tit.de bo
bonorum publicat.num.44.idem Plot. conſil.
348 30.nume.73. in prin. † quod tamen habet
locum vbi delictum ſit factum animo deli-
berato, non in rixa, vt in dicto decreto.
349 † quod in dubio præſumitur factum in ri-
xa,ita Plot.conſ.30.num.73. verſ.3. etiam,
declarat. Menoch.tract.arbitr. lib.2. Cent.
350 4.caſu 361. † Secundò non habet locum, ſi
quis fuit tantum damnatus ex contuma-
cia,quia non præiudicaret donatario, ita
Alciat.d.l.poſt contractum, nume.32. verſ.
quæro rationem, idem Alciat. tract. præ-
351 ſumpt.reg.3.præſumpt.22. † tertio non ha-
bet locũ,ſi fieret clerico, quia teneret, nec
comprehenderetur in hoc decreto annul-
lante donationes intra biennium, ita not.
Plot.d.conſ.30.nu.73.verſ. ſecundo etiam,
352 † volens autem committere delictum, ſi in
fraudem,vel ſimulatè alienet aliqua bona,
dein eum propoſiti pœniteat, an poſſit re-
uocare dictam alienationem, dubium fa-
cit, quia dicitur allegare ſuam turpitudi-
nem,tangit hanc quæſtionem Speculat.tit.
de donat.§.primo,numero 7.verſ.item po-
ne,vbi Io.Andreæ, in addit. qui diſtinguit
vno modo,aliter diſtinguit Bart.in l.iuſiu-
randum quod ex conuentus,§. procurator,
num.6.ff.de iure iurando, vbi tenet poſſe
reuocari,vbi tractet de damno vitando, &
non agatur de lucro captando, ſequitur
Alexan.conſilio 111.numero ſecundo, vo-
lumine tertio,idem Io.Fabri §. item ſi quis
in fraudem,il 2.numero 12. vbi remiſſiuè,
Iaſ. numero 59. Inſtit. de actio. Picus d.l.
poſt contractum,numero 105. & Io. Anni-
bal.numero 362. vſque ad finem. ff. de do-
nat.Cotta notat pariter remiſſiuè,in memo
rab.ſuis,in verbo,donatio,verſ.& vide, vbi
353 dicit in facto Mediolani contigiſſe. † Si
autem alienatio fiat poſt impictum deli-
ctum ſimulatè,tunc ſi abſoluatur poteſt re-
uocare alienata officio iudicis non ordi-
nariè,nec dicitur allegare ſuam turpitudi-
nem,quia forte dubitabat, nè condemna-
retur ob falſos teſtes, cùm à parte perſecu
tionem pateretur, ita Picus d. l. poſt con-
tractum,numero 50.& 51. ff. de donat. no-
tat.relatiuè,Marſ.tract.bannit.in verbo, a-
lienata,num.6.vtrum autem poſt delictum
teneat,& qualiter reuocentur,infra ſuo lo-
co dicetur,in verbo,alienare.

354 † Bona vlterius futura,& ex poſt acquiſi
ta non veniunt in confiſcatione bonorum,
ex cauſa etiam de præterito,per textum in
l.ſi mandauero §.is cui,ff.mandat.cum con
cordantibus allegatis, per Nellum, tract.
bannit. prima parte, ſecundi temporis,q.
18.Angel.d.tract. malefic. verſ. & eius bo-
na,num.12.& num.25.vbi Auguſt.in addit.
& Aug.d.loco numero 17. ad finem, Alex.
conſilio 15. numero 12.& conſilio 23. nu-
mero ſecundo, & conſilio 75. numero 12.
volumine primo,idem Dec.conſ.235.nu.3.
& conſilio 445.num.65.idem Dec.l.3.§. il-
lud, numero primo. ff. quod quiſquã iur.
Marſil.tract.bannit.verſ.confiſcata, num.8.
Curt.ſen.conſilio 59.numero primo,& nu-
mero 13.Alciat.l.poſt contractum num.38.
verſ.quia publicatio,Gigas tract.de crimi-
ne læſæ Maieſtatis,lib.2.rub. de pœnis cõ-
mitten.quæſt.7.Boſſ.tit. de bonorum publi
cat. nume.15.26. & 66. & tit. banniti quid
amittant,num.14.Ruin.conſ.128.num.2. &
7.vol.4.Boer.in conſuetud. Galliæ, rubr. 2.
§.12.columna quarta,verſ. nec etiã veniũt,
Caſſan. in conſuetud. Burgundiæ, d.rub.2.
§.2.Gloſa prima, numero vigeſimotertio,
Natta conſilio 472.numero 4.& 7.volumi-
ne ſecundo,Plot.conſilio 30.numero 55.&
57.cum ſequentibus, vſque ad numerum
61. Rolan. à Valle conſilio 29. numero 19.
volum.3.Monticulus tract.de inuent.capi-
tulo 10.numero 331.idem Soarez.ſuis cõ-
munibus, in verbo, confiſcatio bonorum,
Crauet.conſilio 41. numero primo, com-
munem dicit nemine diſcrepante, Clar.
ſua Praxi, §. finali, quæſtione 78. verſ. vl-
terius quæro, idem cauetur in libro ſe-
cundo, communium, in verbo, bannito-
rum bonis, Bonac. d. quæſtionibus crimi-
nalibus, in verbo, de bannitis, verſ. ſtatu-
tum quod vult,Burſat.conſilio 45. numero
41. volum. 1. idem Vrſillus ad Afflictum,
deciſ.

a deciſ.127.numero 4. verſ.& quod fiſcus. *a*
355 † quod magis dicendum, quia appellatio-
ne bonorum non veniunt futura, ita Marſ.
d.tract.de bannit.in verbo, bona, nume.2.
356 † quæ quidem retinet bannitus,& confiſca
tus,donec viuat,ſi ſint acquiſita,ex contra
ctu iuriſgentium,ita Vrſillus ad Afflictum,
deciſ.127.numero 4.verſ.& dicta per eum.
357 † Futura autem dicuntur à die criminis,
vel ſententiæ, ſi inſpiciamus ius commu-
ne,quod attendatur tempus ſentẽtiæ, not.
Boſſ.d.tit.de bonorũ publicat.nu.60.Boer.
b d.rubr.2.§.12.col.4.verſ.& ſi publicatio. *b*
358 † Idem ſi filius committat delictum viuen-
te patre,& ſententia condemnatoria fera-
tur poſt mortem patris,acquiritur fiſco,ita
not.Boſſ.d.tit.de bonorum publicat. num.
28.quam extollebat D. Hieronymus Moro
nus,ibi, nume.29.ad finem, idem Cotta in
verbo,teſtamentum in quo, verſ. ſed quid
359 ſi filius,† verùm dubium faciunt verba de-
creti noſtri,dum diſponitur ipſo iure à die
delicti cenſere bona publicata, quam diffi-
cultatem excitat Boſſ.d.nu.66. verſ.& quã,
remittendo ſe ad numerum 80. verſ.proſe-
quendo decretum, vbi hunc articulum la-
360 te diſputat,& tandem reſoluit, † & primo
arguit non comprehendi futura poſt deli-
ctum vſque ad ſententiam,allegando Curt.
Sen.conſ.59.nu.22.pro qua faciunt tradita
per Tiraquel.tract.retract.§.quinto,Glo.4.
num.22.cum ſequentibus,& Plot.conſi.30.
361 num.58.verſ.quid in bonis. † Tamen con-
trarium verius eſſe tenet tollendo contra-
riam Curtij deciſionem tanquam loquen-
tem in alijs terminis,& ſic dicit etiam ſer-
uare Ill.Magiſtratum, quam etiam opinio-
nem tenet Clar. ſua Praxi, §. finali, q. 78.
verſ.vlterius quæro,ibi,in hoc ducatu.
362 † Nec verba huius decreti, à die delicti
videntur obſtare, quia facta ſunt ad fauo-
rem fiſci, ideo non debent in eius odium
363 retorqueri,† quod forte procedit in caſi-
bus,in quibus de iure communi bona cõfi-
ſcantur,non ex forma decreti, ne amplie-
tur eius diſpoſitio, tamen in contrariũ in
poſſeſſorio cenſuit Senatus in publica euo
catione,anno 1570.9. Decembris aduocan
te Mag.D.Virgo collega contra fiſcum, in
cauſa bonorum vxoris Antonij Mariæ Cup
pi,quod relaxarentur ſaluo iure in petito-
c rio. *c* Tenendo tamen opinionem contra
Boſſium,& Clarum d. locis quod attenda-
tur tempus delicti, non ſententiæ, cautela
datur contra fiſcum, nè poſt mortem tran-
364 ſeat in fiſcum, † cum non poſſit bannitus
habere hæredem, quicquid ſit de iure com
muni ex forma ſtatutorum Mediolani, ex
quo poſſunt impunè offendi,vt not.Boſſ.d.
tit.de bonorum publicatione, nume.67. &
365 tit.banniti quid amittant,num.17.† in hac
ſpecie,quod qui poteſt impunè offendi ex
ſtatuto non poſſit habere hæredem,not.Me
noch. conſilio 101. numero 29. volumine
366 primo,† licet alias iure communi inſpecto
in bonis acquiſitis poſt delictum, & confi-
ſcationem, quæ non veniunt in cõfiſcatio-
ne dicto iure communi,bannitus poſsit ha
bere hæredem,vt not.Boſſ.tit.de bonorum
publicat.num.67.Natta conſ.412. num.17.
d & 18. vol.2. *d* quod† ſcilicet bannitus, &
367 deportatus alienet per contractum inter
viuos,ita not.Boſſ.d.tit.de bonorum publi
368 cat. numero 43. & 66. ad finem, † dum ta-
men hæc alienatio non fiat in fraudem,tem
pore, ſcilicet quo alienans hic grauiter
ægrotaret, vt ibi not. Boſſ. d. numero 43.
369 † poſſet etiam relinquere volens bannito,
ne fiſco acquiratur, eidem relinquere ſub
cõditione,ſi redierit in gratiam, quo ca-
ſu nõ acquiritur fiſco,ita not.relatiuè Boſſ.
d.tit.de bonorum publicat.num.33. Cotta
ſuis memorab. in verbo, teſtamentum in
quo,verſ.datur etiam,Alciat.d.l. poſt con-
tractum,num.71.ff.de donat.Plot. conſ.30.
370 nu.58. † aliter tranſirent in fiſcum omnia
quæſita per damnatum, etiam poſt ſenten-
tiam,

ADDITIONES.

a Viden.erit in terminis huius decreti, Alba conſi-
lio 17.numero 20.& conſilio 288.numero 4. & in
fortiori caſu, nempe crimine læſæ Maieſtatis idẽ
Alba,conſilio 117.nume. 2.& ſeqq.Surd.de alim.
tit.8.priuil.59.numero 18.Abb.in conſilio 51.p.2.
Natta conſi.472.Gomez.Leo deciſ.diu.68.num.2.
Magon.deciſ.Flor.99.& D.Menoch.conſilio 101.
circa prin.

b Poſſ.de bon. publicatis nume.80. ait venire bona
acquiſita poſt delictum ante ſententiam, ſtanti-
bus potiſſimum verbis decreti, quod bona ipſa
iure intelligantur confiſcata, & apprehenſa à die
commiſſi criminis,quibus prohibita eſt omnis a-
lienatio medio tempore facta, vt infra, verſ. nec
poſſint huius etiam ſententiæ fuiſſe videtur, Dec.
in conſ.235.col.3.in prin.& Pinell. in l.2. p.2.col.
fin.num.73.C.de reſcin.vend. ſed ait pretium eſſe
reſtituendum.

c Et ſub die 4. Septembris 1578. idem Senatus de-
clarauit bona Io.Baptiſtæ Dauerij Nouarienſis de
homicidio imputati,quæ non fuerant,nec deſcri-
pta,nec apprehenſa ad fiſcum non pertinuiſſe, cũ
fuerit gratiatus ante notificationem.

d Addas Dec.conſi.438.vbi quid in hæreditate de-
lata poſt delictum,ſed ante, vel poſt ſententiam,
& quid ſi interim fuerit emptum bona fide. Euer.
conſ.194.Farin.de delic.& pœn.q.25.nu.139.

tiam, vt not. Boſſ. d. tit. banniti quid amittant, num. 17. addit ad Gomenſium, d. tract. de delict. cap. 14. de confiſcatione bonorũ,
371 in litera A. † imò etiam fiſcus bona quæſita poſt confiſcationem per delinquentem quomodocunque apprehenderet, vel haberet penes ſe, illa retinet tanquam legitimus, & iuſtus occupator, ex quo ſunt bona banniti, ſi verò reperiantur penes alium, quòd non poſsit fiſcus ea petere, ſed quòd debeant remanere prius occupanti, not. Clar. d. §. fi. q. 78. verſ. vlterius quæro, ibi, in bonis autem quæſitis, vbi dicit, quod Illuſt. Magiſtratus viſus fuit inclinare in hãc ſententiam, in cauſa bonorum cuiuſdam Capitanei Arnoldi Theutonici, licet alijs etiam fundamentis motus fuerit ad iudicandum contra fiſcum, vt per eum, verùm pro hac opinione, ita decidit Ruinus, conſilio 123. numero ſexto, verſ. hoc tamen, volumine 4.
372 † quicquid ſit, ſtantibus ſtatutis noſtris Mediolani, quod bannitus poſsit impunè offendi, poſſunt eius bona depredari, auferri, & ſpoliari, tam per fiſcum, quàm per priuatum eo bannito viuente, non poſt mor-
373 tem, † alias quis ſpolians etiam bannitum ex interuallo poſt mortem, incurreret crimen expilatæ hæreditatis, & eſſet furca ſuſpendendus, ita not. Felyn. in c. quæ in eccleſiarum num. 14. verſ. & nota, de conſtit. idem Nellus tract. bannit. ſecunda parte, ſecundi temporis, q. 3. Marſ. l. vnica, nu. 50. C. de rapt. virg. & in l. finali, nu. 49. 50. 51. & 52. ff. de quæſt. Curt. ſen. conſ. 59. num. 14. & 15. Boſſ. ſua praxi. tit. banniti quid amittãt, nu. 8. verſ. & quod & num. 16. verſ. & ſi hæres, Ruin. conſilio 123. nu. 6. vol. 4. Gabriel. conſi. 123. numero 35. Crauet. conſilio 941. nu. 7. deciſio Peruſ. nu. 17. & 19. licet ſecundum aliquos dicat non poſſe dicta bona banniti occupari, relatos dicta deciſ. 11. numero 20. inter eos autem eſt potior conditio occupantis, vt not. Ruin. d. conſi. 123. nu. 6. verſ. hoc tamẽ, vol. 4. Clar. d. §. fi. q. 78.
374 verſ. vlterius quæro, ibi, in bonis. † Fallit autem illa concluſio quod bona banniti acquiſita poſſint apprehendi, & confiſcari per fiſcum, vel per priuatum, in bonis non apprehenſis per bannitum, ſed ceſſis alijs, vt per Boſſ. d. tit. banniti quid amittant, nu. 16. verſ. & in hæredes not. etiam Tiraquel. tract. retract. conuent. §. 1. Gloſa 5. num. 12. Menoch. conſ. 101. nu. 29. vol. 1. Burſat. cõſi-
375 lio 134. num. 4. vol. 1. † non poſſunt vlterius dicta bona banniti à fiſco auferri, vti ab indigno, ita Nellus d. tract. bannit. prima parte, ſecũdi temporis, q. 39. Curt. ſen. d. conſ. 59. nu. 4. 14. & 15. Ruin. d. cõſ. 123. n. 5. vol. 4.

SVMMARIVM.

Fiſcus ſuccedit bannito in ĳs in quibus aliàs extraneus ſuccederet, num. 376.

Confiſcatio trahit ſecum iura, vt reuocandi poſſeſſionem, quæ competebant damnato, num. 377.

Fiſcus acquirit obligationes banniti ciuiles, & naturales, & paſſiuas, num. 378. cum ſeqq.

Fiſcus obligatur ex contractu confiſcati in diem, vel ſub conditione, nu. 381.

Fiſcus acquirit ſtipulationes conditionales non tamẽ contrahendas, ex communi, num. 382. cum ſeq.

Fiſcus non obligatur ex ſtipulationibus conditionalibus banniti, num. 384. & 385.

Legatum bannito, nondum acquiſitum, non tranſit ad fiſcum, num. 386.

Facultas, & ius quærendum non tranſit in fiſcum, num. 387.

Deliberandi ius competens bannito non tranſit in fiſcum contra. num. 388. 389. & 390.

Bannito per fiſcum ab hæreditate delata non excluſo, ea non accreſcit cohæredi, num. 391. cum ſeq.

Bannito non adeunte hæreditatem, quæ ad fiſcum non tranſit, admittuntur alias hæredes, nu. 393.

Bannito auferuntur per fiſcum, vt indigno acquiſita ex homicidio eius cui ſucceſſit, nu. 394.

Bannitus quandoque non poteſt repudiare hæreditatem in præiudicium fiſci, niſi cum conſenſu illius ad quem deuoluitur, nu. 395. cum ſeq.

Filio naturali iure ſucceſsionis duæ vnciæ competunt, nu. 397.

Filius naturalis, an ſuccedat in iure hæreditarĳ patronatus, nu. 398.

Filius naturalis non tranſmittit duas vncias, numero 399.

Filius naturalis ſuccedit in duabus vncĳs ex facultate ſimplici.

Facultas ſimplex non tranſmittitur, nu. 400.

Filius legitimus tranſmittit ipſo iure hæreditatẽ tãquam aditam, nu. 401. cum ſeq.

Legitima tranſmittitur ſicut quarta debita filio arrogato, nu. 403. cum ſeqq.

Quarta debita vxori inopi tranſmittitur, numero 406.

Filius naturalis non ſuccedit in duabus vncĳs contra voluntatem patris, nu. 407.

Tranſmitti non poteſt ius competens ex voluntate alterius, nu. 408.

Fideicommiſſum conditianale tranſmitti ex coniecturis, nu. 409.

Tranſmiſsio fit iuris non radicati ex præſumptionibus, num. 410.

Filio naturali dantur duæ vnciæ loco alimentorum, num. 411.

Auth. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. declarata, quòd ſcilicet tranſmittatur illud ius filiorum primi matrimonĳ, nu. 413.

Con-

Conditionale ius ſuccedendi non tranſit in fiſcum, numero 414.

Fideicommiſſum conditionale non tranſit in fiſcum, num.415.

Subſtitutio conditionalis non tranſit in fiſcum ante caſum eius, nu.416.

Actiones actiuæ non transeunt in fiſcum, in vltima voluntate, num.417.

Debitum ſub conditione mixta, vel poteſtatiua tranſit in fiſcum, num.418.

Delictum ex vltima voluntate ſub caſuali conditione non tranſit in fiſcum, num.419.

Actiones actiuæ conditionales tranſeunt in fiſcum, diſtinguendo tamen, num.420. cum ſeq.

Feudi ſpes non tranſit in fiſcum, num.422.

Querele ius competens bannito exhæredato, nõ tranſit in fiſcum, num.423.

Inofficioſi querela, & ius dicendi de nullitate teſtamenti patris banniti poſt tale ius, tranſit in fiſcũ, num.424. cum ſeq.

Legitimæ ſupplementum petendi ius, an tranſeat in fiſcum, nu.426.

Ius patronatus libertorum non tranſit in fiſcum, num.427.

Ius patronatus, nec tranſmittitur ad poſteros, in crimine maieſtatis, num.428.

Ius patronatus eccleſiæ non tranſit in fiſcum, num. 429.

Ius patronatus eccleſiæ, per iudicem eccleſiaſticum poteſt confiſcari, vt eccleſia declaretur libera, nume.430.

Ius patronatus non tranſit in fiſcum, nec in crimine læſæ Maieſtatis, ſed contra, ſaltem durante vita banniti, num.432.

Ius patronatus confiſcatur cum vniuerſitate, numero 433.

Ius patronatus eccleſiæ non tranſit in fiſcum, ex æquiori, num.434.

Vaſſallitium an tranſeat in fiſcum, nu.435.

Ius ratificandi, vt donatio, non tranſit in fiſcum, numero 436.

Donationis ius reuocandæ, non tranſit in fiſcum, num. 437. cum ſeq.

Ius abſtinendi ab hæreditate non tranſit in fiſcum, numero 439.

Domo publicata an publicentur acceſſoria, numer. 440. cum ſeqq.

Fundo publicato, non ſequitur publicatio inſtrumentorum, nu.443.

pp Iura.

376 IVra † quæ tranſeunt in hæredẽ extraneum, tranſeunt in fiſcum, alias non, ita not. Alberic. tract. ſuper ſtatut. lib.3. q.24. nume.1. Bald. l.1. num.2. C. de bonis libert. Nellus tract. bannit. prima parte ſecũdi temporis, q.23. verſ. ea enim, Marſ. tract. bannit. verſ. confiſcata, num.13. Ferron. ſuper conſuetud. Burgun. lib.2. tit.8. de feud. & iure emph. §.10. col.3. verſ. at ſi iure, Alciat. conſ.574. nu.11. Clar. ſua praxi d. §. finali, q.78. verſ. nunc videamus, Plot. conſilio 30. num.17. & num.95. Roland. à Valle, conſ.31. num.26. vol.1. & conſ.98. & nu.16. vol.2. Oſaſc. deciſ.94. nume.4. vbi infert vt
377 ibi per eum, † ius reuocandi poſſeſsionẽ, ſi quia competebat damnato aduerſus tertium, tranſit in fiſcum, licet ea poſſeſsio penes tertium impediret confiſcationem rei, ita not. Boſſ. ſua praxi tit. de proclamat. quod fit bonis publicat. nu.10. Alciat conſ. 574. num.11.
378 † Obligationes pariter omnes tranſeunt in fiſcum, ſecundum Calcan. conſ.66. nu.4. ad finem relati per Clarum, ſua praxi §. fi-
379 nali, q.78. verſ. item in fiſcum, † & non ſolũ obligatio ciuilis, ſed etiam naturalis tranſit in fiſcum, ſecundum communem, item Clarus d. verſ. item in fiſcũ, verſ. adde quod
380 † obligationes autem paſsiuæ, licet per ſe non poſsint confiſcari, quia confiſcare eſt acquirere, & fiſcus ex delictis ſubditorum dicitur lucrari, tamen propter cohærentiã vniuerſitatis bonorum fiſcus omnia amplectitur, ita Bald. in l. executore, nu.33. verſ. li-
381 cet enim, C. de execut. rei iudic. † idẽ obligatur ex contractu confiſcati in diem, vel ſub conditione, vt ibi Bald. d. num.33. verſ. tamen in dicta, relatiuè notat. Caſſan. ſuis conſuetud. rub.2. §.2. Gloſa 1. num.24. verſ.
382 hinc autem † tranſeunt vlterius in fiſcum ſtipulationes conditionales, non autem ius ſucceſsionis conditionale, ſecundum Alber. d. tract. ſuper ſtatut. lib.3. q.24. nu.2. & 4. vt concordet quædam iura, quæ contraria videntur l. inter ſocerum, §. finali. ff. de pact. dotalib. & l. quoties. ff. de nouat.
383 † verùm quod obligationes cõtractæ actiuæ, & paſſiuæ, non autem contrahendę, trãſeant in fiſcum, not. Plot. conſ.30. nume.97. cum regulariter iura conditionalia nõ trãſeant in fiſcum, ita Dec. conſi.235. nume.3. Socin. ſen. conſ.275. num.18. vol.2. Boer. in conſuetud. Galliæ, rub.2. §.12. columna 3. verſ. cum in fiſcum, Caſſan. d. conſuetud. rub.2. §.2. Gloſa 1. num.24. verſ. an verò, de communi atteſtatur, Clar. ſua praxi. §. fin. q.
384 78. verſ. item in fiſcum, ibi, ſcias tamẽ, † declarando tamen, vt concordentur dicta iura, quæ videntur contraria, quod obligationes conditionales paſsiuæ non tranſeant in fiſcum ſecundum communẽ, de qua per Iaſ. in l. ſi quis arbitratu, numero 29. ff. de verb. oblig. ſequitur Boſſ. d. tit. de bonorum publi-

publicat.nu.14.verſ.ſed actiones, licet ipſe
dubitet, qđ creditor amittat ius ſuum abſ-
que facto ſuo, cõmunem etiam dicit Clar.
d.q.78.verſ.item in fiſcum, ibi, etiam ꝙ, &
ita declaratur loqui l. quoties. ff.de nouat.
385 † Ex quo tpe purificationis conditionis cõ
tra damnatũ, non adſit perſona habilis ad
obligandũ,& ſaltem ex contractu iuris ci-
uilis nõ fuit purificata cõditio, & ſic fiſcus
ex perſona dãnati teneri non poteſt,per d.
l.quoties.ff.de nouat.ita declarat.Bald.d.l.
executorẽ,nu.33.C.de exec.rei iudic.Nell.
d.tract.bannit.1.par.ſecundi tẽporis, q.31.
verſ.mihi autẽ videtur,cum notatis in ſecũ
da parte tertij temporis,q.6. & per Plot.d.
cõſ.30.nu.97. quã ſequitur relatiuè, Gigas
in d.Rub.de pœnis committ.q.8. ad finem.
386 † Hæreditas, vel legatũ delatũ delinquen-
ti,ſed nondum acquiſitum, non tranſit,nec
trãſmittitur ad fiſcum, ita not.Alber.tract.
ſtatut.lib.3.q.24.nu.3. & q.27. ad finem, ex
quo non tranſmittitur ad extraneos vt per
eum,idem Nell.tract.bannit. 1.par.ſecundi
temporis, q.30. rationibus vt per eum, &
387 præcipuè,† ex quo hæc facultas dicitur,nõ
ius,& quia eſt ius quærendum,& non quæſi
tum,qđ non tranſit in fiſcũ, vt per eum, idẽ
Dec.conſ.438. nu.5.6.& 7. & conſ.442. nu.
18.verſ.ergo, idem Boer.in conſuetud.Gal
liæ,Rub.2.§.12.col.5. verſ.itẽ dictus,Gigas
tract.de crim.læſæ maieſt.lib.2.Rub. de pœ-
nis cõmit.q.8.vbi ampliat. hoc verum,etiã
in crim.læſæ maieſt. idem Plot.conſ.30.nu.
388 60.† & conſequenter nullum etiam ius ad-
eundi, & deliberandi intra annum tranſit
in fiſcum, ita Nell.d.q.30. Alex.in l. ſi quis
mihi bona.§. ſi quis plane, nu.2. ff. de acq.
hæred. Dec.d.conſ.442.nu. 18.verſ.ergo,&
in l.3.§.illud num.2.ff.quod quiſquis iuris.
389 † Verùm quòd ius adeundi,& deliberandi
tranſmittatur ad fiſcũm vbi poſsit tranſire
ad hæredes extraneos,alias non, notat de
cõmuni Iaſ.in l. ſi quis mihi bona.§. ſeruus
mancipa.circa finem,ff. de acq.hæred.Boſſ.
d.tit.de bonorũ public.nu.18.verſ.& ſic ẽt,
& nu.17.idem Clar.d. §.fin.q.78. verſ.ſæpè
contingit,ibi,tu vero dic, & ſuis cõibus,in
390 verbo,ius adeundi.† quod autẽ non tranſ-
mittitur, nec ius deliberandi damnato, eo
qui poteſt retinere ius adeundi ex magis
communi,notat Conrad.Laud.d.§.3.de pu
blic.bonorum.nu.4. in prin. Ruin. conſ.23.
nu.26.& 27.vol.5. refert Clar. d.q.78. verſ.
ſæpè contingit,Menoch.cõnſ.77. ad finem,
vol.1.quod eſt regulariter in his quę ei de-
feruntur de iure communi,vt not. ſcriben-
391 tes in l.1.C.de hæret.inſtit. † niſi ex ſtatuto
caueretur, prout Mediolani, quod poſſet
impunè offendi,vt notatũ latè in c.18.ban-
niti,in verbo,Non admittantur.vol.1.ſtatu
392 torum. † vbi autem hæreditas delata banni
to, qui non poteſt capere, deferatur fiſco,
qui nolit eam conſequi ea defertur banni-
to illo incapaci, nec cohæres in illa hære-
ditate poteſt aliquid prætendere, ita not.
Iaſ.in l.1.col.1.in 8.limit.C.de hęred.inſtit.
Vrſillus ad Afflictum deciſ.361.nu.31.cum
393 ſeq.† vbi autẽ nõ tranſeat ius hoc in fiſcum,
& damnatus nolit adire hæreditates,& le-
gata delata, vel relicta huic damnato, non
occupantur per fiſcum vti relicta indigno,
ſed remanent hæredibus ab inteſtato, vti
non ſcripta, ita Gigas d. Rubr. de pœnis
commit.q.14.Natta conſ.472. nu.12.vol.2.
394 † vbi autem quis occidat eum cui erat ſuc-
ceſſurus,admittitur is occidens ad ſucceſ-
ſionem, licet ei auferatur vti indigno, ita
Bald.in l. eam quã, nu.10.C. de fideicom.
Barto.l.ſi ſequens, vbi Roni.ff. ad Scyllan.
Soc.l.1.nu.30.vbi Ripa, nu.155.ff. de vulg.
& pupil.Boer.deciſ.21.nu.5.Clar.ſua Praxi
395 §.homicidium,verſ.priuatur etiam † quod
habet locum etiam in caſu quo teſtator in-
ſtituat indignum, qui repudiat hæredita-
tem, ne eã fiſcus conſequatur, quia tunc
venit fiſcus, & præſumitur in fraudem re-
pudiaſſe, quando hæreditas eſt locuplex,
vel expediens Fiſco, ita Bald.l.eam quam,
num.9. cum addit.ibi, C.de fideicom. & in
l.hæreditas, nu.3.vbi Caſtr.num.1.& Alex.
nu.2.C.de his qui vt indignis, Ripa l.1.nu.
396 155.vbi Soc.nu.30.ff.de vulg. & pupil.† li-
cet alias ad euitandam hanc difficultatem
vtrum fiſco tranſmittatur ius adeundi, vel
nè, is delinquens poſsit repudiare cum
conſenſu illius ad quem deuoluitur, & de
hoc non poteſt Fiſcus conqueri, ita Nell.
d.1.par.2.partis,q.30. ad fin.Io.Annibal,in
d.l.poſt contractum, nu.284.ff.de donat.&
hoc anteq̃ ſequatur publicatio bonorũ, ſe-
cundũ Boſſ.d.tit. de bonorũ public. nu.29.
idẽ Cotta ſuis memorab.in verb.teſtamen-
tũ in quo,verſ.ſed quid ſi filius,& ſup.nota
tũ,in verb.bona, vbi dicit hoc approbatũ ꝑ
ſnĩam,quęſtorũ Mediolani,ꝙ fortè nõ habe
bit locum ex hoc decreto,ex quo ipſo iure
397 ſunt publicata à die delicti. † Filius quoq;
naturalis,cui iure ſucceſsionis competunt
duę vnciæ in bonis patris, per tex.in Auth.
licet.C.de natur.liber. vbi paſsim ſcriben-
tes,& not. gl.in l.1.in prin.in verb.natura-
les,ff.de bonorũ poſſeſſ.contra tabul. & gl.
in c.niſi iam pridẽ,in verb.minores, de re-
nunt.Alciat.tract.Paregon, lib.4.c.5.Gabr.
Paleot. tract.de Noth.& Spur. cap.25.cum
ſequen. Port.conſilio 21. numero 76.& 77.

P †Et

398 † Et propterea vti hæres inæqualis ſuccedit in iurepatronatus hæreditario, vt not. Lambert.tract.de iurepatr.lib.1. par.2.art. 26.q.2.princ.nu.3. & ſeq. verſ.reſtat modo vnum,& art.29.nu.20.verſ.13.non tranſmittit delinquens, & damnatus cum publicatione bonorum has duas uncias, & iuſpatronatus nō aditum, vel agnitum per eum tempore delicti in fiſcum eadem ratione, & fundamentis ex quibus hæreditas, vel legatum non agnitum non tranſmittitur in
399 fiſcū,† licet enim illæ duæ unciæ ſint quarta bonorum,non hæreditatis,vt cauetur d. authentica, licetq; facilius per ſingularem ſucceſſorem debeant tranſmitti,quam iure hæreditario, vt cauetur in l.vnica. §.in nouiſſimo.C.de caduc.toll.tamen in his nō ſit tranſmiſſio, cum non adſit aliquod ius, vel actio quæſita,quo caſu non poteſt fieri aliqua tranſmiſsio, cū ſit ſimplex facultas, vt not.Bart.in l.cum filio,nu.12.& Iaſ.nu.167. & Ripa,nu.73.ff.de leg.1. Nell.d.tract.bannit.1.par.2.partis, q.30. cum ſupra notatis
400 in hæreditate delata non agnita. † ſimplex autem facultas nō tranſmittitur. §.penult. inſtit.de hæred.qualit.& differ.Iaſ.l.cum filio,num.109.& Ripa,num.75.ff.de legat.1.
401 †Nec obſtat quod filius legitimus trāſmittat hæreditatem ad quoſcunque, quia hoc eſt ex quo efficitur hæres abſque aliquo facto à lege,proinde ac ſi actualiter adijſſet. §.ſui,inſtitut.de hæred.qualit. & different.
402 † ideo filius tranſmittit hæreditatem, non tanquam adeundam; ſed aditam, Alex.& alij, in l.emancipata, C.qui admitti,Socin. Sen.conſ.153.nu.18. vol.2. Alciat.in l.ven-
403 tre,nu.13. ff.de acquir. hæred. † non etiam licet arguere à legitima,quod ea tranſmittatur,quia illud procedit binis rationibus, altera quia deducitur à ſuitate, ita Caſtr.
404 conſ.341.nu.4.vol.1.† ſecunda illa eſt quia legitima conſideratur tanquam æs alienū, ita quod ſicut trāſmittitur omne ius quod habet,ita etiam legitima, ita Bal. in l.2.nu.
405 9.C.de lib.præteritis, † quòd æs alienū debetur condictione ex lege, per l. omnimodo.C.de inoff.teſtam. vt tradit Iaſ.d.l.emācipata, nu.4. † atq; ideo non mirū ſi tranſ-
406 mittatur ſicut in quarta debita filio arrogato p l.ſi arrogator. in princ. ff.de adopt. & etiā quarta debita vxori inopi,iuxta au-
407 thenticā,præterea.C.vnde vir.& vxor. † nā etiam illæ quartæ conſiderantur,vti æs alienū, & petuntur condictione ex lege, ideo tranſmittuntur,verum filius naturalis in illis duabus uncijs non ſuccedit contra volūtatem patris, ſed ex voluntate, nec contra voluntatē patris aliquid capit,vt not.gloſ. in l.1.in princ.in verb.naturalis.ff.de bonorū poſſeſſ.contra tabulas,& ibi apoſtilla ad Bartolum,Bald.in l.fin. in prin. C.de natural.lib.Ang.in §.fin. nu.16. authent.quibus mod. natur.effic. ſui,Rol. tract. vlt.volunt. ſub Rub.13. de natural.li.nu.3.Pariſ.ī Rub. ff.de lib.& poſthu.nu.34.cū aūt nullū ius dicatur ei filio cōpetere in dictis duabus uncijs impoſsibile eſt qđ eas poſsit tranſmit-
408 tere, † facit vlterius pro hac opinione, qđ cū verſemur in iure, qđ non debetur cōtra voluntatem defuncti,ſed ex voluntate vtſupra dictū,trāſmiſsio, vel nè,admittitur,vel negatur ex præſumpta mente teſtatoris,
409 vel ab inteſtato decedētis,†quod aūt in fideicōmiſsis conditionalibus tranſmittendis plurimū attendatur mēs coniecturata, not.Bald.l.vnic. C.de his qui ante apert.tabul.& in l.1.in 1.notabili. ff.vt actio ab hæred.& contra hæred. Dec.conſ.397.num.5. Soc.iun.conſ.141.nu.2. vol.2. Ceph.conſil.
410 16.nu.40.vol.1.† & generaliter in iure non radicato, ꝙ tranſmiſsio fiat ex veriſimili mente decedentis, docet Alciat. d.l.vetre.
411 ff.de acquir.hæred.& d.l.emancipata. † verū quis dixerit ꝙ harum duarū vnciarū poſſit tranſmiſsio fieri,cùm dentur ratione alimentorum d.authentica. licet quæ cōſideratio nō poteſt haberi in hærede extraneo
412 filij naturalis, † ſic in ſimili dr̄ qđ ius debitum filijs primi matrimonij ex l.fœmina,ex authent.ex teſtamento. C.de ſecund.nupt. non tranſmitti, cū ſit introductū ad fauorē liberorū tantum; ita Crau. conſ.573. nu.2. vbi citat Bald.Caſtr.Aret.Alex.Decium, &
413 Bertrandū ad hoc, † & ꝓ hac opinione ſic iudicatū per Ill. Magiſtratū anno 1581. ad fauorē Illuſt.Comitis S. Secundi aduocante Magn. D.Bartholomæo Brugnolo, & D. Borghino Caualcano,ita atteſtantur Borg. in ſuis deciſionibus in ſummario, in verbo iuſpatronatus,verſ.hinc eſt, num.3. & 4.
414 † Ius ſucceſsionis conditionalis indubitatè non tranſit in fiſcum,ita Alberic.lib.3. ſuper ſtatut.q.24.num.4. nec etiam legata, quorum dies nondum ceſsit, ita Caſſan.d. Rub.2.§.7.Gloſ.1.num.24.
415 † Ius etiā fideicommiſsi maximè conditionale,non tranſit in fiſcū, ita Dec. conſil. 235.nu.3.verſ.& ideo,Boſſ.tit.de bonorum public.nu.15 verſ.ſed dic,& verſ.item non tranſit,& nu.16.ex quo non tranſit in hæredem extraneum,vt ibi per eum,quod idem in fideicommiſſario puro ante factam reſtitutionem,Dec.conſ.435.nu.11. & 12. idem Natta conſ.472.nu.12. verſic.ſimiliter, vol. 2.& ita Boſſ.loquitur d.tit. de bonorum publicat.num.15. verſ.ſed dic.

† Ius

416 † Ius quoque ſubſtitutionis conditionalis
non tranſit in fiſcum, vbi banniatur ſubſti-
tutus antequam eueniat cõditio, vel caſus
ex ſubſtitutione, ita not. Alberic. tract.ſu-
per ſtatutis, tertio lib.quæſt.12.verſ.ſed an
ſi Nellus tract. bannit. prima parte, ſecun-
di temporis, quæſt.31. in princ. Boſſ.tit.de
bonorum publicat. nu.18. Boer.ſuper con-
ſuetud.Rub.2.§.12.col.4. verſic. nec etiam
venit, Caſſan. ſuis conſuetud. Rubr.2.§.2.
Gloſ.1.nu.24. verſ.item etiam. Natta conſ.
417 472.num.5. & 6. vol.2. † cum etiam actio-
nes actiuæ in vltima voluntate;nõ trãſeant
in fiſcum, ita Boſſ. tit.de bonorum public.
num.14. verſ.an in vltima.
418 † Debitum futurum ſub conditione cau
ſali,non tranſit in fiſcũ, ſecus ſi ſit ſub con-
ditione mixta,vel poteſtatiua, per textum
in l.in facto.§.fiſcus.ff.de cond.& demõſtr.
Caſſan.in conſuetud. Burgund. Rub.2.§.2.
419 Gloſ.1.nu.24. verſ.limita tamen. † quæ cõ-
cluſio procedit in vltima voluntate,nõ au-
tem in contractu inter viuos, & conditio-
nali,ſiue ſit cauſalis, ſiue mixta,vel poteſta
tiua conditio, quia tranſit in fiſcũ,ita Caſ-
420 ſan.ibi,nu.24.verſ.ſecundo limita.† verum
quod actiones actuæ conditionales tran-
ſeant in fiſcum iam natæ,iuxta d.l.inter ſo-
cerum.§.final.ff.de pact.dotal.notat decla-
rando Nellus d.prima parte, ſecundi tem-
poris,q.31. verſ. ſed puto, ita etiam notat
diſtinguendo, Boſſ. d.tit. de bonorum pu-
blicat. num.14. verſ. ſed actiones actiuæ.
421 † Diſtinguendo tamen vt per eum, an ſint
ex vltima voluntate vel ex contractu, vt ex
vltima voluntate non tranſeant ex contra-
ctu ſic, & ita declarandum quod tradit Al-
ber.tract.ſuper ſtatut.lib.3. q.24.nu.2. & 4.
de quo diſcutit Vrſillus ad Afflictũ, deciſ.
127.n.4. verſ.ſed dicas de hoc,vſq; ad finẽ.
422 † Ius quoq; feudi tranſitorij ad hæredes
extraneos, & ad fiſcũ,nondum apertũ tpe
banni delinquentis, vtputa filij non tranſit
ad fiſcũ, nec ſpes illa, cũ ſit conditionalis,
ita Boſſ.d.tit.de bonorum publicat. nu.15.
verſ. vnde alias,& num.18. verſ.& ex his.
423 † Querela præterea filio bãnito exhære-
dato cũ cauſa, non trãſit in fiſcum, cùm nõ
tranſeat in hæredẽ extraneum, ita Boſſ.tit.
de bonorum public. nu.17. verſ. ſic etiam.
424 † Hanc pro cautela vt fiſcus non poſſit ſuc-
cedere in locum filij in bonis patris, notat
Cotta ſuis Memorab. in verbo teſtamentũ,
in quo verſic. tamen datur cautela.
425 † Ius quoq; dicendi teſtamentum patris
nullũ damnato præterito, non tranſit in fi-
ſcũ,vbi filius eſſet bannitus ante mortẽ pa-
tris, quia tunc habetur pro mortuo, non ſi
banniretur ex poſt, ita Boſſ. ſua Praxi.tit.
de bonor.public.nu.17. verſ.& quid de iu-
re, idẽ Cotta ſuis Memorab. in verb. teſta-
mentũ in quo,in princ.Alciat.conſ.522.nu.
6.Boer.ſuis conſuetud. Rubr.2.§.12.col.4.
verſ.vnde dicit Bald.Io.de Arn.Soliloq.19.
& ſuo Dial.7.Rol.à Val.cõſ.98.nu.29.verſ.
vlterius dicitur,vol.2. Plot.conſ.30.nu.56.
426 † Ius cõpetens filio petendi ſupplemen
tum legitimæ,an tranſeat in fiſcũ,notat re-
latiuè Boſſ.d.tit.de bonorum public. num.
57.verſ.& quid in iure,vbi loquitur,relati-
uè quod ius nõ expirat quinquennio, ſicut
querela,Boſſ.d.tit.de bonor. public.nu.17.
427 verſ.& ſcias.† Iuſpatronatus libertorũ non
confiſcatur, ſed tranſit, & remanet, liberis
damnatorũ, cũ non tranſeat in extraneos,
ita Bal.l.1. nu.2. C. de bonis libert. & hoc
qñ eſt connexum liberis,vt not. Bal.ibi,nu.
4.alias ſi tranſiret in extraneum pariter in
fiſcum tranſiret,ita Nell.1.par.ſecundi tem
poris,q.32.in princ.not. relatiuè Boſſ.titu.
428 de crim.læſæ Maieſtatis,nu.141.† in crimi-
ne autem læſæ Maieſtatis non tranſit ad po
ſteros, ſed liberti remanent ſine patrono,
quod eſt mirabile,vt not.Bald.d.l.1.num.9.
429 C. de bonis libert. † Iuſpatronatus Eccle-
ſiæ pariter non tranſit in fiſcum, ſecundum
veriorem,ita not. Bal.in d.l.1. num.4. C.de
bonis libert.Imola in l.in inſulam,in princ.
nu.1.ff.ſolut.matrim. Angel. d.tract.maleſ.
verſ.& eius bona,num.15. cum addit.Aug.
ibi,nu.17.idem Nellus tract. bannit. 1.par.
430 ſecundi temporis, q.32. † declarando hoc
procedere ſi fiat virtute ſtatuti hæc confi-
ſcatio, alias ſi fieret à iure communi, à iu-
dice ſeculari,etiam tunc non confiſcaretur
iuſpatronatus, tamen poſſet etiã fieri con-
demnatio à iudice Eccleſiaſtico, cum con-
fiſcatione huius iuriſpatronatus fiſco Ec-
cleſiæ, ita quod Eccleſia tunc libera rema-
431 neret à iurepatronatus, vt ibi per eũ. † qđ
autem iuſpatronatus non tranſeat in fiſcũ
in confiſcatione bonorum, etiam in crim.
læſæ Maieſtatis ſecundum veriorem, not.
Caſſan.in conſuetud. Burgund. Rub.2.§.2.
in prima Gloſ.num.7.8. & 9.vbi notat opi-
niones contrarias, idẽ Gigas d.tract.crim.
læſæ Maieſtatis, lib.2. Rub. de pœnis com-
432 mit. quæſt.4. num.1.2. & 3. † & quia multi
ſunt tenentes contrarium relati per eum,
numero primo, ea poſſet temperari ſecun-
dum Gigantem, ibi, numero quarto, quod
habeat locum durante vita damnati, quòd
fiſcus poſſit interim præſentare, vt ibi, nu-
mero quarto. Et hæc poſſet eſſe prima de-
433 claratio. † Secunda declaratio illa offer-
tur, quia ſi confiſcaretur Caſtrum, ſeu

Villa alicuius in qua adeſſet iuſpatronatus veniret in cōfiſcatione hoc iuſpatronatus, imò vendito illo Caſtro, & Villa confiſcata per fiſcū, cēſeretur venditū iuſpatronatus, alias non, ita not. declarando Gigas d.q.4.
434 nu.5, & 6. † quod aūt iuſpatronatus eccleſię non tranſeat in fiſcum ſecundū veriorē, & æquiorem not. Plot. conſ.30.nu. 18. & latius nu.72. aliter aūt diſtinguit concordando opiniones contrarias, Clar. d. §.fin.q.78. verſ.quæro modo, quod aut eſt tranſitoriū ad hæredes extraneos, iuſpatronatus, & tunc tranſit in fiſcum, alias non, vt per eū.
435 † ius vaſallitij an publicetur, ita qđ teneat vaſallus pręſtare fidelitatē fiſco q̄ pręſtabat domino notat relatiuè Rom. in l. ſi finita. §.ſi de vectigalibus, nu.13. ff. de damn. inf.
436 † Ius acceptandi, & ratificandi donationē factam dānato per eū non acceptatā, non trāſit in fiſcū, ita Plot. conſ.30.nu.90. cū ēt non tranſeat ius declarandi voluntatē dānati, vt ibi per eū, nu.90. verſ.ſicuti nec ius.
437 † Ius aūt reuocandi donationē factam per virū vxori, ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis, quæ damnato cōpetit, non tranſit in fiſcum, ita not. Boſſ. tit. de bonorū publicat.
438 nu.37. & nu.52. verſ.atque. † nec etiā reuocandi donationē factam filio in poteſtate, quæ competit patri damnato, vt not. Boſſ. d.tit. de bonorū publicat. nu.52. verſ.nā in bonis, ſed remanet in perſona ipſius dānati, vt not. Boſſ. d.loco nu.37. verſ.item non tranſit, limitando vt ibi per eum dictis locis, & ſupra notatū latè, in verb. præcedēti.
439 † ius quoq; reuocandi abſtenſionem cùm ſit perſonale, nec tranſitiuū ad hæredes, nō tranſit in fiſcum, ita Boſſ. d.tit. de bonorum public. nu.37. verſ.ſimiliter ius reuocandi.
440 † publicata domo quod publicētur ſuppellectilia eius, tanquā eius iura, not. Bart. l.3. col.3. verſ.vnde ſi ſtatuto cauetur. C. de in-
441 ceſt.nup. † Sed quod veniant tātum infixa, niſi dictum ſit de domo inſtructa, not. Florian. in l.ſed & ſi quid. §. proprietas. ff. de vſufruct. Brun. in tract. conſtit. in verbo, publicare, verſ.publicatio domus, & verſ.ſtatutum ciuitatis, addit ad Bartolum, in l. ſi quando, nu.2. vbi Io. de Platea, in princ. C. de bonis vacant. lib. 10. Petr. Rauen. ſingul.
442 856. † confiſcata autem domo propter ludum, confiſcantur cæteræ res aptæ ad ludū in domo exiſtētes, ita Caſſan. in cōſuetud. Burgund. Rubr. ſecunda. §.2. Gloſ. prima, num.26.
443 † Publicato tamen fundo non ſequitur publicatio inſtrumētorum, ita not. Caſſan. d. conſuetud. Burgund. d. Rub.2. §.2. gloſ.1.
a num.26. verſ.& ad publicationem. *a*

ADDITIO.

a Ad hæc verba bona & iura addas quæ tradunt Dec. conſ.442. col. pen. & conſ.445. Iaſ. in conſ.21. col. fi. li.3. Crot. in l.1. §.q pręſens. ff. de verb. oblig.

qq Ipſarum omnium.

IN criminibus ſupra expreſſis tā ex hoc decreto, quàm alio iure municipali, & etiam iure communi, vt ſupra notatum.

SVMMARIVM.

*Confiſcatio non trahit ſecum bona, ſiue partem ſociorum. num.*444.
*Confiſcatio rerum cōmunium cū alio vt fiat. nu.*445.
*Domus communis confiſcanda, & deuaſtanda, prius diuiditur. num.*446.
*Domus communis, cuius pars ſuperior eſt banniti, non deuaſtatur. num.*447.
Dotis cauſa, banniti mariti bona non deuaſtantur, nec alia in præiudicium creditorum. nu 448 *&* 449.
*Banniti cauſa, non deuaſtantur bona propter colonum eius. num.*450.
*Locationi facta per bannitum ſtat fiſcus, vel refundit pretium. num.*451.
*Domus banniti ſi diruatur ex ſtatuto, & dederit vicino damnum, quis ad illud teneatur. num.*452.

rr Malefactorum.

444 BOna † ſi fuerint communia cum delinquente, & alio, pars delinquentis tantum confiſcatur non alterius, ita not. Oſaſc.
445 deciſ.94. num.18. † Vnde infertur per ſcribentes quod ſi ex forma alicuius ſtatuti bona delinquentis ſunt deuaſtanda, quod ſtatutum, licet non valeat de ſtricto iure, vt tradit Alberic. tractatu ſuper ſtatut. lib.3.q. 3. maximè in domibus, nè ciuitates, & alia loca deformentur vicinis, tamen ſeruatur de facto, vt ibi per Albericum, & quæſt.51. & Romanum l.1. §.ſeruum pignor. num.5.
446 ff. ad Scyllan. † ſi domus aliqua ſit deuaſtāda, quæ ſit cōmunis cum alio prius ſit diuiſio, vel cauetur aliter antequam deuaſtetur modo quo notat, Alberic. d. lib.3.q.46. & 48. Angel. d. tractatu de malefic. verſic. & eius bona, numero vigeſimoprimo. cum
447 addit. Auguſt. ibi. † Non etiam deuaſtatur ſi delinquens habeat partem inferiorem, alter vero ſuperiorem, ita not. Brun. ſuper conſtitut. in verbo bona, verſiculo
448 ſtatutum dictās. † Non etiam deuaſtantur bona delinquentis in præiudicium dotis vxoris, cui ſunt hypothecata, modo quo not. Alberic. tractatu ſuper ſtatut. libro 3.

quæſt.

quæſtione ſeptima, & 14. Bald.in l. ſi ma-
rito, in principio. ff. ſolut. matrimon. Ro-
man.l.prima, §. ſeruus pignoratus, nume-
ro ſecundo, ff.ad Scyllian. Auguſt. ad An-
gelum d. verſiculo, & eius bona, numero
decimo,verſiculo, & hoc intellige,circa fi-
449 nem, † quod idem in alio creditore delin-
quentis, ita Alberic. d. lib.3. quæſtione 7.
nu.7.& quęſt.14.Angel.d.verſic.& eius bo-
na, num.18. cum addit.ibi, Roman. d.l.1.
§. Seruus pignoratus, num.1. vbi latè,ff.ad
450 Scyllian.& ſupra notatum,† non etiam da-
tur Guaſtum in fructibus Colono pertinen-
tibus, vt not.Alberic. d.lib.3. quæſt.1. Ro-
man. d.l.1. §. ſeruus Pignoratus, num.3.ff.
ad Scyllian. idem Angel. d. verſic. & eius
bona, numero 19. cum addit. Auguſt. ibi,
451 † nec in fructibus venditis ad aliquod tẽ-
pus per delinquentem, niſi refuſo ei pre-
tio, ita notat Roman. dicta l. prima. §.ſer-
452 uus,nu.4. ff.ad Scyllian. † vbi autem deua-
ſtetur domus delinquentis virtute memo-
rati ſtatuti, quæ dederit damnum ex eius
ruina domui vicini, quis teneatur ad illud
damnum fiſcus, vel delinquens, not.decla-
rando Alberic.d.lib.3. quæſt.9.

ſſ Verè.

PEr probationem,& conuictionem contra eum factam ſeruatis ſeruandis.

SVMMARIVM.

Publicatio bonorum non fit de iure communi bannito in contumaciam. num.453.

Bannito in contumaciam iure communi regulariter non infligitur pœna corporalis. num.454.

Confiſcatio bonorum non fit in contumaciam, ſed vt noceat tertio. num.455.

tt Vel fictè.

PEr cõtumaciam ſcilicet,modo quo no-
tatur, & cauetur ſupra titulo,de accuſ.
453 capit.procedant, † quod quidem non eſſet
niſi hic fuiſſet expreſſum, ita notat Bonac.
in quæſt.criminal.in verbo bona publicari,
454 verſic.bona debent. † Nam etiam de iure
communi bannito in contumaciam pœna
corporalis non infligitur, nec bona confi-
ſcantur, niſi banniatur ex delicto, ex quo
bona expreſsè venirent cõfiſcanda, ita Caſ
ſan.in conſuetud.ſuis Rubr.2.§.1. in textu,
qui confiſque le corps,num.13.verſic.quod
455 nota.† Quæ quidem condemnatio,non no-
ceret tertio, nam ſtatutum confiſcans bo-
na,per probationes priuilegiatas non præ-
iudicat,nec nocet tertio, ſed tantum delin
quenti, nec egreditur perſonam delinquẽ-
tis. Etiam quod tertius teneretur pro de-
linquente,ita Plot.conſil.30.num.71. velu-
ti ſi pater ex forma ſtatuti teneretur pro fi-
lio ad legitimam,vel dominus pro ſeruo ꝓ
peculio, quia tunc non tenetur pater, nec
dominus, ex contumaciali ſententia cõtra
filium,vel ſeruum, vt late ſupra notatum,in
verbo bona,num.257.& 258.

SVMMARIVM.

Confiſcatio de bonis, intelligitur in loco ſtatuti. numero 456.

Decretum Mediolani confiſcans omnia, intelligitur ſita in dominio ſolum. num.457.

Confiſcatio bonorum, an trahatur ad bona alibi ſita, diſtinguitur num.ſeqq.nu.458.& 459.cum ſeqq.

Publicatio bonorum de iure communi trahitur ad omnia loco in quibus ius commune ſeruatur. numero 462.463.

Et quilibet fiſcus ſua accipit. num.464.

Confiſcatio ex iure ſpeciali, non extenditur ad bona alibi ſita, vbi idem ius ſeruatur. nu.465.

Publicatis bonis omnibus ex forma iuris municipalis, iudex domicilij confiſcat quæ apud ſe ſunt. num.466.

Publicatis bonis, vt indigni licet omnibus, fiſco tamen confiſcantur ſolum loci teſtatoris. num.467.

Confiſcari poßunt etiam merces, & res mobiles alibi ſita.num.468.

Bona alibi ſita, vt ſint ibi ad tempus, non dicuntur eius territorij.num.469.

Actiones, & nomina debitorum ſunt fiſci confiſcantis.num.470.

Actiones etiam dicuntur illius territorij in quo repeniuntur, & vbi exigi debent. num.472.473.

Actiones ſunt inter mobilia ſi eis adhærent. numero 474.

Vectigal,penſio, reditus emphyteuticus, ſunt quid immobile.num.475.

Penſio annua ad quem fiſcum ſpectet in tractatu confiſcationis.num.476.

Annua penſio ex immobilibus percepta habetur pro re immobili. num.477.

uu Vbique ſita.

456 STatutũ † ſimpliciter cõfiſcans bona in-
telligitur de bonis ſitis in territorio,
ita notat Brun.conſ.58.num.4.& conſil.61.
457 num.2. † Ex quo autem loquitur de bonis
vbique ſitis,cùm ſit correctorium iuris cõ-
munis eſt ſtrictè intelligendũ, de bonis ſi-
tis in Dominio Mediolani,ita not.Plot.cõ-
ſil.30. nu. 14. reſpicit autẽ hoc decretũ in
his verbis bona immobilia,& iura, cùm ex
verbis ſequentib.loquaẽ de bonis mobilib.

458 † Ex forma ſtatuti prout hoc decretum cantat,vbi bona ſunt publicanda eius , qui habet bona in diuerſis territorijs,veluti in forenſe,qui hic delinquat , an publicentur bona alterius territorij, opiniones ſunt diuerſæ , & contrariæ , nam Alberic.in tract. ſuper ſtatut.lib.3.quæſt.2. numer. 1. arguit non poſſe publicari, quæ ſunt in alieno territorio,in contrarium arguit,numer.2. ſed nu.3.& 4.ponit fundamenta pro prima opinione,pro ſecunda autem opinione ponit fundamenta,numer.5.6.8. & 9. ipſe autem
459 diſtinguit,nu.10.& 11. † Quod aut iudex , qui publicationis pęnam impoſuit,eam poſuit ſecundum iuris communis diſpoſitionem,& tunc publicantur bona omnium locorum ſubiectorum iuri communi , non vt ſint publicata per illam ſententiam,ſed publicanda, & incorporanda in fiſcum authoritate talis ſententiæ per officiales illius territorij,vbi ſunt ſita,quæ opinio fuit Nicolai de Mattarellis relati per Nellum tract.bannit.prima parte,ſecundi temporis, quęſt. 17. verſ. tertia fuit opinio , & quam etiam notat Caſtr.conſ.319.nu.1. & 2. vol. 1.& Socin.in l.poſtulaſti, num. 17. de foro
460 compet. † Quæ quidem publicatio iuris communis ceſſat per authenticã bona dãnatorum , vt not.Alberic. d.quæſt.17.num.
461 11.verſ. Iſta tamen † Si autem confiſcatio fit ex iure municipali , tunc dicit Alberic. eam extendi ad bona alterius territorij,ita
462 ibi num. 11.verſ. ſecundo caſu. † Et quod non publicentur bona alterius territorij , not.Dyn.in l. interdum §. idem autem. ff. de publican. Bald. in Margarita ſua ad Innocent. in verbo,iudex,verſ.59.poſt Innocent.d. capitulo , poſtulaſti , verſ. ſed hoc forte, de foro competent.contra quoſcunque homines delinquat quis , relatiuè notat.Marſ.in verbo,confiſcata,num.9.Bartolus autem in l.cunctos populos, quæſt.vltima,num.51.vſq; ad finem,C. de ſumma Tri
463 nit.& fide Cathol.aliter diſtinguit.† Quod aut iuriſdictiones ſunt ſeparatæ , & Burſa Fiſcalis eadem, & publicatio fit de iure cõmuni,vel ſpeciali,quæ militat vtroq; loco , & publicantur bona vbiq; , & fiet executio per officiales illius loci , aut ſpecialis alterius loci, & nõ fit in alio loco diuerſo .
464 † Si aũt iuriſdictiones ſint diuerſæ,& cõfiſcatio fit de iure ſpeciali, tunc non extenditur ad bona alterius territorij,ſi aũt de iure communi,tunc extenditur , & quilibet Fiſcus habebit bona in eius territorio ſolũ , hanc diſtinctionem Bar.ſequitur Bal.conſ. 341.num.2.vol.4.Angel.d.tract. bannit.prima parte, ſecundi temporis,quæſt.17. cum quibuſdam declarationibus , vt per eum , quoad vltimam diſtinctionem iuriſdictionum diſtinctarum, Cæpol. conſil. 17. num. 37.& 38.vbi citat nõnullos de hac materia, Caſtrenſ.conſ.319.nu.2.verſ.breuiter , vol. primo,Alex.conſ.31. num.primo , & 3.vol. primo , Boſſ.ſua Praxi,tit.de bonorum publicat.num.62.Gigas tract. de crimine lęſæ Maieſtatis,lib.2.rub.de pęnis committent. quæſt.ſecunda,num.1.vbi ſequitur Nelli diſtinctionem,Marſ.latè not.l.final.num.184. cum ſequentibus,vſq; ad numerum 189. ff. de iuriſdict.omnium iud.relatiuè Marſil.d. verb.confiſcata,num. 9. Auguſtinus autem in addit.ad Angel.d.verſ.Et eius bona, nu. 5.6.& 7.refert Bartoli, & Nelli declarationes , quas non per omnia ſequitur , vt per eum,not.etiam Io.de Arnono,epitome 75. Lancellotus Conradus Laudenſis ſua Praxi libro primo,capitulo 9.de Prætore, §.3. de public.bonorum num.16.vſq; ad finem, Plot.conſ.36.num.12.cum tribus ſequentibus,Roland.à Valle tract.de lucro dotis, quæſt.40. nu.10. & ſecundum hanc diſtinctionem intelligendi ſcribentes infraſcripti , dum loquuntur an confiſcanda ſint omnia bona alterius territorij,vel nè, prout Rota.ſing.188.licet magna,Alciat. conſ. 125.num.5.ad finem, & Gulielmus de Ludo ſing.94. Roland. à Valle tract. de lucro dotis,quæſt.20. nu. 10. Laurentij Kirchou, ſuis concluſionibus,cent.2.concluſ.90.Iudex delicti,Burſ.conſ.122.num.4.vol.1.Cephal.conſ.79.num.9.vol.primo Vrſillus ad Afflictum.Deciſ.282.num.15. & nu. 19.vbi ſic declarat . hanc vlterius diſtinctionem Bartoli, & reliquorum approbat Caſſan.in conſuetud. rub.2. §.primo, in textu & appertient, poſt relatas opiniones , num. 7. cum ſequent.declarando vt per eum, num. 18.verſ.Sed hoc verum,Clar. ſuis communib.in verbo,ſentẽtia publicationis, & ſua Praxi §.finali,quęſt.78. verſ. ſed hic quęro.
465 † dempto vno capite , quando ſcilicet confiſcatio fieret ex ſtatuto , vel lege ſpeciali , & idem dominus eſſet vtriuſq; territorij , quia ſi ſequeremur communem, non extẽderetur confiſcatio ad bona alibi ſita, etiã quòd ibi ſimile ſtatutum vigeret , ſecundũ illam diſtinctionem Bartoli, quam communem in hoc dicit Boſſ. tit. de bonorum publicat.num.62. & quam approbat Cephal. conſ.79.num.15.vol.primo,relatos per Clarum d.verſ.Sed hic quæro ibi, item intellige . Nam in hoc caſu Clarus tenet quòd ſi territoria eſſent ſub eodem Pręſide prouinciæ , quòd tunc indiſtinctè publicarentur omnia bona, ſecus ſi ſub diuerſis Præſidibus,

bus, & ita dicit vidiſſe obſeruatum in hoc
466 Ducatu, Ita Clar. ibi, ſed certè. † Quibus diſtinctionibus poteſt, addi, quod licet ex Statuto delicti imponatur pœna publicationis bonorum ex iure ſpeciali, tamen ſi ſtatutum illud imponit pœnam publicationis omnium bonorum, quòd iudex domicilij poſſet punire ſecundum diſpoſitionem illius ſtatuti pro bonis eius territorij, not. Felin. cap. poſtulaſti nu. 6. de foro competenti clarius, & ſignanter Brunus conſ. 58. num. 3. & conſ. 61. nu. 1. & 2. Idem Boſſ. tit. de bonorum publicat. nu. 65. vbi dicit tunc
467 hoc pendere in facto. † Quod autem bona immobilia in diuerſis territorijs confiſcentur dominis, & fiſcis illorum territoriorum, quando omnia bona confiſcantur, limitatur non procedere quando ei auferentur vti indigno, quia tunc confiſcantur fiſco loci teſtatoris, per textum in §. ſi vnum præterea authen. vt cum de appell. cognoſcatur, ſic not. Caſſan. ſuis conſuetud. rub.
468 2. §. in textu, Sanz le quel. † Mobilia autem, & merces, & aliæ res mobiles, etiam alibi exiſtentes in territorio alterius iuriſdictionis poſſunt confiſcari, & veniunt in confiſcatione, & applicantur fiſco confiſcantis, ita not. Caſtr. in conſ. 319. numer. 2. verſ. prætera cum nomen, vol. 1. Riminald. Sen. conſ. 244. num. 9. vol. 2. Alex. conſ. 16. num. 2. circa medium, vol. 1. & conſ. 31. numer. 5. vol. 1. & conſ. 19. num. 7. vol. 6. & conſ. 141. num. 22. vol. 7. Io. de Arnono, epitome 75. Cotta cum ſuis Memorab. in verbo confiſcatio, in princ. Gigas tract. de crim. læſæ Maieſtatis, lib. 2. rub. de pęnis committent. quæſt. 2. num. 3. Auguſt. ad Angel. d. verſic. & eius bona, num. 7. ad finem, Ruin. conſ. 20. num. 3. vol. 3. Lancellot. Conradus d. ſua Praxi, lib. 1. cap. 9. §. 3. de publicatione bonorum num. 16. verſ. ſubdit etiam Auguſtinus, cum accumulatis per Tiraquel. tract. primog. quæſt. 48. num. 1. licet num. 2. allegeget alios contrarium tenentes, idem Caſſan. ſuis conſuetud. Burgund. rub. 2. §. 2. in textu, & appartient, num. 25. declarando vt per eum, an ibi ſint perpetuo permanſura, vel non, quòd etiam dicit Bald. conſil.
469 341. numer. 3. volumine 4. † nam ſi ſint ibi perpetuo manſura dicuntur illius territorij, in quo reperiuntur, idem ſi ad beneplacitum, ſecus ſi ad tempus ibi ſint poſita, quia tunc ſequuntur perſonam, Borg. Caual. deciſ. 42. num. 52. 53. & 54. quam communem dicit Clar. ſua Praxi. §. finali, quæſtio. 78. verſ. ſed hic quæro, ibi, intellige tamen, idem ſuis communibus, in verbo, ſententia publicationis, in eodem verſiculo, idem Anchar. iun. quæſt. 26. num. 8. 9. parte ſecunda.
470 † Nomina autem debitorum, & actiones quod ſint fiſci confiſcantis, not. Alex. conſ. 31. num. 6. & 7. vol. 1. quia concernunt perſonam creditoris confiſcati, ita Caſt. not. conſ. 319. nu. 2. verſ. præterea cum nomen, vol. 1. Marſ. l. finali. num. 186. ff. de iuriſdict. omnium iudic. Riminal. ſen. conſ. 244. nu. 10. volum. 2. Anchar. iun. quæſt. 25. num. 8.
a & 10. parte ſecunda. a † Ideo poſſunt con
471 fiſcari etiam extra territorium, prout mo
472 bilia, ibi num. 7. † nam actiones, iura & nomina dicuntur pariter illius territorij in quo reperiuntur, ſi ſint ibi perpetuo, vel ad beneplacitum manſura, ſecus ſi ad tempus ſunt ibi poſita, quia tunc ſequuntur perſonam creditoris, ita Borg. deciſ. 3. nu.
473 8. & deciſ. 42. numer. 52. 53. & 54. † Idem quando in illo loco ſunt ſoluturę pecunię, aut ibi exigi debent, quia tunc ſtatuta illius loci debent attendi. Vincent. Fr. deciſ. Neap. 93. num. 84. Riminald. iun. conſ. 352. nu. 84. cum ſequen. vol. 4. Gerar. Maz. conſ. 53. num. 40. Franc. Veg. conſil. 10. num. 8. &
474 ſequen. & num. 15. & 18. volum. 1. † Quod habeat locum ſi contineat quid mobile, quia confiſcatur Fiſco confiſcationis factę, prout cætera mobilia, ita Caſſaneus in conſuetud. Burgun. rubr. 2. §. primo, in textu, & appartient, num. 14. ſequitur hanc opinionem recitatis diuerſis opinionibus contrarijs, & diuerſis, Tiraquel. de primog. quęſt.
475 num. 20. † Non ſic ſi reſpiciant immobilia, veluti vectigal, aut penſio emphyteotica, & huiuſmodi reditus fundales, vt ibi not. Tiraquel. num. 9. vbi ſic declarat Socin. in conſil. 101. volum. primo, recenſentem opiniones varias, & contrarias, & omnes tenentem, ſic tollitur opinio tenentium pręſumi iura, & actiones eſſe in loco exactionis, de qua Riminal. ſen. conſ. 244. num. 13. volum. 2. & Imolam conſilio 35. num. 4. ver
476 ſiculo, & ideo, † Ex his declaratur quibus annua penſio confiſcata applicetur, nam ſi ſoluitur alicui, non ratione fructuum, ſed in recognitionem dominij directi, tunc applicatur fiſco creditoris confiſcati, licet bona ſuper quibus ſoluitur ſint alibi ſita, ita Aretinus conſilio 10. numero ſecundo, ſequitur Vrſillus ad Afflictum deciſ. 28. nu-
477 me. 18. † alias ſi ſoluitur ratione fructum, tunc

ADDITIO.

a Latè per Albam conſ. 17. ſub nu. 15. verſ. Nec obſtat illud & num. ſeq.

tunc habetur vti immobilis, & applicatur Fiſco rei ſitæ, vbi confiſcatio poteſt fieri de rebus in alio territorio, ita not. Tiraquel.dict.tract.primog.quæſtione 49.num. 9. verſiculo, ego autem latè declarat Caſſaneus dict.conſuetud. Burgun.rub.2.§. 1. in textu, & appartient, num. 19. verſ.Sed iuxta,cum ſequent.pluribus. Qualiter autem,quando, vel pars bonorum, vel bona in diuerſis territorijs publicentur diuerſis Fiſcis, exoluatur æs alienum creditoribus, & creditores poſſint conuenire Fiſcos, vel damnatum, dicetur infra,in verbo, Fiſco,vbi eſt locus.

xx Vel reperta.

HOc reſpicit mobilia, merces,& pecunias, vel ſimilia quæ applicantur fiſco confiſcantis, vt notatum, in verbo pręcedenti latè, circa finem.

SVMMARIVM.

Confiſcatio bonorum cur reperta.num.478.
Confiſcatio quota partis eſt fiſci Principis non Baronis.num.479.
Fiſcum Comes habet ex conſuetudine num.480.
Confiſcatio feudalium applicatur Comiti. num.481.
Confiſcatio procedens à Iudicibus Principis pertinet ad fiſcum Principis.num.482.
Confiſcatio ex crimine læſæ Maieſtatis pertinet ad dominum ſuperiorem.num.483.
Confiſcatio regulariter pertinet ad fiſcum territorij in quo ſunt.num.484.cum ſeq.
Rebellionis ſubditi aduerſus feudatarium cognitio ſpectat ad officiales feudatarij.num.486.
Hæretici bona confiſcata, tres in partes diuiduntur ex conſuetudine Mediolani.num.487.cum ſeq.
Hæretici bonis confiſcatis liquidatio fit Mediolani per Fiſcum Regium.num.489.
Confiſcatio quæ ex aliquo ſtatuto debetur filio Homicidæ tranſmittitur ad nepotes.num.490.
Confiſcatio quæ pertinet ex ſtatuto ad hæredes defertur etiam monaſterio ſuccedenti in filium. numero 491.
Clericorum bona temporalia confiſcata pertinent ad Fiſcum Regium.num.492.
Publicatis bonis variè ſitis, quilibet fiſcus apprehendit ſua.num.493.& 494.
Pœnæ debentur ei domino qui tempore confiſcationis eſt, licet non tempore delicti.num.495.
Feudatarius nouus retinet iura miniſtri in cuius locum ſucceſſit.num.496.cum ſeq.
Pœnæ & confiſcationes ſunt fructus iuriſdictionis & ideo nondum exactæ ſpectant ad ſucceſſorem. numero 498.499.
Confiſcationes non exactæ à Ducibus Mediolani ſpectant ad fiſcũ Cæſareum,qui eis ſucceſſit. nu. 500.
Confiſcationes pertinent ad dominum qui erat tempore delicti quæ tamen ipſo iure habentur pro factæ.numero.500.
Confiſcatio pertinet ad alterum condominum, qui tempore delicti adminiſtrabat ex pacto.num.501.
Idem de emptore.num.502.& 503.
Confiſcatio refertur quandoque ad tempus delicti numero 504.
Confiſcationes non ita pertinent ad vſufructuarium, ſicut ad emptorem.num.505.
Emptor iuriſdictionis eſt dominus confiſcationum ſtatim ſecuto delicto.num.506.
Sententia declaratoria ſuper confiſcatione facit vt cenſeatur ius acquiſitum ſtatim à die delicti. numero 507.
Sententia declaratoria delicti nil de nouo inducit. numero 508.
Emptor iuriſdictionis acquirit omnes pœnas ſtatim delicto facto, licet executio differatur in tempus quo amplius non eſt dominus.num.509.
Pœna arbitraria ſpectat ad fiſcum qui eſt tempore declarationis.num.510.& 511.
Mulcta ſpectat ad eum, qui tempore aduenientis conditionis eſt dominus.num.512.
Fiſcus ſuccedens in totum habetur vti hæres extraneus.num.513.514.
Licet Anomalus.num.515 516.
Fiſcus non tenetur vltra vires cum ſuccedit condemnato.num.517.
Succeſſor non tenetur adire.num.518.
Hæres niſi adeat non tranſmittit.num.519.
Fiſcus poteſt conueniri actione perſonali pro debitis delinquentis.num.520.
Excuſsio prius fit contra fiſcum ſucceſſorem antequam tertij poſſeſſores hypothecaria conueniantur.num.521.
Fiſcus non eſt propriè hæres, niſi quoad ea quæ ſunt in ſuo territorio.num.522.
Fiſcus non tenetur facere inuentarium.num.523.
Fiſcus cur non teneatur vltra vires.num. 524.
Inſtantia non tranſit in fiſcum.num.525. cum ſeq.
Fiſcus non excludit fœminas ex perſona damnati. numero 527.
Fęmina præfertur fiſco in hæreditate delata maſculo damnato.num.528.
Confiſcatio cenſetur facta cum honoribus, & oneribus.num.529.
Fiſcus ex bonis damnati tenetur alere filias, & filios eius.num.530.
Fiſcus tenetur dotare filias damnati. num.531.
Fiſcus tenetur alere filios damnati etiam quibus legitima non debetur num.532.
Fiſcus tenetur alere vxorem inopem.num.533.
Fiſcus ſuccedens damnato tenetur ad eius debita,non detracto prius quòd ei debebatur.num.534.
Fiſcus & patrimonium Principis differunt. numero 535.

Fiſcus

Fiſcus tenetur ſoluere creditoribus damnati cui ſucceſſit, licet poſtea damnatus liberetur. num. 536.
Creditores tenentur agere contra fiſcum pro debitis damnati confiſcati. num. 537. & 538.
Bannitus reſtitutus ex gratia, tenetur antiquis creditoribus. num. 539.
Si tamen reſtituatur etiam ad bona. num. 540.
Creditores poſſunt conuenire bannitum per hypothecam in bonis non confiſcatis. num. 541.
Aes alienum non circumſcribitur loco. num. 542.
Creditor non tenetur ad petionem fiſci ſuccedentis damnato, accipere inſolutum nomen extra territorium. num. 543.
Confiſcationis ſententia poteſt exequi in alijs territorijs per ſubſidiales. num. 544.
Creditores vnius territorij non poſſunt agere contra fiſcũ alterius territorij niſi in ſubſidium. nu. 545. cum ſeqq.
Fiſcus extra quoſdam caſus tenetur ſatisfacere etiã legatarijs. num. 550.
Fiſcus ex edicto ſucceſſorio non tenetur ad legata. num. 551.
Fiſcus ita tenetur verſus debitores banniti confiſcati, vt bannitus ab eis liberetur. num. 552.
Inuentarium fiſcus non tenetur facere. num. 553.
Fiſcus eſt hæres impropriè. num. 554.
Fiſcus tenetur creditoribus ad ratam de æquitate tantum. num. 555. & 556.
Fiſcus ſuccedens in re certa non tenetur creditorib. num. 557.
Fiſcus ſuccedens in quota, tenetur pro parte creditoribus. num. 558.
Confiſcatis bonis diuerſi territorij fiſcus non tenetur pro virili, ſed ad ratam. num. 559. & 560.
Creditor (niſi in ſubſidium) non poteſt alterum fiſcum, pro altero conuenire. num. 561.
Creditorum cauſæ cum fiſco ſunt ſummariè, vt nec reſtitutio in integrum petatur. num. 562.
Monaſterium vt ſuccedat loco filij in bonis damnati. num. 563.

aaa Fiſco.

478 CVr † introductum, vt bona damnati fiſco applicentur, non alteri, vnam cauſam adducit Caſſaneus in conſuetud. Burgund. rubrica 2. §. 2. in textu. Et appartient, num. 31. vt ſubleuetur Princeps ab expenſis, quæ fiunt in proceſſu horum criminoſorum, alias tres adducit Rebuff. tract. vt beneficia ante vacationem. artic. 2. gloſ. 5. in princ. vt per eum.

479 Confiſcatio † hæc vbi ſit omnium bonorum, vel quotæ partis, applicatur fiſco Principis, non autem inferioris à Principe in ſuo territorio exiſtentis, veluti Comiti, & Baroni, ita not. Caſſan. in ſuis conſuetud. Burgund. d. rub. 2. des confiſques. §. primo,

480 in textu, & appartient, in principio. † Declaratur tamen id non procedere vbi ex conſuetudine, vel præſcriptione applicarẽtur Comiti, vel Baroni, ita Alex. conſ. 13. num. 15. verſ. ex prædictis. vol. 6. firmat Caſſan. d. §. 1. in textu, & appartient, in princ.

481 verſ. item etiam declarat. † Secundò limitatur non procedere, vbi fieret confiſcatio de bonis feudalibus, quia tunc applicaretur Comiti, vel Baroni, ita Caſſ. d. §. primo,

482 in princ. verſ. quod tamen. † Declaratur tamen, & ſublimitatur non procedere, vbi fieret confiſcatio à ſuperiore, vel iudicibus ſuis, etiã quod tractaretur de ſubditis, vel bonis feudo ſubiectis, quia applicarentur fiſco ſuperioris. Ita not. Caſſan. d. rub. ſecũda, §. primo, in textu, & appartient, nu. 27. verſ. limita ſecundo, & numer. 28. Boſſ. ſua praxi. tit. de foro competenti, nu. 20. ideo iuremerito cautum eſt in nouis conſtitutionibus ſupra, tit. de feud. cap. vltim. quod in delictis, in quibus interuenit ſubditus maioris Magiſtratus, licet adſint aliqui ſubditi feudatarij, ne continentia cauſæ diuidatur, quod cognoſcit iudex maioris Magiſtratus, tamen quòd confiſcationes alias ſpectantes feudatarijs, eiſdem applicẽtur.

483 † Secundo ſublimitatur in crimine læſæ Maieſtatis, quod committitur in ſupremũ dominium, quia bona confiſcata damnati ex hoc crimine, in quocunq; loco exiſtant, etiam in territorio feudatarij, applicantur ſupremo domino, non autem feudatario, in cuius territorio ſint poſita. Ita not. Boſſ. d. ſua Praxi. tit. de pœnis nu. 28. & 29. Caſſan. d. conſuet. rub. 2. §. 1. in textu, & appartient, nu. 31. verſ. limita tertio. Crauet. conſ. 128. nu. 7. Quod idem cauetur infra,

484 capitulo ſequenti vbi ſubditus. † Declarando id non procedere vbi aliter cantarent verba priuilegij, & conceſſionis feudi iuxta tradita per Alex. conſ. 13. num. 15. & 16. vol. 6. ita Boſſ. d. ſua Praxi. tit. de crim.

485 læſæ Maieſtatis, num. 105. † Alias regulariter applicarentur bona fiſco cuiuslibet territorij, vbi iuriſdictiones eſſent diſtinctæ, ita not. Gigas tract. de crim. læſæ Maieſtatis. lib. 2. rubr. de pœnis committent. quæſt. 2. num. 1. verſ. ſecundo vero caſu, & latè ſupra notatum, in verbo, vbiq; ſita, iuxta diſtinctionem Bart. in l. cunctos populos, quæſtio. vlt. C. de ſum. Trinit. & fide cathol. cõ-

486 muniter approbata, vt ſupra traditũ. † Imò per rebellionem ſubditi aduerſus feudatarium eius dominij, officiales feudatarij poſſunt procedere, & fiſco feudatarij confiſcare, vt not. Alex. dict. conſil. 13. num. 11. vol. 6. niſi aliter cautum eſſet per decreta

Medio-

Mediolani,teſte Boſſ.d.tit.de bonorum publicat.num.63.

487 Bona † autem Hæreticorum confiſcata, quicquid ſit de iure cõmuni,quod debeant diuidi in tres partes,vario modo per ſcribentes notatum, vt not. Alber. tract. ſuper ſtatut.lib.1.q.151. num.3.cum ſeq. cum relatis per Clar.d.§.ſi quis, verſ. item bona.

488 † In hoc Ducatu ſeruatur, quod bona hæreticorum diuiduntur æquis portionibus inter Fiſcum Ducalem, Epiſcopum, & Inquiſitorem,& in hoc ſeruanda conſuetudo locorum,ita Clar.d.§.hæreſis,verſ.item bona,verſ.in hoc autem Ducatu. † Tamen liquidatio fit per Procuratorem Fiſci Regij, & Ill.Magiſtr.extraordinariũ, & ponuntur ad proclama,& omnia fiunt, ac ſi in totum eſſent Fiſco Regio applicata,& deinde facta liquidatione, datur cuiq; eius portio, & ita declarauit Senatus fieri debere conſentiente Reuerendo Inquiſitore, die 30. Iunij,1559.A.C.

489

490 † Bona vbi applicãtur ex diſpoſitione alicuius ſtatuti filio homicidę,tũc in ea parte ea mortuo darenẽ hæredi filij, ita Bal.auth. imò nu.2.C.de act. & oblig. ſequitur Brun. in tractat. ſuper conſtitut. in verbo bona, ſtante ſtatuto.† vbi autem danda eſſent hęredibus occiſi ex diſpoſitione huius ſtatuti,tunc ſi monachus ſit occiſus, qui habeat filios ante ingreſſum, præfertur monaſterium filijs, ita not. ſecundum communem Rom.ſing.456.ſtatutum,cum addit.ibi, Io. de Arnono,Epitome 67.ad finem.

491

492 † Confiſcatio ſi fiat bonorum temporalium clerici à Iudice Eccleſiaſtico, ea applicãtur fiſco domini temporalis, vbi ſunt ſita, non eccleſiæ,ita Oldrad. conſ. 17. per totum,Boſs.tit.de bonorum public. nu.64. Caſſan.ſuis conſuetud.rub.2.§.1. in textu, & appartient,num.2.verſ.item intellige,& in Francia ex generali conſuetudine applicaretur fiſco temporali,vt ſupra notatũ, & firmat Caſſan. d.loco,nu.2. verſ.aduerte etiam.

493 † Plures vbi fuerint Domini eiuſdem iuriſdictionis, diuidunt bona confiſcata inter ſe ad ratam territorij, ita not. Caſſan. de conſuetud.rubr.2.§.primo, in textu, & appartient,num.35. † Vbi autem adſint in iuriſdictione, & proprietarius, & vſufructuarius ad quem ſpectent confiſcatiõnes, vel vſufructuario, vel proprietario, diſcutit Alberic. in rubr. C. de vſufruct. circa finem, Guido Papa deciſ. 413. nume.3. & deciſ.477.nu.3. relatiuè, Caſſan.dict. conſuetud.rubr.2.§.1. in textu,an ſia ſeignior.

494

495 † Delictum ſi fuerit commiſſum in vno territorio eo tempore quo non erat infeudatus alicui,ſed erat Principis,ſi dein tempore cõfiſcationis reperiatur alicui infeudatus,ad eum ſpectat confiſcatio,non fiſco Principis, vbi tamen fuerit formata inquiſitio poſt infeudationem, non ante infeudationem, alias fiſco Principis applicatur vbi fuerit tranſmiſſa inquiſitio ante tempus feudatarij,ita Boſſ.ſignanter d.ſua Praxi tit.de pœnis,num.22. vbi ſic dicit Senatum ſenſiſſe, pro cuius opinione faciũt tradita in his terminis per eundum Boſſ. tit. de fiſco,& eius priuilegio, num. 69. & 70.

496 † Vbi dicit ex infeudatione illa non cenſeri mutatum fiſcum,licet ſit mutatus Dominus,iuxta notata per Bald.conſ. 363. nu.2. verſ. item non obſtat. vol. 1. † Ideo dicit Boſſius ibi,quod nouus feudatarius poteſt proſequi,conſequi, & retinere omnia iura fiſcalia, prout fiſcus Principis ante infeudationem poterat, & conſequenter poterit pœnas comminatas,vel commiſſas proſequi, & exigere,quia cenſetur conceſſum feudum cum condemnationibus præteritis præſentib.& futuris,ita conſuluit.Bald. conſ.306.Diſtinguendum, & conſ.419.Dominus noſter. volum.4.Signorol.conſ.165. vbi tractat de loco Leuci, idem Grat. not. conſ.128.num.5,vol.1.Natta conſ.346.nu. 2.volum.2.& mirum videtur ꝙ Boſſ. tit.de pęn.num.22.& tit.de iure, & priuileg.fiſci num.69.& 70. non meminerit de Baldo & Signorolo. † Iſtæ enim pœnæ, & confiſcationes ſunt fructus iuriſdictionales,ita Iaſ.conſ.57.col.3.vol.3.Capicius deciſ.27. num. 13.Boſſ.tit.de pœn.num. 25. & tit.de regalijs,nu.15.verſ.concluſio eſt, Natta cõſil.659.num.5.vol.4. Roland. à Valle conſ. 73.num.1.vol.4. & hi fructus cum ſint pendentes, & nondum exacti ſpectant ad nouum feudatarium,ita Bald.in l. 1. num.10. & 14.ff.de rerum diuiſ. Aluarot.in cap.1.§. his conſequenter, in fine.Hic finitur lex capit. ſua inueſtitura feudaii, verſ. fructus pendentes. † Et appellat hos fructus quaſi ſeminatos,& non collectos,not.Bald. conſil.419.num.10.verſ. in contrarium, vol.4. Guielm.Benedict.in c.Raynutius, verſ.bona cætera,num.38.de teſtam. Boſſ. d.tit.de fiſco,& eius priuileg.num.70. † Idq; multoties ſeruatum vidimus,ſed maximè quãdo poſt finitam generationem ſforciadum & dominiũ Mediolani fuit deuolutum ad ſacrum Romanum Imperium, nã vidimus Cæſareum Fiſcum proſecutũ fuiſſe, & exegiſſe pœnas incurſas, vel comminatas tempore excelſi Ducis Franciſci, & in ſpecie hoc ſeruatum fuiſſe ſcio in cauſa D.Dominici

497

498

499

500

nici Sauli, qui arguebatur de quibuſdam fraudibus commiſſis circa adminiſtrationẽ tempore Ducis, & tamen fuit exactus tempore inuictiſſimi Caroli V. Non obſtante ꝙ Illuſtriſsimus nunc Cardinalis Albanus cõtenderet has pœnas ad Cæſareum fiſcum non pertinere, vt videre eſt eius conſil. 5. nu.55.idem etiam Senatus cenſuit in multis caſibus, poſtquam Cæſarea Maieſtas de feudo inueſtiuit Catholicam Maieſtatem, nam eundem fiſcum durare vidimus, & pœnas incurſas exactas, & proſecutas fuiſſe. verum anno 1582. die 10. Martij, Senatus cenſuit in cauſa vertente inter Regium Fiſcum,& Illuſtr.Comitem Iacobum Annibalem Altempſum, à ſua Regia Maieſtate infeudatum de oppido Galerati cũ eius territorio, & pertinentijs confiſcationes, ac omnes pœnas, etiam arbitrarias, incurſas ipſo iure impoſitas ſeu comminatas ex forma huius decreti, ſiue eſsẽt arbitrariæ,ſiue non, ſpectauiſſe, & ſpectare Regio fiſco,& ei applicatas fuiſſe,& eſſe,ſecuta tamen declaratione,vel cõdemnatione iudicis, prout ex exigentia facti requiritur. Et cum præſupponeretur in nonnullis caſibus, partim ante dictam infeudationem, ſeu dictã apprenſionem,vt ſupra procedi cœptũ non fuiſſe, partim, & ſi cœptum fuit, imperfectos tamen reſtare proceſſus contra delinquentes, nec ſecutam aliquam declarationem, vel condemnationem, propterea dictos proceſſus fieri,& perfici,ac declarationes, & confiſcationes, vt ſupra per dominum Vicarij Seprij nomine Regiæ Cameræ fieri debere,prout iuſtitia poſtulabit, & eſt penes egregium dominum Robiũ, quæ quidem facta fuit ad relationem Illuſt. Senatoris Gambaranæ datis motiuis, & auditis Aduocatis in Senatu, & hoc ponderato verbo, in hoc decreto, ipſo iure, quod applicat ius, & dominium à die delicti, vt notatum per nos infra,in verbo,ipſo iure; contraria autem poſſent forte procedere, vbi non adeſſet illa clauſula, ipſo iure, vel ſimilis.

501 † Iuriſdictio vna quæ eſt duorum ſi inter eos fuit diuiſa per tempora, & tempore vnius feudatarij commiſſum ſit delictũ, & alio tempore facta confiſcatio, ſpectat ad illum, qui tempore delicti habebat confiſcationes,ſecundum communem in ſimili relatam per Tiraquel.tract. retract. cõuen. §.5.gloſ.4.nu.22.& ſeq. maximè ſtante decreto prout hoc eſt,confiſcans, ipſo iure, à die delicti bona delinquentis, vt infra dicetur.

502 † Confiſcationes ſi quis emat pro vno anno,& alter pro alio,ſi commiſſum ſit delictum vno anno, & confiſcatio altero, tamen confiſcationes ſpectant ad eum qui tẽpore delicti erat emptor,ita ſecundum cõmunem notat Alex.in l. diuortio, §. ſi vir. num.11.ff.ſolut. Matr. quam approbat Iaſ. in l.more,nu. 21. cum ſequen.licet alleget quoſdam contrarium tenentes. ff. de iuriſdict.omn.iud.Boer.deciſ.5.num.16.cum ſequen.Boſſ.ſua Praxi,tit.de pœnis,in principio,Benedict.d.c. Raynutius. in verbo, cætera bona,num.38.de teſtamen. cum relatis per Caſſan.d.conſuetud. Burgũn.rub. 2.§.1.in textu.& appartient, nu.3.verſ.aduerte ſecundo. Pro hac opinione faciũt tradita per Tiraquel.d.tract.retrac. cõuen.
503 §.5.gloſ.4. num. 22. † vbi decidit ſecundũ communem, quòd ſi vendita ſit iuriſdictio cum pacto luendi,ſi tempore emptoris factum ſit delictum, & ſecuta condemnatio tempore luitionis à venditore factæ, ea cõdemnatio ſpectat ad emptorem,ſecundum communem illam, ex quo fuit ius acquiſitum tempore delicti patrati, vt ibi per eũ
504 num.23.vbi multos allegat. † Ex quo tempus commiſsi delicti perpetrati eſt ſpectãdum,ad id quo finis trahitur. cum finis habeat neceſſariam conſequentiam ad principium, vt ibi per eum, nu.23.Et firmat in his terminis de officiali emente fructus vnius anni,Socin.ſen.conſ.81.§.16. nu. 10. vol.3. & conſ.7.columna final.volumine 4.
505 † Nec refragantur in contrarium obiecta per tenentes contrarium,per Tiraquel. relatos ibi num. 24. quia falſa eſt æquiparatio,quam faciunt de fructuario ad emptorem,vel alium acquiſitorem, & ea reprobatur ab Alex.d.§.ſi vir,num. 11. † Quod ma-
506 gis cenſendum ſtante decreto hoc confiſcante ipſo iure à die delicti, per notata ꝑ Iacobum Rebuff.in l.3.C.de ſuſcept.& Archid.lib.10.Bertrand.conſ.214.per totum, vol.2.notat etiam Tiraquel. dict. loco, nu.
507 23.Circa finem. † Nec releuat quod etiam ſtante decreto confiſcante ipſo iure, tamẽ requiritur ſententia declaratoria ſuper facto,& confiſcatione bonorum, per text. in c.cum ſecundum.de hæret.in 6.Alex.in l.ſi quis minor.col.final.C.de tranſactio. Curt. ſen.conſ.30.in fine.Dec.conſ.327.colum.3.
508 verſ.hoc videtur obſtare. † Quia ea ſecuta cenſetur ius acquiſitum vſq; à principio ipſo domino,quod ab ipſo auelli non poteſt, per textum l.id, quod noſtrum, ff. de reg. iuris,& illa declaratio facta nil de nouo inducit,ſed declarat maleficiũ, & ius à principio acquiſitum. Ita Caſtr.l.hæredes palam.§.ſi quis,num.3.& 4.ff.de teſtam. ita in

hac

hac etiam ſpecie,Tiraquel.d.loco.num.23.
509 circa finem. † Quod magis cenſendum ſi
tempore primi emptoris factum ſit deli-
ctum, & condemnatio, & dilata executio
tempore ſecundi,cum titulo oneroſo ſit pe
nes primum,quia ſpectat ad primũ,ita not.
Iaſon d. l. more, num.25.ff.de iuriſdiction.
omn.iud.Tiraquel.d. gloſ.4.nu.26.limitan-
do niſi in conceſſione feudi aliter cauere-
510 tur, vt ſup. latè notatum. † Declaratur tñ
hæc concluſio ſignanter pro cõcordia opi-
nionum contrariarum,quod vbi pœna arbi
traria imponatur pro delicto cõmiſſo,tunc
non inſpiciatur tempus delicti nec proceſ
ſus,ſed condemnationis,cum tempore de-
licti,non fuerit quid certum in condemna-
511 tione. † Vbi autem quid certum ſit tempo
re delicti,tunc ſecus eſt dicendum,ita not.
Signorol.d.conſ.105.ſub num.6. cum rela-
tis pro hac conciliatione, per Tiraquel.d.
512 loco.num.25. † Inſpicitur vlterius tempus
ſententiæ factæ mulctæ, vel condemnatio-
nis, vbi quis ſit mulctatus, ſi infra quoddã
tempus non fuerit aliquid actum,quia mul
cta ſpectat ad eum,qui tempore aduenien-
tis conditionis eſt dominus, ita Tiraquel.
d.gloſ.4.nu.27.
513 † In bonis delinquentis, & publicatis,
modo quo ſupra notatum, fiſcus, vel fiſci,
vbi ſint in iuriſdictione diſtincti, & agatur
de confiſcatione omnium bonorum, ſucce
dunt vti hæredes, ita notat Ioan. Annibal.
in l.poſt contractum,num.310.ff.de donat.
Caſſan.in conſuetud.Burgun.rub. 2. §. 1.in
textu, & appartient.num. 8. verſ. minoris.
514 †Et quod ea habeat vti extraneus,not Caſ
ſan.dict. conſuet.Burgun.d.§.1.in textu,&
515 appartient nu. 3. † Non per repreſentatio-
nem,ſed per annihilationem, vt per eum,
idem Afflict.in feud.tit.quæ ſint regalia, in
verbo,vacantia,nu.18.& 19.Gigas tract.de
crim.læſæ Maieſtatis,lib.3.rubr. de plurib.
516 quæſtionib.quæſt.19.num. 5. † ideo non di
citur propriè hæres, ſed Anomalus,Bart.l.
inter eos.§.final.num.3. ff. de fideiuſſor. Et
in l.quoties, num. 1.ad finem,ff. de donat.
Bald.in l.executorem,nu.33. C. de execut.
rei iudic.Boſſ.ſua Praxi titul. de bonorum
publicat.nu.13. Plot.conſ.30.nu. 83. Idem
517 Gabr.conſ.123.nu.28.29. † vbi dicit eſſe ſi-
mili hæredi, quoad iura actiua etiam con-
ditionalia,& paſſiua non cõditionalia,qua
518 tenus vires ſuppetant. † Multum etiã dif-
fert in iure, verum quis habeat bona iure
hæreditario,vel per ſucceſſionem,nam ſuc-
ceſſor nõ tenetur vltra vires, ſed hęres,ſic,
519 niſi faciat inuentarium, † idem in hærede
eſt neceſſaria additio, alias non trãſmittit
regulariter, ſed ſucceſſores non habent ne
ceſſe adire,ſed eis bona quæruntur ipſo iu
re.Ita Salicet.auth.bona damnatorum, nu.
4.cum addit. ibi. C. de bonis damnator.
520 †Quod autem ſit hęres fiſcus, demõſtratur
ex quo poteſt conueniri etiam actione per
ſonali pro debitis delinquentis, ita quod
tertij poſſeſſores non poſſint moleſtari,vbi
bona delinquentis quæ fiſcus habet ſuffi-
ciant, ita Bald.conſ. 359. Quemadmodum
imperator col.fina.num.8.verſ.ſolutio.vol.
521 4.Plot.conſ.30.num. 83.in princip. † Et ſit
diſcuſſio bonorum confiſcatorum antequã
poſſit deueniri ad tertios poſſeſſores, ita
Anchar.iun.quæſt.25.nu.4. parte ſecunda,
522 & infra dicetur. † Quod autem non ſit pro
priè hæres demonſtratur,ex quo hæres vni
uerſalis ſuccedit in omnibus bonis, etiam
in alieno territorio prorſus ſeparato ſitis,
quod non eſt in fiſco ſecundum communẽ,
Bart.d.l.cunctos populos. quæſt.vltima,de
ſumma Trinit.& fide cathol. & notatum ſu
pra,in verbo. Vbique ſita, quam rationem
differentiæ adducit,Boſſ.dict.tit. de bono-
523 rum publicat. num. 21.& 22. † ſecunda ra-
tio adducitur, quod non ſit hæres propriè
fiſcus,quia non tenetur vltra vires hæredi-
tarias,etiam quod non confecerit inuenta-
rium,quòd non tenetur facere. Ita Bart. l.
prima.§. an bona, ad finem. ff. de iure fiſci
Boſſ.ſua praxi. tit. de bonorum public.nu.
23.Plot.conſ.30.num.83.in princ.Clar.§.fi-
nali,quæſtione 78.verſ.vnum ſcias, Ancha.
iun.ſuis quæſtionibus.quęſtione 25.num.2.
524 & 3. part.1.† rationem autem quare non
teneatur vltra vires hereditarias fiſcus no.
Bald.in l.nõ ſolum. §.ſed ſi forte, ad finem.
ff.de in integrum reſtit.ex quo ſuccedit ex
delicto,& poteſt facere bonorum ſepara-
525 tionem, † tertia illa ratio adducitur, quia
in proprio hærede inſtantia cępta cum de
functo tranſit in hæredẽ, vt latè notatum,
cap.21.termini. In verbo, quod inſtantia,
526 num.13.cum ſeq. † tamen non tranſit in fi-
ſcũ,qui habet proprios iudices, ita not. in
ſpecie Abb.C.quia,num.11.verſic. quintus
eſt caſus, de iudice,latè dicit Boſſ. d.tit.de
bonorum public.nu.24.vt notatum d. cap.
21.in d.verbo.Quod inſtantia, d.nu. 13. cũ
527 ſequen. † Quarta ratio adduci põt, quod
non ſit propriè hæres, nec repræſentet pro
priè perſonam damnati, quia & ſi damna-
tus maſculus in ſucceſſione aſcendentium
præferatur fœminis, iuxta diſpoſitionem
Statut.in cap. 278. in ſucceſsionibus, cum
ſequentibus, tamen fiſcus ſuccedens ma-
ſculo confiſcatis eius bonis, non præfere-
tur fœminis, vbi poſſet admitti ad hære-

ditatem

ditatem iam delatam, ita not. Brun. tractat.
tut. fœm. exclud. art. 12. quæſt. 5. numero 5.
528 † licet ſuccedens fœmina excludatur per
prælationem maſculi ex ſtatuto vt not. Io.
Fabri. §. ex ſcripto, numer. 14. ad finem, de
iur. natural. gent. & ciuil. licet contrarium
faciant tradita per Bald. conſil. 135. num. 4.
vol. 3. & per Roch. Curt. tract. de conſuet.
nu. 648. cum ſequent. & latè notatum dict.
capitulo 178. in ſucceſſionibus. In verbo,
529 præferatur, † licet autem fiſcus non ſit pro
prie hæres damnati, tamen confiſcatio cen
ſetur facta cum emolumentis, & oneribus
ad quæ tenebatur damnatus, & eius bo-
na, ita Plot. conſil. 30. num. 83. & num. 84.
530 † vbi infert teneri fiſcum eo caſu alere fi-
lias, & filios, etiam ſi damnatus eſſet in cri
mine læſæ Maieſtatis, Ita Plot. dict. numero
531 83. & 84. verſiculo ergo fiſcus, † vbi etiam
explicat quod veniat appellatione alimen
torum, tenetur etiam dotare filias damna-
ti, ita Plot. dict. numer. 84. verſicul. & ſimi
532 liter fiſcus, † quod procedit etiam quòd
omnia bona confiſcarentur, nec filijs ali-
qua legitima conſeruaretur, quia nihilo-
minus teneretur ad alimenta, & dotes præ
dictas. Ita Plot. dict. numero 84. verſiculo,
533 & hæc procedunt; † tenetur etiam fiſcus
ad alimenta vxoris, vbi non ſufficiat eius
dos, & quarta ex bonis mariti, iuxta auth.
præterea. C. vnde vir, & vxor. Ita Plot. d.
conſil. 30. numero 86. prout late etiam di-
534 cetur infra, in verbo reſeruata. † Ex quo
autem fiſcus habetur pro hærede, in bonis
confiſcatis damnati, ſi damnatus erat prius
debitor fiſci, per confiſcationem confun-
duntur actiones, & debitum, ita not. Caſ-
ſan. in dict. conſuetudin. Burgun. dict. rubr.
2. §. primo, in textu, & appartient, nume-
535 ro 32. † ſed ſi eſſet damnatus debitor prin-
cipis ratione Patrimonij proprij Princi-
pis, tunc illud deducitur ante onera Ca-
meræ Fiſcalis, cum ſit diuerſa burſa fiſca-
lis, à patrimoniali, ita Imola conſ. 35. nu-
23. & quod ſint diuerſa; notatum ſupra,
tit. de offic. Quæſt. Extraordin. in princip.
in verbo, bonorum patrimonialium Prin-
536 cipis. † Fiſcus vlterius ex quo dicitur hæ-
res damnati, & confiſcati in bonis publica-
tis, ſolus tenetur debitoribus damnati, li-
berato ipſo damnato debitore, ita not. Bal.
in l. 2. in princ. verſicul. notat. C. ad legem
Iuliam de vi. Itē Boſſ. tit. de proclamat. q
ſit bonis pulicatis. nu. 14. verſic. aduerte ta-
men, idem Caſſan. in dict. conſuetud. Bur-
gund. dict. rub. 2. §. primo, in textu, & ap-
partient, nu. 33. Borgn. deciſ. 8. num. 4. 5. &
537 12. † & ſi pro parte tãtum confiſcentur bo

na debitoris, debitor damnatus liberatur
à creditoribus, vt non poſſit conueniri niſi
catenus quatenus bona ſibi ſunt confiſca-
ta, ita quod creditores teneantur agere cõ
tra fiſcum, ita Bald. d. l. 2. per illum textum
in princ. vbi Salic. num. 1. & 2. C. ad legẽ Iu-
liam de vi publica, cum relatis per Plot.
conſ. 30. num. 83. verſ. debitor, Auguſtinus
ad Angelum, dict. tract. malefic. verſ. & eius
538 bona num. 9. verſ. tamen videmus, † quod
quidem procedit de æquitate non de iure
ſtricto, quia creditores per ſuam hypothe
cam poſſunt conuenire ſolum fiſcum: ita
Alciat. ſignanter in Conſtit. Regni rub. 17.
de defenſ. imponend. numer. 26. 27. & 28.
539 lib. 1. † non liberatur tamen à creditori-
bus antiquis debitor, ſi reſtitueretur in gra
tiam principis, etiam quoad bona, quia tũc
reſtitueretur etiã quoad obligationes paſ-
ſiuas. Ita Marſil. tractat. bannit. in verbo
reſtitutorum, numero 3. Boſſ. titul. de bo-
norum publicatio. numer. 14. verſicul. niſi
540 reſtitueretur, quæ eſt prima limitatio, † &
ea quidem non procederet, ſi tantum re-
ſtitueretur in gratiam quoad perſonam,
non quoad bona, ita Caſſan. dict. rubr. 2. §.
541 in textu, & appartient. nu. 34. † non etiam
liberaretur debitor damnatus à creditori-
bus, & hæc eſt ſecunda limitatio, quando
ei fuiſſent confiſcata ex iure ſpeciali in
aliquo territorio, ex quo non confiſcaren
tur bona illius in alio territorio habente
iuriſdictionem ſeparatam, & diſtinctam
omnino, nam tunc creditores dicti nõ poſ-
ſent debitorem illum damnatum conue-
nire in territorio confiſcantis, tamen poſ-
ſent eum conuenire in alio territorio pro
bonis non confiſcatis, & etiam agere con-
tra fiſcum bonorum confiſcatorum quā-
tenus vires bonorum confiſcatorum ſuppe
tent, cum vltra vires hæreditarias non te-
542 neatur, vt ſupra notatum, † hanc autem ele
ctionem habent creditores, ex quo æs alie
num non circumſcribitur loco, ita in omni
bus his ſic determinat Imola, in l. rex. fa-
cto. numer. 16. verſic. vnde dubitabatur, ff.
de hæred. inſtit. idem Imola ſua eleganti
conſ. 35. num. 24. cum tribus ſequentibus
quem relatiuè ſequitur Boſſ. tit. de bonorũ
publicat. numer. 23. ad finem, corruptè alle-
gantem eum, conſ. 37. clarius eum citando
ſequitur, num. 63. verſic. ſucceſſiuè, circa fi-
nem. & tit. de fiſco, & eius priuileg. nume.
71. Anchar. Iun. quæſt. 35. num. 5. & 6. parte
543 ſecunda, † ampliando vt etiam non te-
neatur creditor accipere nomen debitoris
dãnati exiſtentis in alio territorio ſepara-
to in ſolutum, vt ibi n. 11. 12. & 13. rõnib. vỹ

Q per

544 per eum. † Et ſi feratur ſententia ad inſtã-
tiam creditorum contra damnatum in lo-
co vbi bona eius ſunt confiſcata, poteſt ea
exequi in bonis albi ſitis, cum litteris ſub-
ſidialibus, ita Imola.d.conſ. 35.numer.26.
545 verſ.& per prædicta . † Quod autem con-
tra damnatum non poſſet agi per credito-
res in loco confiſcationis bonorum,ſed ali
bi, ſic notat ibi Imola,nume. 26.verſ.ſi au-
546 tem in Ciuitate . † Verum hæc limitatio
communiter reprobatur per ſcribentes, re
latos per Auguſtinum ad Angel.in d.tract.
malefic. in verbo , & eius bona , numer. 9.
rationibus,vt per eum,vt creditores vnius
territorij, non poſſint agere contra fiſcum
547 alterius territorij,† etiam ſi tantum in vno
territorio ſint confiſcata bona.Ita ibi verſ.
548 idem dico , † niſi in ſubſidium , vbi bona
non ſufficerent in vno territorio , ſequitur
indiſtinctè Clarus.§.finali. quæſtio.78.ver-
549 ſicul.ſed quæro an hoc. † tertiò limita, vt
non liberetur debitor cui tantum ſint con
fiſcata certa res,veluti domus, quia nec fi-
ſcus tenetur eo caſu creditoribus , ita Bal.
in l.data opera,numero 60.ad finem , C. de
his qui accuſ.vel poſſ.Imol.d. conſ. 35. nu-
mer.24.verſic.nam nec fiſcus, & numer.26.
550 †demptis his caſibus ex quo confiſcatis bo
nis damnatus liberatur à creditoribus, ſuc
cedit vt fiſcus vti hæres extraneus dicti dã
nati teneatur ad omnia legata,& fideicom
miſſa,non vltra vires hæreditarias, ita not.
Roland.à Val.conſ.31.num.34.vol.1.Clar.
d. §. final. quæſtione 78. verſ. Sed an tene-
551 tur . † Vbi autem ſuccederet in eis vti va
cantibus , vel ex edicto ſucceſſorio deficiẽ
tibus alijs ſucceſſoribus legitimis,tunc nõ
teneretur fiſcus ad legata, & fideicommiſ-
ſa, teſte Claro dict.quæſtio.78.verſic. an te
552 netur , ibi , ſed quando capit. † tenetur
vlterius fiſcus vbi omnia bona damnati
ſunt confiſcata , omnibus creditoribus , &
ad ſolutionem totius æris alieni damnati ,
ex quo damnatus liberatur à creditori-
bus,per.l.ſecundam, C.ad legem Iuliam de
vi publica.& l.ſi maritus , in principio vbi
Alex.ff.ſolut.matr.Boſſ.dict. tit. de bonorũ
publicat.num.1. verſic. Item ſcias, & num.
11.& 12. Tiraquel.tractat.le mort ſaiſit.Se-
cunda parte,declarat.14.num.26. Roland.
à Valle dict.conſil.31.numero 33. volum. 1.
Clar.dict.§.final.quæſtione 78. verſ. ſed an
tenetur Anchar.Iun. quæſtione 25. numer.
1.parte prima, Burſat.conſil.48.numer.23.
553 volum.1. † non tamen. tenetur vltra vires
hæreditarias , etiam quod non fecerit in-
uentarium,vt ſupra notatũ , & firmat Clar.
§.fina.q.51.verſ.ſecus tamen, Oſaſc. deciſ.

554 152.num.9.vbi dicit communem, † & pro-
pter hoc,& alia etiam dicitur hæres impro
priè , & Anomalus vt ſupra notatum , ita
Boſſ.dict.tit.de bonorum publicat.numer.
23.Plot.dict.conſ.30.num.83.in princ. Cla
rus d.§.finali, quæſtione 78. verſicul. vnum
ſcias,Anchar.Iun.quæſt.25.num.2. & 3.par
555 te prima . † vbi autem bona confiſcentur
pro parte prout in caſibus notatis per Cla
rum,dict.§.finali, quæſtione 79. tunc fiſcus
tenetur tantum creditoribus pro parte cõ
fiſcata ad ratam, vt not. Bald.& Salicet. d.
l.ſecunda,C. ad legem Iuliam.de vi publi-
ca,Plot.conſil.30.numer.83.verſicul.debi-
556 tor . † Et hoc de æquitate , non de ſtricto
iure , quin creditores hoc caſu etiam poſ-
ſint inſolidum conuenire fiſcum,vt ſignan-
ter declarat Afflict. dict. Conſtitut. Regni.
rubr.17.de defenſ.imponend.num. 26. 27.
557 & 28. lib.primo,& ſupra notatum, † decla
rando etiam vt in nihilo teneatur fiſcus ,
vbi tantum certa res fuerit confiſcata , ve-
luti domus,ſed teneatur in totum debitor
damnatus ad omnia onera, & æs alienum ,
vt tradit Imola dict.conſ.35.num. 24.verſ.
nam nec fiſcus,& num.26.vt ſupra dictum.
558 † vbi autem ex forma alicuius decreti dã-
nato in parte ſuccederet fiſcus , & in parte
filius in bonis confiſcatis, tunc quilibet eo
rum ad ratam teneretur creditoribus pa-
ternis , iuxta tradita per Bal.in l. 1.in prin
cipio C.de fideiuſſ. quem refert ſequendo
Afflict.dict.Conſtitut.Regni rubr. 6. de fi-
ſco ſucced. for.iudic.num.13.verſ.ſed Bal-
559 dus in l.1.lib.2. † vbi autem damnatus , &
confiſcatus habet bona in diuerſis territo-
rijs ſeparatis,& diſtinctis , & bonorum cõ
fiſcatio fit omnium , iuxta communem di-
ſtinctionem Bartoli,in l. cunctos populos ,
quæſtione vltima,num.51.vſq; ad finem, C.
de ſum. Trinit. & fide Cathol. ſupra nota-
560 tũ, in verbo,vbiq; ſcita † tunc ex quo quili
bet Fiſcus habet bona in eius territorio ,
declarando an ſint bona immobilia,mobi-
lia,vel nomina,iura,& actiones, vt ſupra la
tè diſcuſſum dict.verbo , vbiq; ſita , ſequi-
tur vt quilibet fiſcus ad ratam bonorum ei
dem confiſcatorum , nõ pro virili teneatur
ad onera,& æs alienum , ita Alex. conſ.31.
num.9.verſ.vnde reperit.vol.primo, Imola
conſ.35.num.28.Idem Tiraquel. tract. pri-
mog.quæſtione 35.num. 31. Roland.à Val-
le tract.de lucro dotis, quæſtione 20.num.
561 10.† Nec creditor ratione eius hypothecę,
quam habet inſolidum vnius territorij,põt
agere cõtra fiſcũ alterius territorij,ad cõſe
cutionẽ eius crediti,niſi in ſubſidiũ,vbi nõ
ſufficerẽt bona confiſcata illius territorij ,

Ita

Ita ſecundum communem contra Imolæ opinionem in l.ex facto num. 17. ff.de hæred.inſtitut.& conſ.35.nu.24. cum ſequen. tenet Auguſt.ad Angel.in tract.malef.verſic.& eius bona,n.9.rationibus vt per eum, & principaliter ne fiat fraus,fiſco ſequitur hanc dicendo communem Clar. dict.§.finali, quæſtio.78. verſicul. ſed quæro an hoc, vbi dicit ſic pluries deciſum, & ſeruatum
562 in Magiſtratu Extraordinario, † Vbi plus dicit in cauſis horum creditorum procedi ſummariè,& ſine dilatione, quod idem cauetur ſupra. tit. de officio Quæſtorum extraordinariorum, in prin. ca.horum oīum, vbi cauetur non poſſe appellari,querelari, ſupplicari,nec de nullitate dici, nec in integrum reſtitui à ſentētijs ſuperinde latis.
563 † Bona damnatorum vbi eſſent applicanda pro parte Fiſco, & pro parte hęredibus occiſi, ſi occidatur maſculus, qui habebat filios ante monachationem Monaſterium ſuccedit in eam partem, non filij. Ita Marſil.tract. bannit.in verbo, mortui, nu.166.

SVMMARIVM.

Publicatio ob delictum extra rem requirit ſententiam. num.564.

Publicatio ob delictum circa rem non requirit ſententiam.n.565.

Confiſcationem debet præcedere citatio.num. 566.

Citatio non requiritur, vbi res ipſo iure auſertur. num.567.

Citatio an requiratur vbi aufertur aliquid à lege alicui, per verba ſit priuatus.num.568.

Confiſcationē non eſt neceſſe Mediolani, quod pręcedat ſententia niſi ſuper delicto.num.569.

Confiſcationis ſententia fit copulatiuè, cū condemnatione corporali.num.570.

Confiſcationis ſententia trahitur ad bona alterius territorij & ſinguli officiales ſuas exequuntur.nu. 571.& 572.

Sententia ſtrictè intelligenda.num.573.

Sententia confiſcationis odioſa.num.574.

Sententia cōfiſcationis nō tranſit in iudicatū. n.575.

Fiſcus in dubio ſuccumbere debet.num.576.

Sn̄ia non nocet tertio nō citato. n. 577.578.cū ſeqq.

Sententia confiſcationis habet executionem paratam contra hæredes condemnati. num.581.

Sententia pronuntians bona publicanda, non habet paratam executionem.num.582.

Publicationis ſententia non aufert poſſeſſionem à tertio.num.583.

bbb Publicentur.

564 PVblicatio † hęc bonorum delinquentis cum ſit extra rem commiſſum delictū, requirit iudicis ſententiam: iuxta diſtinctionem Alberici in tract.ſtatut.lib. 3.quæſtione 18.numero 10. cum ſequent. vbi ſignanter diſtinguit,& Dyni relati per Bartolum in leg. Imperator, ff. de iure fiſci,
565 cum declarationibus, vt per eum, † cum autem delictum committitur circa rem, veluti quando contra legem res aliqua exportatur extra ciuitatem, vel territorium, vel ſine ſolutione vectigalis impoſiti, tunc ipſo iure confiſcatur res abſque ſententia
566 iuxta l.commiſſa,ff.de publican.† aut delictum non ſit circa rem,ſed extra,veluti cōmittendo homicidium, vel ſimilia ex quibus bona confiſcantur ex legis, vel decreti diſpoſitione,& tunc requiritur regulariter ſententia confiſcationis bonorum cum citatione peremptoria ſolemni, ita Conrad.dict.ſua Praxi, §. 3. de publicat.bono-
567 rum numero 16.ad finem, † niſi in lege,vel decreto adſint verba præſentis temporis, mox,vel incontinenti, vel ſimilia, quæ important clauſulam,ipſo iure,ita Io.Anibal. in l.poſt contractum,num.225.ff. de donat. vt latè notatum de his verbis importantibus clauſulam, ipſo iure, capitul. primo, in verbo, ipſo facto, volum.1.ſtatutorum, quia tunc non requiritur ſententia confi-
568 ſcationis, † idem ſi adſint verba præteriti temporis,ſit priuatus,vt per Bartolum, ibi latè, confirmat declarando diſtinctionem Bartoli Caſſan. dict. conſuetud. Burgund. rubr.ſecunda, §.1. in textu le confiſque le biens, num.1. verſic. intellige quod bona, ampliando, vt per eum, vt etiam verba futuri temporis geminata importent clauſulam confiſcationis ipſo iure, vt per eum
569 ibi, † ſed ſic eſt quòd ex hoc decreto imponitur pœna confiſcationis bonorum ipſo iure, etiam per verba geminata, & prægnātia,vt videre licet ex verbis ſequentib. ideo non requiritur ſententia confiſcationis bonorum, licet requiratur ſententia declaratoria ſuper criminis facto, & qualitate,quæ nil de nouo inducit,ſed retrotrahitur ad tempus delicti, vt infra dicetur, in verbo ſequenti,ipſo iure,vbi etiam decē,& nouem principales effectus,& vtilitates notabuntur,an cōfiſcatio fiat ipſo iure, vel requiratur ſententia,prout regulariter, & in dubio requiritur de iure communi,per diſtinctionem illā Bartoli dict. l. Imperator,
570 cum ſit delictum extra rem.† Vbi autem requiritur ſn̄ia cōfiſcationis bonorum,ea debet fieri æq;.principaliter per copulā, vna cū cōdēnatione corporali, alias ſi fieret acceſſoriè ad pęnam corporalē,ſi dānatus appellaret ab illa ſn̄ia, vbi pōt appellare iure cōi inſpecto, tunc ſi moreretur reus, ſicut

extingueretur crimen eius propter eius mortem, prout fit regulariter, & ſupra notatum latè tit. de accuſat. capitulo mortuorum, vt infra dicetur, in verbo, ſequēti. ita etiam extingueretur ſententia confiſcationis bonorū, ita not. Cœpolla conſ. 17. nume. 3. Angel. tract. de malef. verſic. & eius bona, num. 1. & 2. cum addit. Auguſtini ibi, qui hoc ſignanter declarat, idē Lancellot. Conradus Laudenſ. dict. capitulo, de bonorum confiſcatione, numero 15. Clar. ſua Praxi, §. finali, quæſtione 94. verſiculo ſed po-
571 ne: † & licet quando confiſcatio fit pro delicto, in quo imponitur pœna Confiſcationis bonorum de iure communi, ea ſententia confiſcationis trahitur ad bona alterius territorij, præcipue ſi territoria ſunt ſub eodem Principe, licet habeant diuerſos Officiales, qui repræſentant in hoc vnum fiſcum, iuxta diſtinctionem illam cōmunem, Bart. d. l. cūctos populos, quæſtione vltima, num. 51. vſque ad finem. C. de Sum. Trinit. & fidē cathol. ſupra relatam, in verbo, vbi-
a que ſita. *a* † Tamē illa ſententia cōfiſcatio-
572 nis non exequitur per officialem illam ferentem, ſed per alium illius Territorij, in quo ſunt ſita bona, declarat Alberic. tract. ſuper ſtatutis, lib. 3. quæſtione ſecunda. nu-
573 me. 11. † imò vbi requiritur ſententia confiſcationis bonorum omiſſa in ſententia hac, debent haberi pro omiſſis vti non expreſſa, cum ſit ſtricte intelligenda, vt in hac
574 ſpecie not. Dec. conſil. 445. num. 67. † quæ quidem odioſa eſt, vt tradit Roland. à Val-
575 le, conſil. 29. num. 16. vol. 3. † imò ſententia confiſcationis bonorum non tranſit in iudicatum, licet non ſit ab ea appellatum, ita Marſil. tract. bannitorum, verſ. confiſcata, num. 25. ad finem.
576 † Sententia vbi ſit ferenda ſuper confiſcatione bonorū, an ſit fienda confiſcatio, vel ne, in dubio iudicandum contra fiſcum eam non fiendam, ita not. Didac. Couar. tract. Variarum reſolut. lib. 1. cap. 16. nu. 1.
577 † Sententia confiſcationis bonorum, non nocet regulariter tertio non citato, prout etiam in alia ſententia regulariter, ita not. in hac ſpecie Socin. Senior conſil. 121. nu. 12. vol. 4. cum relatis per Auguſtinum ad Angelum tract. malefic. verſic. & eius bona
578 num. 22. † non noceret autem ſententia hæc confiſcationis bonorū tertio, in quem fuerit facta donatio abſque fraude, etiam intra Biennium à decreto, de quo ſupra notatum, ſi donator fuit ex contumacia ſola damnatus de aliquo crimine, vt not. Alciat. dict. l. poſt contractum, nu. 32. verſ. qua ratione. ff. de donat. idem Alciat. tract. præ-
579 ſumpt. Reg. 3. præſumpt. 22. num. 24. † Non noceret pariter tertio, in quem eſt facta donatio, vel alia alienatio, ſi reus fuiſſet ex ſola eius contumacia damnatus, cùm aliter de delicto non conſtaret, ita Alciat. d. loco, num. 33. declarando vt per eum ſignanter,
580 † tamen in aliquibus nocet tertio, prout ſignanter notat Bald. in l. iuris. C. quando res iudicata non nocet, quem extollit Auguſtinus d. verſic. & eius bona, nu. 22. Clar. in ſimili ſua Praxi. §. fin. quæſt. 86. verſiculo
581 ſed quæro, † ſententia tamen confiſcationis bonorum, habet executionem paratam contra hæredes condemnati abſque alia probatione, iuxta tradita per Angel. dicto verſic. & eius bona, num. 22. cum declarationibus, vt per eum, & Auguſt. ibi in ad-
582 dit. † Non traheret tamen ſecum executionem ſententia cōfiſcationis bonorum, nec etiam contra damnatum, ſi dictum eſſet bona publicanda, licet traheret, quando dictum, bona publicamus, ita Angel. dicto verſic. & eius bona. num. 26. cum addit. ibi Carerius dicta ſua Praxi. §. circa, in vltima
583 parte, num. 34. verſic. & aduertas, † bona, vel poſſeſſio, quæ ſunt penes tertium, impediunt publicationem in fiſcum, licet ius recuperandi poſſeſſionem tranſeat in fiſcū, ita Boſſ. titul. de proclamat. quod ſit bonis publicat. num. 10.

ADDITIO.

a Adde Cab. ill. reſolut. crim. caſu 138. Bertaz. conſ. 82. num. 6. & 56. lib. 1.

SVMMARIVM.

Ipſo iure clauſula, habet vim ſententiæ. numero 584. cum ſeq.

Sententia quæ non fertur, ſed habetur pro lata ipſo iure parit multiplices effectus. num. 586.

Sententia ipſo iure lata, trahit ſecum fructus. num. 587. cum ſeq.

Sententia licet ipſo iure habeatur latas requirit tamen declaratoriam. num 589.

Ipſo iure confiſcationem facta, ſtatim dominum acquiritur fiſco. num. 590.

Ipſo iure confiſcatio facta, requirit tamen incorporationem. num. 591.

Ipſo iure confiſcatio, non transfert poſſeſſionem, niſi apprehendatur. num. 592.

Sententia neceſſaria eſt ad amiſsionem dominij. numero 593.

Feudum abſque ſententia ex Conſt. Regni reuertitur ad dominum. num. 594.

Ipſo iure ſecuto delicto amittitur dominium per delinquentem, non poſſeſſio. num. 595.

Confiſcatus non amittit ius præſcribendi, niſi ſecuta incorporatione. num. 596.

Con-

Confiſcatio Mediolani trahit ſecum apprehenſionē, & incorporationem ex decreto num. 597.

Sententia facit, vt à die eius fiſcus habeat hypothecam in bonis confiſcatis ex communi. numero 598. & 599.

Hypotheca læſo per bannitum oritur à die commiſſi delicti. num. 600.

Banniti bona prius ad intereſſe læſi tenentur, quàm fiſco. num. 601.

Fiſcus in pœnis præfertur creditoribus ex delicto, non ex contractu. num. 602.

Creditor delinquentis dicitur etiam is cui debetur aliquid promiſſum ex cauſa talis delicti. nu. 603.

Fiſco Mediolani, ex die delicti oritur hypotheca. numero 604.

Hypotheca tacita fiſci in bonis delinquentis, facit vt poſſit reuocare alienata. num. 605.

Fiſcus habet hypothecam tacitam ex facto ſuo cum aliquo. num. 606.

Confiſcationis in ſententia condemnatoria non eſt neceſſe facere mentionem. num. 607.

Confiſcati ipſo iure bona non poſſunt retineri in conſcientia. num. 608.

Confiſcatio quæ fit ipſo iure afficit delinquentem etiā occultum. num. 609.

Confiſcatis ipſo iure bonis alienationes factæ bona etiam fide non tenent, niſi ſequeretur. num. 610.

Sententia abſolutoria. num. 611. cum ſeq.

Fiſco reuocante alienationes bona fide factas pretiū reſtituitur emptori. num. 613.

Alienationes factæ per delinquentem, vt ſatisfaciat aduocatis non reuocantur. num. 614. & 615.

Confiſcatio quæ non fit ipſo iure, non impedit teſtamenti factionem. num. 616.

Legitima debetur calculanda, iuxta tempus condemnationis, confiſcatis ipſo iure bonis. num. 617.

Confiſcatio quæ non fit ipſo iure, non impedit quin debitores poſſint delinquēti ſoluere cū ſeq. n. 618.

Confiſcatio vbi fit ipſo iure, etiam poſt mortem poteſt declarari ſententia. num. 620. & 621.

Auth. bona damnatorum eſt correcta per Decretum Nou. Conſt. Mediolani. num. 622.

Confiſcatis ipſo iure bonis, appellatio remouetur. num. 623.

Pœna ipſo iure appoſita, exigitur non obſtante deſuetudine. num. 624.

Ipſo iure ſuo iure priuatus, impeditur ab agendo. num. 625.

Ius tertij, an poſſit opponi ad impediendam pœnam ipſo iure inflictam. num. 626. cum ſeq.

Confiſcatio quæ non fit ipſo iure, facit vt ſubditi interim teneantur obedire domino reo. num. 628.

Pœna ipſo iure impoſita tranſit ad hæredes. nu. 629.

Pœna ipſo iure inflicta, non ligat ſubditum extra territorium. numero 630.

Præſcriptio impeditur pœnę, quæ ipſo iure imponitur. num. 631.

Pœna ipſo iure impoſita, expectat tantum declaratoriam ſuper crimine. num. 632.

Confiſcatis bonis, licet ipſo iure requiritur tamen declaratoria. num 633. cum ſeqq.

Notorium delictum requirit etiam ſententiam declaratoriam. num. 636.

Niſi ſit patens. numero 637.

Notorietatis tamen requiritur ſuper declaratio. numero 638.

Executio ſuſtinetur, probato poſtea notorio. nu. 639.

Declaratoria in delictis requiritur, vt conſtet de facto. num. 640.

Declaratoria facti, retrotrahitur ad tempus delicti. numero 641.

Declaratoria delicti, fit citata parte. num. 642.

Executio declaratoriæ fit parte non citata. nu. 643.

Ipſo iure pœna vbi imponitur, remouetur appellatio. num. 644.

Confiſcatio licet ipſo iure, non poteſt exequi mortuo ante condemnationem delinquente. num. 645.

Licet in crimine maieſtatis. num. 646.

Maximè pendente tēpore ad appellandum. nu. 647.

Pœna vbi imponitur ipſo iure poteſt contra defunctum fieri declaratio reſpectu bonorum. num. 648.

Pœna ipſo iure impoſita poteſt declarari contra hæredes. num. 649. cum ſeqq.

Confiſcari poſſunt bona confeſſi etiam poſt mortem iure communi. num. 651. 652.

Confiſcari non poſſunt bona confeſſi metu tormentorum. num. 653.

Confiſcari non poſſunt bona mortui ante condemnationem ex Decreto Mediolani. num. 654.

Confiſcari poſſunt bona poſt mortem, vbi poteſt memoria alicuius damnati. num. 655.

Et in crimine hæreſis. num. 656. cum ſeqq.

Hæretici Innocentiam poſt eius mortem probat hæres ad impediendam confiſcationem. num. 658.

Pœna applicatur fiſco, intelligitur ſi voluerit. numero 658.

Confiſcatis bonis ante poſſeſſionem per fiſcum ablatam, fructus ſunt poſſidentis. num. 659. cum ſeq.

Exceptio Decreti competit ijs in quorum fauorem fit. num. 661.

ccc Et ipſo iure, & facto.

HÆ clauſulę idem important, ita notatum capitulo primo, in verbo, ipſo facto, vol. 1. ſtatutorum, vbi notatum de ſimi-
584 libus verbis idem importantibus. † Hęc aūt
a verba inferunt, qđ nō requiratur aliqua. *a* Sen-

ADDITIO.

à Latiſſimè per Albam conſ. 117. vbi etiam in additionibus, & partem Curtij tuetur quod requiratur declaratoria. idem etiam tenet in conſil. 471. num. 1. & ſeq.

ſententia in confiſcatione bonorum, quæ
alias requireretur, vbi delictum committe-
retur extra rem, iuxta tradita per Alberic.
Tract. ſuper ſtatut. lib. 3. quæſt. 18. num. 10. cū
ſequen. Bar. in l. imperator. ff. de iure Fiſci,
relatus per Caſſan. d. conſuet. Burgun. rub.
2. § 1. in textu. Il confiſque le biens, num. 1.
verſ. intellige quod bona, & num. 2. & 3. &
585 notatum ſupra, verbo præcedenti, † Quod
vero clauſula, ipſo iure, importet vim latæ
ſententiæ in omni diſpoſitione, not. Brun.
ſuper conſtit. in verbo, bona, verſ. ſtatuto ca
uetur, Tiraquel. l. ſi vnquam, in verbo, reuer
tatur, num. 143. & 144. C. de reuocand. do-
nat. idem in his terminis Io. Annibal in l.
poſt contractum, num. 276. & 277. ff. de do-
586 natio. † Ex hoc autem quod non requi-
ratur ſententia condemnatoria, multi effe-
ctus, & vtilitates inſurgunt in iure nota-
tæ latè per Tiraquel. in l. ſi vnquam, in ver-
bo, reuertatur, numero 268. cum ſequen-
tibus pluribus, & etiam notatum dict. cap.
primo. in verbo, ipſo facto. vol. 1. ſtatuto-
587 rum, † in propoſito autem huius decreti,
quod bona confiſcantur ipſo iure, & non re
quiratur ſententia, inſurgunt hi effectus, &
vtilitates.
588 † Primus ꝙ fructus medio tēpore per-
cepti à die delicti ad ſentētiam, ſunt fiſci,
licet alias deberentur ſolum à die ſenten-
tiæ, demptis quibuſdam caſibus, ita not.
Angel. tract. malefic. dict. verſ. & eius bona,
num. 24. cum addit. Marſ. dict. tract. banni-
torum, verſ. confiſcatio, num. 20. Tiraquel.
dict. l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, num.
268. C. de reuocand. donat. Ploт. conſ. 30.
numer. 31. Gabriel ſuis communibus, tit. in
criminal. commun. 12. nu. 10. Soarez ſuis cō-
589 munibus, in verbo, fructus poſt, † quod ta-
men habet locum, ſecuta declaratoria ſu-
per crimine, prout infra dicetur, ita Afflic.
in conſtit. regni, rub. de pater. paterenorū,
num. 13. lib. 1. & rubr. 8. de probabili inſtru
men. num. 13. verſ. eſt ergo, lib. 3.
590 † Secundus principalis effectus, quia ſtā
te hac clauſula, ipſo iure, ſtatim dominium
bonorum confiſcatorum tranſit in fiſcum,
idem Io. Annibal l. poſt contractum, nume.
222. & 223. ff. de don. quod fieri poteſt per
legem vel ſtatutum, non per hominem, ita
Tiraquel. l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur,
591 num. 371. C. de reuocan. donat. † licet exe
cutio non poſſet fieri, nec poſſeſſio appre-
hendi, niſi ſecuta ſententia, & ſic ante ſen-
tentiam declaratoriam non incorporatur
fiſco, ita not. Bald. conſ. 358. numer. 4. vol. 1.
Barbat. conſ. vlt. vol. 1. idem Picus d. l. poſt
contractum, num. 73. ad finem, ff. de donat.
Syluan. conſ. 25. num. 34. verſ. per quæ ver-
ba Boſſ. ſua Praxi, tit. de crim. læſæ Maieſta
tis, num. 74. & 75. & tit. de ſenten. num. 49.
verſ. in homicidijs, idem Tiraquel. in l. ſi vn
quam, in verbo, reuertatur, num. 388. C. de
reuocand. donat. a † non etiam acquiritur
592 poſſeſſio poſt ſententiam, niſi apprehenda-
tur per fiſcum, vt not. Afflict. in Conſtit. Re
gni, rubr. 8. de probabili inſtrumento, nu.
13. verſ. cui addo, lib. 3. Boer. deciſ. 277. nu.
593 9. 10. & 12. † quando autem requiritur ſen
tentia non amittitur dominium, niſi ſecuta
ſententia etiam in crim. læſę Maieſtatis, ſe-
cundum veriorem, quicquid in cōtrarium
teneat Afflict. in Conſtit. Regni, rubr. 8. de
probat. per inſtrument. num. 14. verſ. ſecun
da concluſio. lib. 3. & Clar. ſua praxi. §. læſæ
Maieſt. verſ. præterea licet, ita Bart. in l. Im
perator, ad finem, ff. de iure fiſci, relatus per
Caſſaneum in conſuet. Burgund. rub. 2. §. 1.
in textu, le confiſque le biens, nu. 3. ad finē,
Boſſ. ſua Praxi. tit. de ſententijs, num. 48. &
tit. de fiſco, & eius priuil nu. 72. idem not.
Lancel. Conrad. d. ſua Praxi, d. §. 3. de publi
cat. Bonor. nu. 14. Gigas tract. de crim. læſæ
Maieſt. libr. 2. rubr. de pœnis commit. quęſt.
25. & quæſt. 5. num. 7. & lib. 3. rub. de pluri-
bus, & varijs quæſtionibus, quęſt. 15. nu. 16.
594 † limitando niſi aliter caueatur per decre
ta, prout in Conſtitutionibus Regni Nea-
polis, ex quibus cauetur, quod feudum re-
uertatur ad dominum abſque ſentētia, ita
not. Afflict. dict. Conſtit. Regni, rub. 21. de
accuſat. num. 4. & 5. lib. 2. Gigas d. quæſt. 5.
595 num. 10. † licet autem per clauſulam, ipſo
iure, amittatur ſolum dominium, & nō poſ
ſeſſio, habet tamen fortius, & plenius ius,
quam is, in quem non transfertur dominiū
ipſo iure, ita Tiraquel. dict. l. ſi vnquam, in
596 verbo, reuertatur, num. 379. † Quicquid ſit
ex quo non amittitur poſſeſſio per cōfiſca-
tum, res poteſt præſcribi, per tradita per
Tiraquel. d. verbo, reuertatur, numer. 390.
597 † Ex hoc tamen decreto ceſſant hæ conſi-
derationes, ex quo cenſetur facta incorpo
ratio, & apprehenſio, etiam quòd ea reali-
ter non fiat, quod eſt notandum, vt ex ver-
bis ſequentibus cauetur, vbi dicetur.
598 † Tertius principalis effectus inſurgit,
quia vbi requiritur ſententia, ab ea die tan
tum incipit hypotheca ad fauorem fiſci in
bonis confiſcatis, licet aliqui tenuerint nū
quam dari, vt not. Fulgoſius conſ. 173. nu.
3. quam dicit communem Salic. in l. ſi quis
poſt

ADDITIO.

a Adde Gram. deciſ. 15. nu. 8. capit. deciſ. 112. nu. 2.

poſt nu.6.C.de bonis præſcript.not.Nellus
tract.bannit.prima parte ſecũdi temporis,
quæſt.12.verſ.ſed meo iudicio, de qua di-
ſcutit, Boſſ.d.tit.de bonorum public.n.81.
& latius notatur p.Io.Annibal,in d.l. poſt
cõtractum,nu.303.cum ſequen. vſq; ad nu.
599 314.vbi quatuor opiniones recitat, † quod
autem habeat hypothecam à die ſẽtẽtię,
dicit communem Alex.conſ.75. num.3.ver
ſic.ſi ergo,vol. 4. Picus dict. l. poſt contra-
ctum,nu.33.& 83.ff. de donat. Caſſan. dict.
conſuetudinib.ſuis,rub.2.in princ.& §.1.in
textu,il confiſque,numer.4. Auguſt.ad An-
gelum, dict.verſic.& eius bona, numer.11.
quam pro communi refert Clar. dict. ſuis
communibus,in verbo, fiſcus an habeat, &
§.finali, quæſt.78.verſic.finali,& ita intelli-
gẽdus Brun.conſ.61.nu.3.verſ. Nec obſtat.
a *a* † Tamen reſpectu partis ob eius intereſ-
600 ſe, & damno oritur ſtatim hypotheca à
die delicti,ita not.Bal.in l.aduerſus, nu.4.
C.de furt.relatus per Ripam in l.quod iuſ-
ſit,numer.55.ad finem.ff.de re iudic.Fanus
tract. pignor. ſecunda parte princ. quarto
601 membro, num.234. † ideo præfertur pars
pro ſuo intereſſe, & damnis, etiam ex eo-
dem delicto fiſco, ex generali conſuetudi-
ne Franciæ,Ita Clar.not. quæſtio. 78. verſ.
602 vidi quandoque, ibi, in Francia,† inde in-
ferunt ſcribentes,quod Fiſcus in pœnis pe
cuniarijs præfertur creditoribus ex deli-
cto,non ex contractu, ita Picus dict.l.poſt
contractum, numer.83. vbi Ioan. Annibal.
num.311.& 312.& Alciat. num. 21. verſic.
ſed,& fiſcus.ff.de donat.Boſſ. ſua Praxi,tit.
de bonorum public.num.82.verſ.Et etiam,
& verſic.& circa,idem Clar.dict. quæſt.78.
verſic. vbi quandoque, & ſuis communi-
603 bus,in verbo, fiſcus præfertur, † creditor
etiam diceretur is cui eſſet per delinquen-
tem promiſſum certum quid,vbi ipſe offen
deretur, quia publicatis bonis illius, pro-
pter tale delictum, veluti homicidij, heres
eius præfertur fiſco in illa ſumma, ita Al-
ciat.dict.l.poſt contractum, verſic. ſed fin-
ge, dicitur autem fiſcus largo modo credi
tor ex delicto,ita Io.Annibal.dict.l.poſt cõ
604 tractum,nu. 356.ff.de donat. † in hoc autẽ
decreto, ex quo, ipſo iure bona, & domi-
nium eſſet,vt ſupra notatum publicãdum,
fiſco oritur hypoteca à die commiſſi deli-
605 cti, † quod idem eſſet vbi ſtatutum induce
ret, quod bona eſſent obligata pro pœna,
quia tunc etiam fiſcus habet tacitam hy-
pothecam, quæ ſeruiret ad reuocanda in-
terim alienata, vt not. Brun. ſuper Con-
606 ſtitut.in verbo,bona,verſic.finali, †, ex con
tractu autem facto cum fiſco inducitur ta-
cita hypotheca, abſque aliquo facto ſuo,
quod hypothecam reſpiciat, ita Marſ.tract.
bannit.in verbo,bona,num.82.
607 † Quartus effectus oritur,quãdo enim re-
quiritur ſententia,debet etiam ſpecificè iu
dex confiſcare bona, ſi autem fiat confiſca-
tio ipſo iure, non eſt neceſſaria expreſſio
confiſcationis bonorum, ſed ſolum ſufficit,
quod dicatur,talis eſt culpabilis pro deli-
cto, de quo in proceſſu, ita not. Afflict.in
dict.Conſtitut.regni,rubr.8. de inſtrumen-
to probabili,num.14.lib.3. tamen ſeruatur
per iudices in hoc dominio ad abundantẽ
cautelam, quod expreſsè in ſententia de-
claratoria confiſcent bona, maximè con-
tra damnatos abſentes, & contumaces.
b *b*.† Quintus effectus,& vtilitas oritur,quia
608 quando bona confiſcantur ipſo iure, non
poſſunt ea retineri in foro conſcientiæ per
confiſcatũ,licet alias poſſent, ita not. Boſſ.
tit.de pœnis,num.35,Caſſan. dict. conſuet.
Burgund.rubr.2.§.primo,in textu,& appar
tient,num.6.Corſet.Sing.pœna,il 14. idem
not.latè Tiraquel.d.§.ſi vnquam, in verbo
reuertatur,num. 291. cum tribus ſequenti-
bus.C.de reuocand.donat. Idem Bonacoſ.
quæſtionibus criminalibus,in verbo, pœna
verſic.ſi ſtatutum imponat, Gallia in con-
ſuetud.Alex.in verbo,pœna,verſic.ſi ſtatu-
tum imponat, Gallia in conſuet. Alexand,
in verbo,non poſſit,quæſtione 14.num. 33.
de quo tamen valde dubitat, non ſecuta iu
dicis declaratoria Gomeſ.tract.de delictis
capitulo 14.de confiſcat.num. 3. verſic.ſe-
cundo limita.
609 † Vnde ſextus inſurgit effectus,quod affi
ciat delinquentem etiam occultum,ita Ti-
raquel.in d.l.ſi vnquam,in verbo, reuerta-
tur,numero 295.C.de reuocand. donat.
610 † Sep timus inſurgit effectus is, quando
confiſcantur bona ipſo iure, tunc aliena-
tiones factæ poſt delictum, etiam bona fi-
de,non tenerent, licet alias tenerent,& ita
cauetur in ordinibus antiquis relatis per
Boſſ.dict.tit. de bonorum publicat. nu. 76.
idem not.Bald.conſ.358. nu.4. vol. primo,
Barbat. conſ. vltimo, vol. primo Syluanus
conſil.25.nu.34.verſic. per qua verba, vol.
1.Angel.dict.tract.malefic.verſ.& eius bo-
na num.39.verſic. ſecus quando; idem Ti-
raquel.

ADDITIONES.

a Adde Euerar.conſ.194.& Alciat.in l. poſt contra-
ctum ff.de donat.Farin.de delict.& pœn.q.25.num.
196.& ſeq.Bertaz.conſ.163.lib.1.

b Adde eundem Afflict, in conſtit. paterep. nu.76.

raquel in l.ſi vnquam,in verbo, reuertatur nu.34.cum ſequent.Conrad.d. ſua Praxi,§. 3.de publicat.bonorum,numer. 14.verſ. limitatur tamen, Gigas tract. de crim. læſæ Maieſtatis, lib. 2. rubr. de pœnis committent.quæſtione 24.num.primo,maximè nu. 3.ad finem,idem Clar.§.fina. quæſtione 78. verſic.cęterum,Plot.conſ.30. num. 31. ver-
611 ſiculo ſecundo. † quod tamen habet locum ſi ſequatur ſententia contra perſonam,etiam reſpectu bonorum viuente delinquente, etiam ſtante hoc decreto, alias poſt mortem non teneret alienatio,vt not. Picus dict.l.poſt contractum,nume.7. Boſſ. dict.numero 76. verſicul. requiritur tamen, idem Plot. conſil. 30. numer. 71. & infra
612 dicetur. † Secundo limitatur niſi bona fides oriretur ex publico, ex ſententia ſcilicet abſolutoria ſecuta, licet dein poſt abſolutoriam eſſet delictum detectum, quia alienationes medio tempore factæ tenerent, cum etiam ſententię in criminalibus tranſeant in iudicatum ex decreto in capitulo à ſententia, ſupra tit.de accuſat.& ita iudicatum per Illuſt. Magiſtratum, refert Boſſ.dict.tit.de bonorum publicatio. num.
613 76.verſ.ſecundo intellige. † tertio declaratur teneri fiſcum ad pretium, vbi illud fit in bonis damnati, vel verſum ad eius vtilitem, ita Auguſtinus, ad Angelum d. tract. malefic.verſ. & eius bona, num. 39. verſic. tu autem, ibi,ſecus quando, Boſſ. dict. tit. de bonorum publicat.nume.76. verſic.tertio intellige, declarãdo vt per eũ,an alienatio ſit facta ante delictum in fraudem, vel
614 ne, † Quarto declaratur non infringi alienationem,quando eſſet facta ex neceſsitate pro defenſione eius perſonæ in parandis aduocatis, & ſcripturis ad hoc,vt not. Boſſ.dict.tit.de bonorum publicatio. num. 76.verſ. quarto intellige, Gigas dict. rubr. de pœnis comittent. quæſtione 24. nume.
615 3. ad finem, † non autem pro alijs neceſsitatibus, veluti dotis,vt not. Picus d. l.poſt contractum,num.74.& 75.

616 † Octauus etiam ex hoc effectus inſurgit, quòd vbi bona ſunt confiſcata ipſo iure, de eis non poteſt teſtari delinquens, licet alias vbi requiritur ſententia poſſit teſtari, Ita notat Bald.conſ.358.num.4.vol.primo, idem Tiraquel.dict.l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur,num.331.C. de reuocand.donatio.Syluanus d.conſ. 25.num. 34. verſ. per quæ verba,vol.1.

617 † Nonus ex hac clauſula effectus prouenit principaliter, quia ſi confiſcantur ipſo iure, legitima filijs debetur, quæ ex bonis publicatis reſeruatur ſecundũ tempus ſententiæ & condemnationis in ea calculanda, & facultates delinquentis, ita Boſſ. d.
618 tit.de bonorum publicat. num. 10. † Quia etiam tempore delicti confiſcantur bona, & eorum dominium per hęc verba, ipſo iure, vt ſupra notatum in ſecundo effectu, & etiam hypotheca oritur ad fauorem fiſci dicto tempore, vt ſupra notatum in tertio effectu.

619 † Ex hoc ſequitur etiam decimus effectus, quod vbi ipſo iure, quis eſt priuatus bonis per delictum, tamen debitores non poſſunt ſoluere damnato, alias ſi ſententia requireretur,poſſent tutè ſoluere,& liberarentur,ita Tiraquel. l.ſi vnquam, in verbo reuertatur, numero 365. C. de reuocand. donatio.

620 † Vndecimus effectus ex hac clauſula prouenit,vbi ipſo iure fit confiſcatio, quia poteſt fieri declaratoria reſpectu bonorũ, etiam mortuo delinqnente, licet non poſſet fieri quoad perſonam, ex quo afficit hæredes,ita not.Tiraq.dict.l.ſi vnquã, in verbo reuertatur, numero 296. cum ſequent.
621 † qui effectus ceſſat per verba decreti huius,vbi condemnati erunt, vt ſignanter docet Plot.dict.conſ.30.num.31.verſ. 3.quod & numero 32.

622 † Duodecimus effectus colligitur ex hac clauſula in his terminis confiſcationis, qđ cenſeretur correcta diſpoſitio d. authen. bona damnatorum, quæ ſolum habet locũ in criminibus, in quibus per ſententiam requirebatur confiſcatio bonorum,non autem in his, in quibus ſine ſententia confiſcabantur bona, ſecundum communem relatam ſupra in princ.& not.Plot.dict.conſ. 30.nu.31.verſ.quarto quia, verum per hoc decretum,& eius verba,non ſolum ſublata diſpoſitio dict.authen. bona damnatorum tacitè per hanc clauſulam, ipſo iure, ſed etiam expreſsè, vt patet.

623 † Decimus tertius effectus iſtius clauſulæ,ipſo iure,ille ſe offert,quia cenſetur per dictam clauſulam ſublata appellatio ſuper hac confiſcatione fienda, veluti à declaratoria,de qua dicetur,ita not.Plot.d.conſil. 31.nu.31.verſ.quinto quia,verum appellatio omnis expreſsè ſublata à cauſis criminalibus,in capitulo, à ſententia, tit.de accuſatio.

624 † Decimus quartus effectus inſurgit, qđ decretum,& pœna huius publicationis appoſita ipſo iure,exequi debet,etiam à ſubditis non acceptata,vel etiam ſi in deſuetudinem abijſſet,ita Tiraquel. d. l.ſi vnquam, in verbo reuertatur,nu.350.in priuileg. 24. C.de reuocand.donatio.

625 † Decimus quintus effectus & differentia oritur, quia quando quis ipſo iure, non priuatur bonis, ſed expectatur ſententia, non impeditur interim agere, & proſequi ius ſuum, ſecus ſi ipſo iure priuatur, quia tunc ei obſtat exceptio excluſiua iuris ipſius agentis, ita Tiraq. d. verbo reuertatur, num. 354. declarando, vt nu. 360.

626 † Decimus ſextus effectus ſequitur, vt licet nō poſſit opponi de iure tertij, vbi ſententia requiritur ad priuationem iuris illius, tamen non ita eſt, quando ipſo iure quis priuatur, ita notat Tiraquel. d. verbo,

627 reuertatur, numer. 356. & 357. † Quod non procedit vbi effectus priuationis conſiſteret in voluntate tertij, vt ibi per Tiraq. nu. 358. & 359. Vel ſecuta ſententia declaratoria ſuper hoc, alias non, ibi Tiraquel. nu. 360. & cum alijs declarationibus, vt ibi, nu. 361. vſque ad nu. 365.

628 † Decimus ſeptimus effectus prouenit, quando confiſcatio non fit ipſo iure, ſed per ſententiam non poſſunt ſubditi ante ſententiam delinquentis domini obedientia ſe ſubducere, nec illius iura denegare teneatq; geſta interim ab eo, ita not. Tiraquel. dict. l. Si vnquam, in verbo reuertatur, numer. 366. priuilegio, 31. C. de reuocand. donation.

629 † Decimus octauus effectus ille ſe offert, quia quando pœna imponitur à lege, ipſo iure, tranſit ad hæredes, vt notat de mente Iaſonis Boſſ. tit. de pœnis, num. 34. verſ. & inter cæteros, & verſ. extra decreta, quia alias non tranſiret lite non conteſtata, niſi quatenus ad eos peruenit, ita Boſſ. d. loco, num. 34. in princ. & tit. de accuſat. num. 35. cum ſequent. Gomeſ. tract. de delictis, cap. 14. de confiſcat. bonorum, nu. 3. verſic. Vbi habetur.

630 † Decimus nonus effectus, & differentia inſurgit, quia vbi imponitur pœna ipſo iure, non ligat ſubditum extra territorium, ſecus ſi feratur ſententia, quia ligat abſentem ſubditum extra territorium, ita Tiraquel. l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 440. C. de reuocand. donat.

631 † Vigeſimus effectus, & vltimus inſurgit ex hac clauſula, ipſo iure, quia eā ſtante aliqua præſcriptio non currit contra fiſcum bonorum interim alienatorum, quinquennij ſcilicet, & vlterioris tēporis, quæ alias obſtaret, vt not. Boſſ. ſua Praxi, tit. de fiſco, & eius priuileg. num. 52. & 53. quæ expreſſè etiam ſublata, ex verbis decreti huius infra.

632 † Decretum hoc etiam quod confiſcet bona ipſo iure delinquentium, per quod ſupra concluſum non requiri aliquam ſententiam iudicis ſuper hac confiſcatione, tamen nō excludit ſententiā declaratoriā ſuper facto, & qualitate criminis, qua ſecuta fit executio per legem, dein per iudicem, ita in omni diſpoſitione, vbi ſit impoſita pœna ipſo iure, per textum, C. cum ſecundum, de accuſat. in ſexto, not. prattic. in forma libelli, in cauſſa ſpoliat. poſſeſſio, in verſic. ipſo facto, cum addit. Manſuerij, ibi, in verbo, pronuntietur, Alex. l. ſi quis minor, ad finem, C. de tranſactionibus, Felin. in capit. 2. num. 2. de ſponſal. Dec. conſil. 327. numero 6. verſiculo, nec videtur, Afflict. in Conſtit. Regni, rub. 2. de patarenis patarenorum, nu. 13. lib. 1. Iaſ. conſ. 45. col. vlt. circa finem, vol. 3. Grammat. deciſ. 15. num. 9. capit. deciſ. 114. num. 2. Rebuff. tract. concordat, §. monemus, in verbo, declaramus, Cur. iun. cōſ. 35. ad fi. & conſ. 59. nu. 8. Marſ. ſua Praxi, §. aggredior, nu. 109. & ſequen. & & num. 114. limitando, numer. 125. cum ſequent. Boſſ. ſua Praxi, tit. de ſenten. numer. 47. verſ. & ideò Bartolus, & verſ. eſt de mente Felini, Tiraq. §. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, num. 400. limitando quatuor modis, numeris ſequentibus, C. de reuocand. donat. Petrus Rauennas ſing. 557. Diaz Reg. 543. Pena, Soc. tract. de citat. art. 7. num. 35. Menoch. conſ. 132. num. 18. vol. 2. Burſatus conſil. 77. numer. 22. volumin. 2. Hippolitus Bonacoſſa, in quæſt. criminal. in verbo, ipſo iure, verſic. & ſi bannitus, & in verbo, confiſcatio, verſ. ſtatutum quando, Plot. conſ. 30. nu. 6. & conſ. roma. 7. verſ. tamen poſt, Crauetta conſ. 239. nu. 2. verſ. vbi quando, Gabriel ſuis communib. tit. in criminalib. concluſ. 12. limitando, vt per eum, decem modis, Oſaſ. deciſ. 5. numero 4. verſ. nec vi-
633 dendum, † quæ tanto magis requiritur in hoc decreto per verba illa, condēnati erūt, vt in hac ſpecie not. Plot. conſ. 30. num. 31.
634 & 32. † quod autem requiratur declaratoria in terminis huius decreti, in quo confiſcantur bona ipſo iure, etiam in crimine læſæ Maieſt. not. Boſſ. ſua Praxi, tit. de crim. læſæ Maieſtatis, nu. 75. & tit. de pęnis, verſ.
635 & verum, † Quæ magis requiritur vbi factum reuocetur in dubium, ita not. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 20. C. de reuocand. donat. verſic. adde tamen, & tractetur de damno inferendo, ita paces a Scala de conſilio Sapient. capitul. 2. lib. 4.
636 † Quæ etiam requiritur in notorijs, vt no. Marſ. dict. §. aggredior, num. 133. Menoch.
637 conſil. 132. num. 18. vol. 2. † niſi ſit notoriū inexcuſabile, & patens, Gabriel tit. de cri-
638 minal. concluſ. 12. num. 2. & num. 5. † licet

ferenda ſit ſententia ſuper notorietate, ibi
num.6.Burſat.conſ.74.num.28.vol. primo,
639 † Tamen ſuſtinetur executio non probato
notorio,vbi de eo non ſit dubium.Gabriel
640 concluſ.12.num.7.& 8. † quæ quidem de-
claratoria non fit,vt delinquens incidat in
pœnam,quam iam incurrit ſtatim commiſ-
ſo delicto,vt ſupra notatum , ſed vt de fa-
cto conſtet,ita not.Menoch. conſ. 99.num.
641 171.vol.primo. † Et ea declaratoria nil de
nouo inducit, ſed factum declarat,& retro
trahitur ad tempus delicti , vt latè notatũ
642 ſupra,in verbo, fiſco. † Quæ etiam decla-
ratoria debet fieri citata parte,not. Socin.
dict.tract.de citationibus,art. 7.num.35.re
latiuè Boſſ.tit.de ſenten.numero 53. & tit.
de fiſco,& eius priuileg. numero 73. Tira-
quel.dict.verbo reuertatur, num. 404.alle-
gando Felynum,Diaz reg.675. ſententia à
qua,limitando ſex modis , Tiraquel. tract.
res inter alios acta,limitatione 24. Gabriel
ſuis communibus tit.de citat. numer. 164.
Plot.conſil.30.nu.7.& 61. Burſat. conſ. 77.
643 num.12.vol.primo,† licet ad executionem
eius dein non requiratur citatio,ita Socin.
d.art.7.num.66.verſ.decimo quarto, ſequi
tur Marſ.dict.§.aggredior,numer.120.Ga-
briel d.tit.de citatio.concluſio. prima, nu.
644 364. † Stante hac pro vera, & communi o-
pinione, quòd requiratur ſententia decla-
ratoria ſuper facto,& ſuper crimine,maxi-
me ſtantib. illis verbis decreti , condẽnati
erunt, ea lata,ſtatim fit executio,non expe
ctato tempore, ad appellandum,vbi poſſet
alias appellari,ita not.per hanc clauſulam,
ipſo iure,Tiraq.not.dict.l.ſi vnquam,in ver
bo, reuertatur,numer.426.C.de reuocand.
645 donat. † infertur tamẽ per doctores quòd
ſi ante condemnationem,& declarationem
hanc moriatur delinquens , & imputatus ,
quòd effectum confiſcatio non ſortiatur,
nec ea poſſit fieri poſt mortem delinquen-
tis,ita not.Corne.conſ.195.numer.8.& 11.
vol. 2.Iaſ.conſ.46.circa finem, vol. 3.Curt.
Sen.conſ.59.num.5.Boſſ.ſua Praxi. titul.de
ſenten.num.48.& 49.& tit. de accuſat. nu-
mero 34.& tit.de pœnis, num.34.verſic.eſt
646 verum , † idem in fortioribus terminis in
crimin.læſæ Maieſtat. notat Boſſ. d. tit. de
crimine læſę Maieſtatis,num.76.Plot.conſ.
30.num.32.& conſ.10.num. 7.verſ. quia ſtã
te,Clar.ſua Praxi,§.finali,quæſtione 51.ver
ſic.ſcias,vbi dicit ſic ſeruari per Senatum ,
quicquid in iure cõtrouertatur,Idem Bur-
ſat.conſ.58.num.1.& 2.& conſ.77. num.20.
declarando nu.21.vol.1. Bonac.in quæſtio.
647 crim.in verbo,confiſcatio,in prin.† Amplia
tur hoc habere locum etiam ſi moriatur
delinquens poſt ſententiam, & declaratio
nem hanc factam , pendente tempore ad
appellãdum,quia habetur,ac ſi apellaſſet ,
vbi poſſet appellari,quod vetitum , per de
cretum ſupra, tit.de accuſatio. capitulo, à
ſententia,& per clauſulam hanc, ipſo iure,
vt ſupra notatum,Ita Boſſ.tit.de pœnis nu.
34.verſ.Nam ſi ante ſententiam , Marſ. tra-
ctat.bannit.in verbo , mortui numero 106.
Clar.d.ſua Praxi,§.finali, quæſt. 78. verſ. ſi
vero,& quæſtione 94.verſ. ſed pone,decla-
648 rando, vt per eum. † Limitatur tamen hæc
concluſio etiam iure communi inſpecto ,
quòd poſſint confiſcari bona etiã poſt mor
tem delinquentis , quando adeſt in decre-
to pœna bonorum confiſcationis , ipſo iu-
re irrogata , prout in caſu noſtri decreti ,
quia tunc poteſt fieri declaratio contra de
functum reſpectu bonorum, licet aliqui cõ
trarium ſentiant,vt not.Menoch. dict.con-
649 ſil.99.num.172.vol. primo. † Nam vbi pœ-
na imponitur ipſo iure,tunc poterit decla
rari pro hæredibus,& contra hæredes , ita
Gabriel cit.in criminal. concluſio. 7. num.
650 16.cum duobus ſequentibus , † alias autẽ
quando pœna tranſeat contra hæredes ,
not. Boſſ.tit.de accuſat.numer.35. cum ſe-
quent.& tit.de pœnis,numer.34. in princi-
pio,& verſ.extra decretum , verum in caſu
huius decreti obſtant verba illa, in princi-
pio , condemnati erunt , quibus ſtantibus
non poteſt ſequi contra perſonam, eo mor
tuo,vt ſupra latè notatum , & tit. de accu-
ſat.capitulo,mortuorum,ideo debet etiam
bonorum confiſcatio ceſſare, vt etiam not.
Boſſ.dict.tit.de crim.læſæ Maieſtatis, num.
651 76. † ex quo etiam ceſſat alia limitatio quę
poſſet adduci ad hanc clauſulam , quando
quis eſt confeſſus delictum ; quia tunc iure
communi inſpecto, bona abſque ſententia
poſſent confiſcari , etiam poſt mortem de
linquentis, ita Angel.d. tract. malefic. ver-
ſic.& eius bona, num. 4. vbi Aug. in addit.
652 † declarando primo, id procedere,vbi cõ-
fiſcatio fieret ex iuris cõmunis diſpoſitio-
ne,non autem ſtatuti corrigentis ius com-
mune,vt not. Caſſan. dict. conſuetud. Bur-
gund.rub.ſecunda,§. primo , in textu , qui
653 confiſque le corps,numero primo, † Limi-
tando non procedere vbi quis eſſet con-
feſſus metu tormentorum , etiam ſi adeſ-
ſent aliqua indicia, ſi moriatur ante ratifi-
cationem, vel antequam condemnetur,vel
ſit confeſſus ficte ad formam ſtatutorum ;
654 vt not.Plot.dict.conſ.30,numer. 33. † nam
hæc concluſio,& limitatio principalis ceſ-
ſat ex verbis decreti huius per verba illa ,
condemnari erunt , cum non poſſit mortui

perſona cōdemnari, vt in his terminis not. etiam Boſſ. tit. de pœnis, num. 34. verſic. ſed pōderat Curtius, & verſ. quod decreto ſtā-
655 te, † poſſet tamen limitari ſignanter principalis concluſio, vt bona poſſint confiſcari poſt mortem delinquentis in caſibus, in quibus memoria defuncti poteſt damnari, quia tunc etiā bona poſſunt publicari poſt mortem delinquentium, cum à pari procedant, ita Boſſ. dict. tit. de crim. læſæ Maieſtatis, dict. nu. 76. & dict. tit. de ſentent. num. 48. & 49. Clar. dict. ſua Praxi, §. finali, quæſtione 51. verſ. ſcias, & verſic. in quibus tamen Menoch. dict. conſil. 99. num. 3. volum.
656 primo, † exemplificari poteſt in crim. læſæ Maieſtatis in primo capite, vt notatum dicto tit. de crim. læſæ Maieſtatis, capit. quicunq; in verbo, niſi in caſibus à iure expreſſis, & alijs notatis, tit. de accuſar. cap.
657 mortuorum, † idem in crimine hęreſis, vbi probetur per accuſatorem, vel fiſcū mortuum illum fuiſſe hęreticum, licet aliqui dicant probandam innocentiam per hęredē, ita not. Alberic. tract. ſuper ſtatut. lib. 3. quęſtione 20.
658 † Ex pœna confiſcationis ipſo iure, etiā ꝙ applicetur dominium bonorum horum confiſcatorum fiſco ſtatim, & ſecuta ſententia retrotrahatur ad tempus delicti, vt ſupra notatum, tamen hoc habet locum ſi fiſcus voluerit, & petierit, & non aliter, ita per hanc clauſulam, notat Bald. in l. non ſolum, la prima, num. 3. ff. de in integrum reſtitut. Bart. conſ. 81. Martinus, num. 6. & 7. Anchar. conſ. 141. latè Tiraquel. in ll. connubial. gloſ. 8. de Son Marij, quæſtione 10. num. 95. Tiraquel. in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, num. 10. vſque ad num. 16. C. de reuocand. donat. idem tract. le mort ſaiſit, ſecunda parte, declaratione prima, num. 3. vt in his terminis not. Alciat. conſ. 326. nu. 2. verſic. aliquid confiſcatiuum, Calcan. cōſil. 112. num. 4. Natta conſil. 472. num. 18. vol. 2. Anguiſola, in conſilijs ſuis, in materia poſſeſſoria, conſ. 15. num. 19. Burſat. conſil. 37. num. 16. verſ. non obſtat, & num. 17.
659 volum. primo. † Data etiam nullitate alienationis impoſita per decretum hoc, vt ibi per eum, Oſaſc. deciſ. 94. numer. 24. & 32.
660 † & licet interim confiſcata bona non poſſint alienari, cum dominium ſtatim ſit fiſco applicatum, tamen emptor in quem tranſlata eſt poſſeſſio, poteſt gaudere bonis, donec fiſcus declarauerit hanc ſuam voluntatem, ita Bald. in l. non ſolum, ad finem. ff. de in integrum reſtitut. & notatum latè in ſimili ſupra, tit. de pœnis, capitulo collegijs, in verbo, non valeant. † idem in ſimili
661 quod illi, in quorum fauorem ſit factum decretum aliquod, poſſint de illo opponere, non alij, not. Caſtr. conſ. 91. num. 5. verſic. 2. vol. 1. & conſ. 119. num. 2. vol. 2. Aret. conſ. 33. num. 6. Anchar. dict. conſ. 441. dec. conſ. 604. num. 4. Socin. Sen. conſ. 78. num. 8. vol. 4. Tiraquel. dict. ll. connubial. gloſ. 8. de Son Marij, quæſt. 10. num. 95. Rebuff. tract. de reſcript. in Præfation. nu. 97. Socin. iun. conſ. 130. nu. 10. vol. 3. Menoch. conſ. 39. nu. 29. & 30. vol. 1. Rimin. iun. conſ 65. nu. 40. vol. 1. & conſ. 224. nu. 38. vol. 2. Lamber. ad ſtatut. de alienat. mulier. ad finem, quæſtione 49. nu. 164. Oſaſc. deciſ. 29. num. 12. Brun. conſ. 12. num. 48. vol. primo, quem refert Bonacoſſa ſuis communibus, in verbo, pœna nunquam, verum ſtantibus decreti verbis ſequentibus incorporante bona confiſcata fiſco, vtrum fiſcus eo caſu poſſit ea repudiare, vt conſequatur aliquam pœnam pecuniariam, in qua prius fuerat cōdemnatus, ille delinquens, dicetur infra, dicto verbo, incorporata, vbi firmatur non poſſe, & ſic iudicatum per Senatum.

SVMMARIVM.

Publicatio differt à confiſcatione. num 662.
Confiſcatio eget publicatione. num. 663.

d d d Publicata.

662 PVblicatio, † & confiſcatio, licet videantur idem, & his duobus confusè vtantur Legiſtæ, tamen aliqualiter differunt, qa publicatio eſt paulo pinguior confiſcatio-
663 ne, & plura complectitur. † Nam licet multis modis dicatur confiſcari, tamen res cōfiſcata, aliqua publicatione vt puta quadā examinatione per notarium eget, ita declarat Caſſan. ſuis conſuetud. rub. ſecunda, des confiſcatione, in princ. numero primo,
a & num. 13. a

ADDITIO.

a Publicationis multiplex eſt effectus, vt per ſcrib. in d. auth. bona damnatorum & inter cæteros, iudicium inchoatum contra condemnatum expirat facta publicatione. Item publicatio bonorum de iure nō venit niſi expreſsè fiat Vincen. de Frā. deciſ. 213. num. 19. Quid ſibi vult clauſula hæc ipſo iure publicata. Gomez. de delict. numer. 80. & & ſeq. Farinac. de inquiſit. quæſt. 11. verſ. & in omnem euentum poſt num. 102. alios effectus ponit Peregr. de iure fiſci lib. 5. num. 48. & ſeq.

SVMMARIVM.

Incorporatio eſt executio, & declaratio nu. 664.
Incorporatio Mediolani fit ſtatim ſecuto delicto. 665.

Incor-

Incorporatio non præiudicat poſſeſſori niſi ſecuta declaratoria. num.666.

Incorporatio bonorum per fiſcum olim non fiebat niſi poſt ſententiam 667.& 668.cum ſeq.

Damnandorum bona adminiſtrantur per reum donec ſequatur declaratoria præter in num. 670.

Hæreſis crimine & alijs quibuſdam caſib.nú. 671.

Incorporatio bonorum, quæ fit Mediolani, facit ne inquiſitus gaudeat interim bonis.num.672.

Incorporatio bonorum ex decreto Mediolani exequitur contra hæredes prius damnati, num. 673.

Incorporatio ſine communi non fit, niſi ſequatur apprehenſio.num.674.

Incorporatio hæc quæ fit ipſo iure, fit etiam inuito fiſco.num 675.

Etiam non factis cridis.num.676.

ccc Incorporata.

664 INcorporatio † autem eſt quædam facti
executio, & declaratio, quod bona ad
fiſcum pertineant, quæ fit per deſcriptio-
nem bonorum confiſcatorum ab habente
ad hoc auctoritatem, vt not. Bart.in l.pri-
ma, §.eligitur, ff.de vend.in poſſeſſ.mittẽd.
& in l.finali, numero 8.& 9.Io. de Platea, in
l.ſi quando, num.2.& 3.C. de bonis vacant.
lib.10. latè declarat Caſſan. dict. conſuet.
Burgund.rubr.ſecunda, des confiſcatione,
665 in princ. num. 14. † Et in hoc dominio fit
ſtatim commiſſo delicto, vt cauetur ſupra,
tit.de offic.Quæſt.Extraord. capitulo exe-
cutio, & per notarium actuarium Magiſtra
tus aliquando adhibito Fiſcali, vbi de ma-
xima cauſa agatur, de quo not. Caſſan.dict.
666 rubr.2.in princip.nume. 14. † quæ quidem
deſcriptio, & incorporatio fit iure ſuaden
te ſtatim commiſſo delicto, ex quo ex hoc
decreto ſtatim a die delicti bona delinquẽ
tis ipſo iure confiſcantur, & publicantur,
667 & incorporantur, † alias de iure communi
incorporatio hæc non fiebat, niſi poſt ſen-
tentiam, & declarationem, de qua not.Bar.
in l.ſi vacantia, numero 8. & 9. C. de bonis
vacantibus.lib.10. Tiraquel. tract. le mort
ſaiſit, ſecunda parte, declaratione 14. num.
668 23.Boer.deciſ. 277. num. 12. † licet autem
per incorporationem hanc fiãt bona fiſci,
vt not.Caſſan.d.rubr.ſecunda, §.primo, in
textu confiſque le biens, nu. 3. verſ.& ideo
669 talia bona. † tamen non parit præiudiciũ
poſſeſſori, donec ſequatur ſententia decla
ratoria, de qua ſupra late notatum ad fauo
rem fiſci, vt in hac ſpecie not. Boſſ. titul.de
proclamat.quod fit bonis publicat.numer.
8.9.& tit.de pœnis, num.34. verſ. ſed pon-
670 derat Curtius, † cum etiam pendente ac-
cuſatione, vel ſententia illa declaratoria,
non interdicatur adminiſtratio bonorum
confiſcatorum reo, ex iuris diſpoſitione,
etiam quòd quis ſit deprehenſus in crimi-
ne, niſi aliud concurrat requiſitum, quod
ſe interfecerit, ita not.Ioã. Annibal, l. poſt
671 contractum, num.285. ff. de donat. † dem-
pto caſu crimine læſæ Maieſtat. & hæreſis,
& alijs quibuſdam, ita not. Angel.ſuo tra-
ctat.malefic.verſ.& eius bona, num.39. Pi-
cus dict.l.poſt contractum, num.72.vbi Io.
Annibal, numer. 280. limitando in vno ca-
ſu, vt per eum, ff.de donat. Afflict. in Con-
ſtit.Regni, rubr.ſecunda, Pataren.Patareno
rum, n.13.lib.1.Boer. ſua deciſ. 277. nu. 13.
Boſſ.tit.de crimine læſæ Maieſtatis, nu.73.
Clar. dict.§.finali, quæſtione 78. verſiculo
cæterum, ibi, interdicitur autem, Alciat.d.
l.poſt contractum, num.1.ff.de donat.& de
his caſibus exceptis, notatum ſupra tit. de
crimine læſæ Maieſtatis, capit.quicunque,
672 in verbo, ipſo iure, † tamen per hanc in-
corporationem tollitur, ne delinquens poſ
ſit vti bonis illis, quod alias licebat, donec
fiſcus declaraſſet, vt not. Bald. in l. non ſo-
lum, ad finem, num. 3. ff.de in integrum re-
ſtit.quod cauetur dict.capitulo. Executio,
ex quo ſequeſtrantur fructus pœnes com-
673 munia, vt ibi, † operatur vlterius hæc in-
corporatio, vt lata ſententia declaratoria
poſſit exequi contra hæredes damnati, de
quo latè per Nellum ſecunda parte, tertij
674 temporis, quæſtione 8. † quæ quidem in-
corporatio iuri communi inſpecto, non po
teſt fieri, niſi ſequatur apprehenſio, vt not.
Angel.dict.verſ.& eius bona, num. 15.verſ.
ſed non, verum ex verbis ſequentibus hu-
ius decreti habentur pro incorporatis, &
apprehenſis, licet nõ ſint apprehenſa, quod
eſt ſingulare, & præcipuum.
675 † Incorporatione hac ſtante ex hoc de-
creto vtrum prohibeatur fiſcus repudiare
hanc confiſcationem, & petere in bonis dã
nati aliquam præcedentem condemnatio-
nem, ſeu mulctam magis ei vtilem, ne te-
neatur æri alieno, vel oneri legatorum, &
fideicommiſſariorum, vt ſupra notatum, di-
ſputatum fuit in Senatu pluries, & tandem
dictum, prohiberi ſtantibus verbis huius
decreti prægnantibus, & præcipuè ex quo
bona incorporantur fiſco ipſo iure, licet
alias inuito fiſco non acquirerentur, iuxta
tradita per Bald.dict.l.nõ ſolum, la prima,
ad finem, ff.de in integrum reſtitut. idẽ Bar
676 tol.conſ.81.Martinus Franciſci, nu.7. † &
ita ſancitum per Senatũ in approbatione
gratiæ cuiuſdam Modoetienſis, anno 1555.
die ſecunda Februarij, die autem prima Se-
ptembris, 1560. dictum fuit habere locum
illam

giſtratus bona ad Cridas poſuiſſet, iuxta decretum ſupra tit.de offic. Quæſt. Extraord.quilibet prætendens,ſed quod habeat locum etiã ſi non poſuerit bona ad cridas, ex quo bona incorporantur ipſo iure, & etiam fiſco acquirũtur ſine additione iure communi etiam inſpecto,vt infra dicetur, in verbo,& confiſcata fiſcò, ita iudicatum per Senatum,per literas ad Magiſtratũ die 16.Octobris,1564.penes D.Septalam. a

ADDITIO.

a Adde Bar.in l.1.§.an bona. ff. de iure fiſci & in re pet.l.1.num.7.ff.de procur.cæſ.

SVMMARIVM.

Confiſcatio eſt generalis auctio omniũ bonorũ. 677.
Confiſcatio eſt quaſi cum fiſco aſſociatio.num.678.
Conficationũ altera ordinaria altera extraord. 679.
Confiſcatio ordinaria fit per habentem merum imperium num.680.
Confiſcationem extra ordinem facit ſolus princeps num.681.
Confiſcatis bonis fiſco,non requiritur agnitio,nec additio.num.682.
Auth bona damnatorum,defert bona ibi vocatis, ſine agnitione.num.683.
Incorporatio ex decreto Mediolani facit vt acquiratur fiſco inuito.num 684.
Fiſcus in omnibus vtitur iure priuati.num. 685.
Confiſcatus poſt damnationem admiſſus ad nouã defenſionem,an recuperet bona num.686.
Confiſcatio non reuocatur,damnato admiſſo ad nouam defenſionem iam mortuo. num. 687.
Condemnatus, admiſſus ad nouas defenſiones intra annum recuperat bona.num.688.

fff Et confiſcata.

677 Confiſcatio autem eſt vniuerſalis auctio omnium bonorum, vel alicuius quotæ partis,ita Caſſan. in conſuetud. Bur
678 gund.rubr.2.in prin.nu.1. † Et dicitur con fiſcatio quaſi cum fiſco aſſociatio, vt not. Caſſan.dict.loco, nu. 5.ꝙ autem differat à publicatione,notatum ſupra, in verbo,publicata, & dictum pinguiorem eſſe quam confiſcationem.
679 † Confiſcationum altera ordinaria,altera vero extraordinaria,ita not.Oldrad.cõſil.17.numero 10.Cæpolla conſil. 17.numero 24.Conradus Laud.dict. §.3. de public.
680 bonorum,numero 1.Boer.deciſ.264. † ordinaria autem in caſibus à ſtatuto, vel con ſuetudine permiſsis,fit per quemcunq; iudicem habentem merum Imperium ratione territorij, non per alium, ex quo confiſcatio fit ratione iuriſdictionis, & iuriſdi-
681 ctio territorio adhæret, † extraordinariã autem ſolus princeps facit, vel Iudices ſummam iuriſdictionem habentes,non inferiores ſine iuſſu Principis,ita Alberic.tractat.ſuper ſtatut.lib.3.quæſt.18.n.8.& 9.
682 † Fiſco vbi bona confiſcantur,non requiritur aditio,nec agnitio,nam quando deferuntur fiiſco alio iure, quam hæreditario, veluti ſi ex delicto confiſcentur, prout hic cauetur, acquiruntur fiſco ſine aditione, ita Bartol.conſ.157.num.2.& in l.prima, ſecunda lect.num.7.ff.de offi.Procura. Cęſar. idem Bart.in l.1.num.8.C. de bonis vacan. lib.10.Cumanus conſil. 32. numer. 2. Boſſ. ſua Praxi, titul.de bonorum publicat. numer.25.verſic.addo etiam,& tit.de proclamat. quod fit bonis public. numer. 6.verſ. ſed ſi ob delictum, faciunt latè tradita per Phanuc.tract.de lucro dotis, in verbo, ſu-
683 peruiuente marito,nu.8.& 9. † quod idem in eo ꝙ defertur ex authentica bona damnatorum,perſonis ibi nominatis, vt acquiratur ſine agnitione,ita Bartol. dict.conſi-
684 ſilio 157. numero 3. & 4. & 7. † tamen vbi non adeſſet incorporatio ex hoc decreto,fiſco inuito non acquirerentur bona, vt not.Bald.in l.nõ ſolum,la prima, ad finem, ff.de in integrum reſtitut. & ſupra fuit notatum.
685 † Fiſcus cui bona ſunt cõfiſcata, vel alio iure habet,vtitur in omnibus iure priuati, ita Caſſan.in conſuetud. Burgund. rubr. 2. des confiſcat.num.9.verſ. & aduerte.
686 † Confiſcatis bonis alicuius, ſi is fuerit admiſſus ad nouas defenſiones poſt condemnationem,an recuperet bona confiſcata diſtinguit,Clar.dict.§. finali, quæſtione 44.verſiculo dixi quòd,verſiculo ſed ſi qđ.
687 † Quicquid ſit in hoc ducatu ſeruatur quod bona deſcripta remanẽt penes fiſcũ, nec relaxantur reo,niſi purgato crimine,& condemnatione, per contrariam ſententiã ſecutam, & pendente proceſſu nouarum defenſionum, ſi decedat ex informatione poſitus ad nouas defenſiones, firma remanet bonorum confiſcatio, nulla habita ratione probationum factarum, neq; earum, quas hæredes eius facere vellent ad demõſtrandam innocentiam, & ita iudicatum p Senatum in cauſa cuiuſdam Panigarolæ, not.ibi Clar.licet ipſe dubitet,an Princeps poſsit ea retinere in foro conſcientiæ, vbi de innocentia rei apparet,prout dicit ſen ſiſſe in fortioribus terminis, Boſſ.dict.Praxi, titul.de remed.iuſtit.circa finem,vt per
688 eum ibi. † reuocata autem ſententia condemnatoria poſt admiſsionem ad nouas

 defen-

defenſiones intra annum recuperat bona, non poſt annum, vt ibi Clar. d. verſ. Dixi, quod, ibi, hoc autem.

ggg Fiſco.

CVi fiſco applicentur, latè diſcuſſum ſupra, in verbo ſimili.

SVMMARIVM.

Confiſcatio bonorum refertur ad ea quæ ſunt in bonis delinquentis. num. 689.
Poſſeſſio bonorum confiſcatorum ante ſententiã Mediolani; fiſco acquiritur. num 690.
Confiſcatorum bonorum poſſeſſio fingitur ex decreto uere apprehenſa. num. 691.
Damnati etiam de læſa maieſtate poſſeſſio bonorum non fit fiſci niſi poſt apprehenſionem. nu 692.
Hæretici bona non fingi apprehenſa, niſi actu apprehendantur. num 693.
Poſſeſſio quæ ex decreto fingitur (licet non ſit) apprehenſa, dicitur ciuiliſſima. num. 694.
Poſſeſſio poteſt valide per decretum fingi apprehenſa. num 695.
Confiſcatis bonis, ante ſententiam tamen reus eſt alẽdus. num. 696.
Alimenta debentur imputato de delicto licet capitali. num. 697.
Reo de quocunq; crimine pendente proceſſu debentur alimenta, & expenſa pro aduocatis. n. 698.
Alimenta debentur per fiſcum ei cum quo litem habet de omnibus bonis. num. 699.

hhh Pariterq; apprehenſa ſint, & eſſe intelligantur.

689 BOna † delinquentium, quòd habeantur ex hoc decreto apprehenſa, intelligi debet de his quæ ſunt in bonis delinquentis, aliter non, ita Boſſ. tit. de proclam. quod fit bonis publ. n. 4. ad fi. qui ita declarat hæc verba, † decretum in hac parte am
690 pliat diſpoſitionem iuris cõis in duobus. Primo, ex quo vult poſſeſſionẽ bonorũ cõfiſcatorum haberi pro apprehenſa ſtatim cõmiſſo delicto, tñ de iure cõi non põt apprehendi niſi poſt ſnĩam cũ ante nullũ ius acquiſitum ſit fiſco, vt ſupra notatum, in
691 verbo, ipſo iure. † ſecundo, ex quo vult haberi pro apprehenſa poſſeſſio, licet verè, & actualiter non fuerit apprehenſa, & tñ de iure cõi non habetur pro apprehenſa, niſi apprehendatur, ita Bart. in l. commiſſa, n. 1. ff. de publican. Io. de Platea. in l. 1. not. 1. C. de bo. vac. lib. 10. idem in addit. ibi ad Bar. n. 8. Boer. dec. 277. nu. 9. 10. Boſſ. ſua Praxi. tit. de bon. publicat. n. 26. Caſſan. in cõſuet. Burgun. rub. 2. des confiſcatione. §. 1. in tex
692 tu, & appartient. n. 5. † quod ẽt de iure cõi extenditur, vt non procedat in crimin. læſæ Maieſt. ex quo publicantur bona à die delicti, & tñ poſſeſſio eorum non acquiritur, niſi exprimatur, ita Boſſ. tit. de bon. vac. n.
693 6. verſ. Et quia, Boer. deciſ. 297. nu. 12. † qđ idem in crimine hæreſis, vt nõ acquiratur poſſeſſio, niſi ſit apprehenſa, nec etiam poſſit apprehendi, niſi ſecuta ſnĩa. not. Alber.
694 ſuper ſtatut. lib. 3. quæſt. 18. nu. 11. † Hęc tñ poſſeſſio q̃ habetur pro apprehenſa ex hoc decreto dr̃ poſſeſſio ciuiliſſima, ita Marſil. tract. bannit. in verbo, eccleſia, n. 111. Boſſ. d. tit. de bon. publ. n. 26. verſ. ſed per decre
695 tum, † quod decretum ſic diſponens valet ſcđm cõem, idem Marſ. d. verbo, Eccleſia, n. 112. & notatum latè ſupra, tit. de continuãda hæreditate in principio.
696 † Bona delinquentium etiam quod per fiſcum ex hoc decreto incorporentur, & acquirantur fiſco ſtatim commiſſo delicto, & habeantur etiam pro apprehenſis, iudices tamen debent prouidere, quòd interim pẽdente proceſſu ſuper crimine illo imputatus alatur, & defendatur ex bonis confiſcatis, ita not. Gigas tract. de crimine læſæ Maieſtatis, lib. 2. rubr. de pœnis committent. q. 26. ampliando etiam in crimine læſæ Maie-
697 ſtatis, † cum etiam in illo crimine damnatus debeat ali à filio, vt tradit Gigas dict. tract. lib. 3. de pluribus, & varijs quæſtioni-
698 bus, quæſt. 5. declarando vt per eum. † & quod interim pendente proceſſu debent ei ſubminiſtrari alimenta, & etiam ea, vt poſſit ſe defendere in parandis ſcripturis, & aduocatis, not. Picus, in l. poſt contractũ, num. 98. ff. de donat. Rebuff. tract. de ſent. prouiſ. in præfat. n. 113. cum ſequen. vbi ampliat ẽt in omnibus caſibus, in quibus litigatur contra fiſcum. Et ita quotidie Senatus dat literas Magiſtratui extraordinario, vt prouideat ſaltem ex fructibus imputato
699 pro alimẽtis, & eius defenſione. † qđ idem ſi pendeat lis cum fiſco ſuper oĩbus bonis alicuius, vt notat Rebuff. d. loco, n. 118. a

ADDITIO.

a Adde Alciat. in l. poſt contractum de donat.

SVMMARIVM.

Pęnę delinquentium debentur domino tempore delicti, ex decreto Mediolani. num. 700.
Decretum valet quod bona à die delicti ſint fiſci. 701
Delinquens videtur obligatus fiſco a die delicti.
Pœna videtur debita fiſco, ſtatim poſt delictum.
Confiſcatio fit ipſo iure ex decreto Mediolani in oĩb. caſib. exceptis ẽt de iure auth. bona dãnatorũ. 702

A die

iii A die commiſſi criminis.

700 HOc† decretum an valeat, vel non ſeruetur, quod à die commiſſi criminis publicetur dubitat Picus in l. poſt contractum, n. 70. verſ. conſidera enim, ff. de don. *a*
701 † A die autem delicti, videtur pœna quaſi debita fiſco, & quaſi obligatus delinquens fiſco per gl. in l. reſcriptū in prin. ff. de pact. not. Boſſ. tit. de bon. public. num. 81. tamen cōis eſt non eſſe tacitè hypothecata bona delinquentis, niſi poſt ſniam, vt ſupra notatum, & firmat poſt alios, Clarus d. §. fi. q. 78. verſ. fin. licet per hoc decretum caueatur bona ſpectare, & applicata fiſco à die delicti, & conſequenter incipit tunc tacita hypotheca, cum aliqua ſententia nō ſit neceſſaria, ſed ſolum declaratoria facti, quæ retrotrahitur & nil de nouo inducit, vt ſupra latè dictum, in verbo, ipſo iure.
702 † Decretum hoc, & eius diſpoſitio confiſcans bona à die delicti, & ea fiſco incorporans tunc temporis habet locum non ſolum in caſibus exceptis per auth. bona dānatorum, ſed in omnibus hic notatis, & nō exceptis per dictam authenticam, ex quo generaliter loquitur, ita not. Boſſ. tit. de bo
703 norum public. nu. 79. † quod autem fiſcus ſit dominus bonorum confiſcatorum ipſo iure à die delicti, intelligi debet, quo ad damnum vitandum, non lucrum captandū, exemplificando, vt per Alciat. d. l. poſt contractum, n. 27. verſ. nec mouetur, ff. de don.

A D D I T I O.

a Per hæc verba à die commiſſi criminis tollitur difficultas, quam mouit Tiraq. de retract. conuent. §. 5. gloſ. 4. nu. 21. cum ſequen. quærens ad quem pertineat confiſcatio, quando delictum committitur tempore vnius feudatarij, ſententia vero fertur tempore alterius.

kkk Etiamſi per ignorantiam.

VEluti quia notarius ignorans omnia bona delinquentis, quæ fuerunt tempore deſcriptionis, & apprehenſionis, ea omiſerit deſcribere.

lll Vel negligentiam.

IN ea perquirendo, vel etiam ſciens, qualia eſſent ea quę omiſerit deſcribere, & apprehendere, quia hoc non debet fiſco præiudicium inferre.

mmm Aut impoſſibilitatem.

VEluti ſi eſſent occupata tunc per tertium, veluti Caſtrum, vel fortalitium, vel ad fuerit aliud impedimentū legitimū.

S V M M A R I V M.

Apprehenſio fit fiſco preſente.

nnn Officialium.

REgulariter fit apprehenſio per notarios actuarios Illuſt. Magiſtratus, vt cauetur ſupra tit. de offic. Quæſt. Extraor. capit. executio, niſi vbi agatur de re feudali, vel alia maximi momēti, quia tunc fiſcus adeſt, & interuenit vna cū aliquo ex Mag. Quæſtoribus, vt omnia caute exequantur.

ooo Vel aliter.

ADſit impedimentum.

ppp Verè, & actu.

PEr corporalem, apprehenſionē ſcilicet, quæ dicitur actualis poſſeſſio, prout notatū ſupra tit. de iur. emp. in hoc verbo.

S V M M A R I V M.

Apprehenſa re vna, omnes Mediolani cenſentur captæ. num. 704.
Apprehenſione nulla facta re integra ſecuta gratia nil fiſco deberi, num. 705.
Cridæ præiudicant non contradicenti reſpectu non apprehēſorū, vbi aliquid tamē eſt apprehenſum.
Cridæ non præiudicāt vero domino, quoad poſſeſſa mala fide per reum de crimine. num. 706.
Cridæ præiudicant indiſtinctè verò domino quoad verè apprehenſa num. 707.
Cridæ nō præiudicant in non vere apprehenſis. 708.
Locatori non præiudicant cridæ de bonis condemnati, niſi locata eſſent apprehenſa. num. 709.
Cridæ non præiudicant ignoranti, quoad non verè apprehenſa. num. 710.

qqq Non fuerint apprehenſa.

704 SEruat Magiſtratus quòd facta apprehenſione vnius rei condemnati, vel delinquentis, cæteræ omnes cenſeantur apprehenſæ, ita Marinus. tractat. de ſubfeudo. fol. 96. à tergo. *a*

† Delin-

A D D I T I O.

a Vide ſupra in addit. ſub n. 363. caſum in quo quia bona non fuerāt apprehenſa fuit declaratum, ad fiſcum non pertinuiſſe, & de anno 1578. Ill. Magiſtratus declarauit etiam ad fauorem Petri Franciſci Porcarij quod pars bonorum ipſius nec deſcripta nec apprehenſa (etſi alia eius bona ſita tamen in ſeparatis & remotis locis forēt deſcripta & apprehenſa) vigore decreti gratioſi eſſe liberata, & & in ea fiſcum vigore huius decreti nihil prætendere poſſe.

705 † Delinquens cuius bona ſunt cõfiſcata, ſi poſsideret rem aliquam bona fide, putãs rẽ illã ſuã eſſe, ẽt, qđ de re illa nõ fuerit facta deſcriptio, vel apprehenſio, tñ ex quo habetur pro apprehenſa ad fauorẽ fiſci ex hoc decreto, cridæ ſuper eis bonis cõfiſcatis factæ ad formam dicti decreti, ſupra titulo de offic. Quæſt. Extraord. etiã ratione illius rei non deſcriptæ præiudicãt non cõtradicenti, ita not. Boſſ. d. tit. de proclam.

706 ꝙ fit bonis public. n. 5. verſ. & ex his. † ſecus ſi damnatus haberet malã fidem, quia tunc cridæ illę non præiudicarent vero domino, & non contradicenti, ita Boſſ. d. tit.

707 de proclam. n. 4. verſ. difficultas. † ſi tamen fiſcus vere apprehendiſſet, & poſuiſſet ad proclama, licet damnatus haberet malã fidem, tñ præiudicaret vero dño non contra dicenti, vt not. Boſſ. d. n. 4. verſ. fateorq; & hoc caſu differt an verè apprehenderit, à caſu quòd habeantur pro apprehenſis,

708 † Damnatus ſi gerebat ſe pro hærede ali cuius, vt puta fratris alienando, & exigẽdo credita dictæ hæreditatis bonis illis nõ apprehenſis verè per fiſcũ, licet habeantur ꝓ apprehenſis ex hoc decreto, tñ ſi ponantur ad proclama fiſcale, non pręiudicat procla ma illud vero hæredi, ẽt non contradicẽti, licet ſi verè apprehenſa fuiſſent præiudica ret, ita not. Boſſ. d. tit. de proclam. qđ fit bonis public. nu. 7. vbi dicit ſic iudicaſſe contra fiſcum, & eius ſententiam per Senatum approbatam, vt ibi nu. 7. ad ſi. & ſic etiam in hoc differt vera apprehenſio ab hac ficta à decreto.

709 † Res poſſeſſa per delinquentem, quã titulo conductionis ab alio, tenebat, ſi in de ſcriptione, & apprehenſione fuerit omiſſa, licet ꝑ diſpoſitionẽ huius decreti habea tur ꝓ apprehenſa nomine fiſci, tñ cridæ factæ ſuper d. bonis ad formã decreti, ſupra tit. de offi. Quæſt. Extraord, quilibet prætẽdens, non præiudicant dño eius non contradicenti, licet ſi vere fuiſſet deſcripta pręiudicarent, ita not. Boſſ. tit. de proclam. quod fit bonis public. nu. 4. & hic caſus eſt, in quo etiam differt vera apprehenſio à ficta decreti huius.

710 † Non etiam præiudicant cridæ memoratæ de bonis non apprehenſis verè per fiſcum ignoranti, ita notat Odofred. in l. fin. col. pen. n. 13. ad fin. C. de bonis vacan. lib. 10. Boſſ. d. tit. de proclam. quod fit bonis public. n. 5. & 9. verſ. & de hoc proclamat.

711 † Ideo vt præiudicent ignoranti, fingitur ex hoc decreto apprehenſa fuiſſe, ita not. Boſſ. d. tit. de proclam. quod fit bonis public. n. 10. verſic. item eſt aduertendum,

SVMMARIVM.

Legitima debetur ſecundum facultates tempore publicationis. num. 712.
Legitima vtrum veniat in confiſcatione.
Legitima ẽt confiſcata an reuocetur à poſtea natis.
Legitima debetur in bonis confiſcatis, non computatis fructibus. num. 713 cum ſeq.
Legitima vbi eſt vnus filius, uel duo eſt dimidia. 716.
Legitima Mediolani vt calculetur. num. 717.
Legitima augetur ex perſona fœminarum excluſarũ ſtatuto de bonis confiſcatis contra num. 718.
Legitima Mediolani non augetur ex perſona excluſarum fœminarum. num. 719.
Dos deducitur filiarum ex bonis confiſcatis. nu. 720. cum ſeq.
Legitima calculatur non computatis donatis filio.
Legitima non confiſcatur prohibita alienatione per patrem ad tempus.
Donata ob emancipationem non computantur in legitimam. num. 722.
Donatio facta per patrem alteri filio vltra modum, per alterum fratrem reuocatur. num. 723.
Legitimã non minuit augmentũ dotis. 724. & 725.
Legitimam minuit dos data pro auum nepti contem platione filij. num. 726.
Legitimã non minuit emphyteuſis eccleſiaſtica 727.
Legitimam minuunt profectitia. num. 728.
Legitimam minuunt feuda. num. 729.
Legitimam non minuunt aduentitia. num 730.
Legitimam minuunt conſumpta in ludo. num. 731.

rrr Iure tamen legitimæ.

712 Legitima † hęc debetur ſecũdum facultates damnati tpe publicationis, non aũt mortis naturalis eius, ita no. Boſſ. d. ſua Praxi tit. de bon. publ. n. 6. & 10. confirmat Rolan. à Valle poſt opiniones cõtrarias recitatas, conſ. 97. n. 34. vſq; ad n. 40. vol. 2. a

713 † Legitima hæc debetur vna cum fructibus pceptis medio tpe à die quo debetur, Ita not. Boſſ. d. ſua Praxi tit. de bon. public. num. 7.

ADDITIO.

a De iure communi quod non veniat legitima filij in confiſcatione bonorum tradunt poſt alios Dec. conſ. 235. col. pen. Laudẽſ. in tract. de fiſco verſ. 6. Mãtua ſing. 344. D. Menoc. recup. poſſ. remed. 9. n. 177. & 177. Ioſeph Lud. dec. Peru. 11. par. 1. ſola in cõſtit. antiq. ſub gl. vlt. ſup decreto ad maiorẽ n. 11. tit. de falſ. Theſaur. ſen. dec. 198. Surd. de alim. tit. 1. q. 31. Quicquid dicat Alba de magis commu ni conſ. 471. in fi. dum voluit filiũ non habere ius in legitima patris.

Confiſcatis bonis vtrũ reuocetur legitima per filios poſtea natos Curt. ſen. conſ. 1. col. 3. Tiraq. in l. ſi vnquam. C. de reuoc. don. num. 233. Alba conſ. 106. n. 22. Surd. de ali. ti. 1. n. 37. Vinc. Frã. dec. 102.

714 num.7.† & ſi ſint percepti per hæredem cũ
bona fide,ita Cott.ſuis memorab.in verbo,
715 patre viuente,ad finem,† nec fructus percepti medio tempore filio computantur in legitimam, ita Boſſ.dict. tit. de bonorũ publicat.num.8.

716 † Legitima hæc vbi ſint duo,vel vnus filius eſt dimidia, licet de iure communi eſſet tantum triens,ita Roland.à Valle conſil.97.num.30.& 31.vol.ſecundo. Et ſi ſunt tres vel plures, eſt tota ſubſtantia,ita Boſſ. dict.titul.de bonorum publicat.numer.10. idem Roland.à Valle dict.conſ.97. nu. 32. vol.2.Aſcan.clement.dict.tract.de patria
717 poteſt.capitulo 6.effectu 16. nu. 36. † verũ in hoc dominio legitima calculatur ſecundum iuris communis diſpoſitionem, teſte Claro dict.§.finali,quæſt. 78. verſic.videndum eſt, ibi, ſed certè apud nos, & hoc quia reſeruat tñ legitimam decretũ hoc. *a*

718 † In computatione huius legitimę fœmina excluſa per ſtatutum, & maſculus exhæredatus, vel factus profeſſus, facit partem ad vtilitatem maſculorum, & aliorum non excluſorum,ita not.Caſtr.conſ. 286. vol.1. late diſcutit,Boſſ.dict.tit. de bonorum public.num.2.Clarus autem dict.§.finali, quæſtione 78.verſic.videndum,ad finem, ſe remittit ad notata per eundem in lib. 3.§.le-
719 gitima, qui non fuit editus, † ſed quicqd ſit in alijs ſtatutis fœminas excludentibus, ſtante ſtatuto Mediolani, fœminæ excluſæ non faciunt partem ad vtilitatem maſculorum, ſed deductis dotibus earum, & ære alieno, ex reſiduo datur legitima ijs maſculis integra, ac ſi fœminæ hæ excluſæ nõ eſſent in rerum natura inſpecta ſucceſſione ſtatutaria,non iuris cõmunis, ſic iudicatum per illuſtr. Magiſtratum Extraordinarium,firmat Boſſ.d.tit.de bonorum publicat.numero 3.idem Ruin.conſ.27.numero 24. vol.3.Riminald.Iun. conſ. 31. num. 71. cum ſequent.vol.1. *b*

720 † In calculanda legitima, hęc, & ea minuenda,non habetur ratio donationis factæ per aſcendentem filio inter viuos, ita not.Guido Papa,ſingul.763.declarando vt per eum,& latius per Diaz,Reg. 212.donatio facta, Burſat.conſil,178.num.11.vol.2. Viuius ſuis communibus, libr. 2.opin.91. donatio ſimplex, & ita iudicatum per Illuſt.Magiſtratum extraordinarium in cauſa D.Hieronymi Vicecomitis Cremonen-
721 ſis, † quod idem eſt in donatione facta ob cauſam neceſſariam,ita Menoch.conſ.153. nu.12.vol.2.Burſat.dict.conſil.178. nu. 11.
722 volumine 2. † idem dicendum in donatione facta filio in præmium emancipationis, niſi eſſet aliqua coniectura in contrarium, ita Bart.in l.peto,in principio,num.6.ad finem,ff.de leg.2.Menoch.d.conſ. 153. n.15.
723 † Tamen ſi ea excedat modum legitimum, poterit à fratre reuocari, ita Practic.in forma libelli quo agitur pro donatione, ver-
724 ſic.ad dimittendum,nu.2. † non etiam imputatur in legitima augumẽtum dotis, ſeu ſimplex donatio facta ab extraneo, ita Bur
725 ſat.conſ.178.num. 2.† niſi eſſet data contẽplatione dotis,ita Menoch.conſ. 153.n.10.
726 vol.2. † prout etiam computatur in legitimam dos data per auum nepti contemplatione filij,vt not.Corn.conſ.190.nu. 2.3.& 4.vol.2.declarando vt per eum, & Burſat. dict.conſ.178.nn.23.vſque ad finem, vol.2.

727 † In calculatione pariter huius legitimę, non etiam imputantur in eam feudum, & emphyteoſis eccleſiſtica, quæ ſunt præcipua filijs,ita not.Alciat.conſ.573.n.2.& 13.
728 † Alia autem ſi proueniant à patre pro ſe, & liberis,vel pro ſe, & hęredibus imputantur in legitimam, alias non, ſi proueniant ab auo,ita Boſſ. in his terminis confiſcationis bonorum,tit.de bonorum publicat.numero 5.Clar.§.feudum,quæſtione 46. Burſat.conſ.132.num.9.cum ſequent.volum.2. cauetur etiam in libro 6. communium, in
729 verbo,feudum,à, patre. † imputantur etiã in legitimam feuda,in quibus ſolus primo genitus ſuccedit, ita Afflict. in Conſtitut. Regni, rubr.24.de ſucceſſ.nobil.nu.75.lib. 3.Clar.d.§.feudum, quæſtione 46. in prin.

730 † Bona quoque aduentitia filij non imputantur in eius legitimam, ita not. Marſ. tract.bannit.in verbo,bona,num.68.

731 † conſumpta pariter per filium in ludo, & per patrem data computantur in eius legitimam, ita Bald. in authentica ex teſtamento,num.14.C.de collat.

SVM-

ADDITIONES.

a Addas Chucc.in tract.de legit.nu.9.fol.19.

b Videndus erit Alciat.in conſ.467.nu.5. 522.alias. 19.lib.7.& conſ.67.lib. 9.qui in horum vltimo defendit legitimam non confiſcari ſtante prohibitione alienationis vſque ad annos triginta, quia pater vſque ad illam ætatem reputauit filium minus idoneum.Boſſ.dicit nihilominus eſſe contradicendum cridis in tit.de proclam.quod fit de bonis public.col.fi.n.22.facit Beretta loquens de feudalib. conſ.51.col.3.& 4.nu.13.& ſeq.

Quod matri debeatur legitima. Beretta conſ. 52.Ceph.conſ.120.n.1.Surd.de alim. tit. 2. q. 15. ante num.196.& ſeq.plur.

Non debetur aſcendẽti legitima in bonis filij habentis liberos.Chucc.de legit.in princ. num.2. fol.2.& in c.parentum legitima fol.99.

SVMMARIVM.

Legitima patris non confiſcatur emancipato damnato num.732.
Filiorum bona non confiſcari.num.eod.
Legitima aſcendentium maternorum non confiſcatur.num.eod.
Filiorum bona aliqua particularia poſſe mulcta auferri. num.eod,
Legitima an matri reſeruetur confiſcatis bonis filij. num.733.
Legitima non debetur filio de bonis matris damnatę. num.734.
Decretum Mediolani corrigit auth. bona damnatorum reſpectu legitimę ex bonis matris. num.735.
Legitima ex bonis matris damnata nulla debebatur iure Codicis,& Digeſtorum.num.736.
Argumentum à correlatiuis valet.num.737.
Legitima ius nullum inducitur pro aſcendentibus decreto Mediolani de bonis damnatorum.nu.738.
Mater poſt reuocare donationem lucratiuam factam filio.num.739.
Aſcendentium nomine veniunt pater, mater.numero 740.
Legitima debetur matri ex bonis filij damnati ex decreto Mediolani.num.741.
Damnatorum bona iure communi reſeruabatur filijs quo ad dimidiam,vel omnia. num.742.cum ſeq.
Legitima eſt tantum triens,vel ſemis.num.744.
Reſeruatio decreti, quadam eſt mera, & diſpoſitiua.num.745.
Legitima eſt quota.
Legitima non debetur excluſo à ſucceſſione.nu. 746.
Authent. bona damnatorum corrigitur Mediolani, & preterquam reſpectu legitimæ reducit nos ad ius commune.num.747.
Lex correcta poſt applicari ad legem corrigentem, num.748.
Legitima ex bonis filij damnati, reſeruatur matri. num.749.
Legitima ex bonis matris damnatę, reſeruatur filio. num.750.
Damnatorum bona iure antiquo interim pro dimidia inter omnia filijs reſeruata erant.num. 751.
Damnatorum bona, cum adeptione vitæ, ciuitatis, vel libertatis iure antiquo confiſcabantur. numero 752.
Damnatorum ſolum ad mortem bona ex decreto Mediolani confiſcantur.num.753.

ſss Aſcendentium,

732 IDem † de iure cõmuni, quia licet publicatis bonis ſecundum aliquos publicetur peculium caſtrenſe, vel quaſi eiuſdem, non tamen publicatur legitima patris in bonis filij emancipati damnati, ita Practic.in forma inquiſit.verſic.tranſeat, nu.2.
a Mantua,ſing.424.verſ.ſed tamen. *a*
733 Decretum hoc ex quo reſeruat ius legitimæ aſcendẽtium,an ſicut in patre,& auo, & ſimilibus cenſetur reſeruata, ita etiã habeat locum in matre,& auia delinquente filio, vel nepote, & eius bonis confiſcatis cẽſeatur matri, vel auiæ legitima reſeruata, & è conuerſo, delinquente matre cẽſeatur
734 filijs,vel nepotibus reſeruata, † dubium facit quo ad matrem delinquentem, ex quo filio in bonis matris damnatæ nulla debeatur legitima,per textum in l.de bonis matris,vbi glo.& ſcribentes,C. de bonis proſcript,ita Angel.dict.tractat. malefic. verſ. & eius bona,num.28. cum addit.ibi Augu. Iaſ.in §.actiones,num.66.inſtit.de act.Caſſan.in conſuetud. Burgund. rubr.ſecunda, des confiſcationes §.2. gloſſ. 1. numer.21. Clarus ſua Praxi; §.finali. quæſtio. 78. ver-
735 ſic.videndum eſt, ibi, ſcias, etiam; † quod pariter nulla legitima debeatur matri, vel auiæ confiſcatis bonis filij, vrget ꝙ decretum hoc in delictis hic enumeratis procul dubio corrigit diſpoſitionem Authen. bona damnatorum, C. de bonis proſcript. qua cauebatur bona damnatorum, non fiſco,ſed aſcendentibus, & deſcendentibus dari,& applicari,vt ſupra notatum in principio, & conſequẽter quod decretum hoc reducat nos ad ius antiquum,prout in hac ſpecie,notat Boſſ.titul.de bonorum publi-
736 cat.in principio. † at de iure antiquo. Codicis,& ff. etiam quod pater haberet legitimam in bonis filij,ſicut è conuerſo,l.fina. C. de bonis proſcript. eadem tamen iuris diſpoſitio, non erat filio in bonis matris damnatæ, d.l.de bonis matris,C.eodem ti-
737 tulo,cum ſupra allegatis. † idem dicendũ in matre in bonis filij argumentum ſumen-
738 do à correlatiuis, † nec reſeruatio legitimæ harum perſonarum ex hoc decreto aliquid de nouo inducit,vel tribuit, ſed tantum

tum

ADDITIO.

a In hoc decreto reſeruatur legitima aſcendentiũ; ſiquidem ſupponit bona filiorum cõfiſcari poſſe, quod tamen eſt falſum, etiam reſpectu peculij caſtrenſis ex communi,vt proſequitur Alex. in l.ſi finita §.ſi de vectigalibus num.49.& 50.de dam.infecto,vbi conſequentiam Aug.& Rom. admittit; quod propterea filio condemnato nihil poſſit publicari.Boſſ.de bon.public.nu.71.Clar,q.78.Plot, conſ.30.nu. 19. & 20, Ideo hoc decretum intelligitur de emancipatis,vel de aſcendentibus maternis,& adde,quod licet non poſſint confiſcari poſſint tamen in his habere locum particularis condemnatio, vt poſt Bald.ſcribit Alex.vbi ſupra.

tum conſeruat ius, ſi quod habet aſcendẽs, vel deſcendens, vt not. Crauet. conſ. 29. nu. 8. & conſ. 70. num. 6. & conſilio 144. nu. 15. ſed cum nullum ius competat matri in bonis filij damnati, nec è conuerſo, ideo reſeruatio nil quo ad eas perſonas ſeruit; contrarium tamen verius eſt, quod & matri in bonis filij damnati, & è conuerſo cenſea-
739 tur reſeruata, † nam quoad matrem, primo facit cum non ſit dubium, quin mater poſſit reuocare alienationem lucratiuam factam à filio, per quam excludebatur à legitima l. 1. C. de inoffic. donat. ergo eodẽ modo poterit mater reuocare alienata in fiſcũ per delictum, cum dicantur bona penes eũ titulo lucratiuo, ita in his ferẽ terminis arguit Picus, in l. poſt contractum, num. 32. ff. donat. Roland. à Valle conſ. 97. nu. 27. cum
740 ſequent. vol. 2. † ſecundo faciunt verba decreti reſeruantia legitimam aſcendẽtibus, quorum appellatione veniunt pater, & mater, ſicut etiam dicitur de deſcendentibus, l. fina. ff. de ſuis, & legit. authent. de hæred. quæ ab inteſtato, in princ. Dec. conſil. 223. num. 1. Socin. Iun. conſil. 71. nu. 9. volum. 1.
741 † Per hæc aũt verba Imperator, qui facultatẽ diſponendi habet, cenſetur inducere diſpoſitionem per l. filiã, vbi Bart. ff. de auro,
742 & argento legato. † quod omnino cenſendum eſt, ne alias illa verba remaneant inania, ſi tantum naturam præſeruatiuam, non diſpoſitiuam inducerent, vt notato in l. 3. §. 1. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſoluitur Crauet. dict. conſil. 29. num. 8. Menoch.
743 conſil. 2. num. 57. vol. 1. † quod autem hæc verba eſſent ſuperflua, niſi inducerent diſpoſitionẽ, demonſtratur, cum de iure communi ex bonis confiſcatis nõn fuerit vnquam reſeruata legitima, ſed alia portio, quæ erat ſemis, vel bona omnia, vbi plures eſſent filij, iuxta tex. l. 1. cum gloſ. ff. de bonis damnat. not. Boſſ. tit. de bonorum publicat. num. 10. Roland. à Valle conſ. 97. nu. 30. & 31. & 32. vol. 2. & Clar. d. q. 78. verſic. videndum eſt, Aſcan. Clemen. de patria po
744 teſt. cap. 6. effect. 16. num. 36. † nam legitima eſt tantum triens & ſemis, auth. nouiſſima C. de inoffic. teſtam. ideo nõn mirum, ſi Clar. dict. quæſt. 78. verſ. videndum, ibi, ſed certè apud nos, dicat reſeruari ſolum trientem, vel ſemiſſem in hoc dominio, & hoc quia decretum reſeruat legitimam, non illam portionem antiquam, & ſic in omnib. non reducit hoc decretum ad ius antiquũ, quoad hanc reſeruationem legitimæ, quo
745 fit vt hæc verba reſeruatiua diſponãt. † tertio pro hac opinione in vtroq; caſu, tam matris, quàm filij cenſetur eis reſeruata legitima per hanc reſeruationem, etiam quod dicamus eam habere vim meræ reſeruationis, facit quia l. de bonis C. de bonis proſcript. eſt correcta per auth. bona damnatorum, aſcendentibus, & deſcendentib. quorum appellatione venit etiam mater, & auia, vt ſupra notatum, & ſic per dictam authenticam fuit æquiparata ſucceſſio in caſu delicti caſui mortis, in qua ſucceſſione nemini dubium comprehendi legitimã,
746 cum legitima ſit quota, † & excluſus à ſucceſſione eſt excluſus à legitima, Alex. l. qa poterat, ff. ad Trebel. Abbas, C. Rainaldus, circa finem, de teſtamen. Alciat. conſ. 4. nu. 21. lib. 2. tomo primo, cum notatis per nos cumulatè in capitulo 278. in ſucceſſionib.
747 in verbo, præferãtur, vol. 1. ſtatutorum. † ex quo autem decretum hoc corrigit dictam authenticam bona damnatorum, excepta, & reſeruata legitima, eſt intelligendum reſpectu legitimæ, quam cum vniuerſali ſucceſſione concedebat dicta authent. bona damnatorum, & ſic decretum hoc corrigat dict. auth. & reducat nos ad ius antiquum
748 præterquam reſpectu legitimę, † & conſequenter hoc decretum ſumat intelligentiam à iure illo, authenticæ correctæ, quod fieri poteſt, inſtit. de action. in principio, hi, ſed vt nihil antiquitatis, vbi Iaſ. in addit. ad Portium, Rebuf. in proemio cõcord. Franciæ, in verbo, abrogetur, & ſic intelligendo hæc verba reſeruatiua retinent eorum naturam authenticæ bona damna-
749 torum, quoad legitimam hanc. † quod autem hæc legitima reſeruatur matri, & auiæ in bonis filij damnati, in hac ſpecie not.
750 Plot. conſ. 30. nu. 87. † quod autem etiam reſeruetur filijs in bonis matris damnatæ, not. Lancell. Conrad. Laudenſ. ſua Praxi, de offic. prætor. in cauſ. criminal. tit. de publicat. num. 2. & 3. vbi dicit dict. l. de bonis fuiſſe correctam per dictam authent. bona damnatorum, idem latè firmat Iacob. Beretta conſ. 52. per totum, ſic etiam iudicatum per Senatum pro legitima filij in bonis matris, anno 1576. die 20. Ianuarij, penes Secretarium Cruceium, & pro legitima matris in bonis filij in cauſa confiſcationis bonorũ D. Octauij Zanchi, Papienſis, pro D. Maria eius matre, Anno 1582. die...
751 † quo fit vt dicendum ſit hoc decretum, non reducere nos ad ius antiquum in omnibus, cum de iure antiquo reſeruaretur aliquando dimidia, aliquando tota ſucceſſio filijs, ex hoc autem reſeruãtur ſolum legitima triens, & ſemis teſte Claro dict. §. finali, quæſt. 78. verſ. videndum, ibi, ſed cer-
752 te apud nos. † ex alio etiam non reducit

ad

ad ius antiquum,cum; ex iure antiquo bona confiſcarentur in omnib. caſibus,in quibus,vel vita,vel ciuitas , vel libertas amitteretur,l.1.vbi Bart.& alij,ff.de bonis damnatorum, practic.in forma inquiſit. verſic. tranſeat, num. 1. ex hoc autem decreto in caſibus ſolum, in quibus vita adimitur , vt ſupra, ad mortem ſcilicet , vbi notatum .

753 † Tertio in alio non reducit ad ius antiquum decretum hoc , ex quo poſſunt ex eo publicari , & publicantur bona damnatorum ad mortem in contumaciam , vt ſupra cauetur in principio,de iure autem cõmuni condemnatus in contumaciam non poteſt ad mortem damnari,ita notatum di cto verbo contumaciam.

SVMMARIVM.

Aſcendentium nomine veniunt etiam naturales.

Legitima adoptiui damnati, debetur adoptanti. numero.754.

Legitima in bonis damnati debetur etiam maritatæ. num 755.

Legitima in bonis patris damnati debetur monaſterio ſuccedenti in locum filij.num.756.

Legitima ex bonis damnati,debetur etiam natis poſt confiſcationem.num.757.cum ſeq.

Donatio facta per damnatum natis filijs reuocatur ad commodum fiſci,& filiorum.num.759.

Diuiſio de bonis damnati facta inter fiſcum & filios an retractetur ex poſt alijs natis.num. 760.

† † † Et deſcendentium.

754 PRocedit † hæc diſpoſitio ſiue deſcendentes ſit legitimi , & naturales , ſiue naturales tantum . Ita notat Plot.d.conſil. 30.num.87. reſeruatur etiam legitima filij adoptiui in bonis adoptantis confiſcatis, quæ eſt quarta,vt not. Plot. dict. conſil.30. num.87.Roland.à Valle conſil.97.num.33. volum.2.

755 † Filia quoq; maritata etiã quod renuntiaſſet bonis paternis,vel maternis,conſequitur hanc legitimam in caſu delicti,quia eo caſu non cenſetur renuntiaſſe , ita Dec. conſ.235.num.4.

756 † Deſcendenti autem facto Monacho , quod reſeruetur ius hoc legitimæ Monaſterio,etiã ſi deceſſiſſet ipſe Monachus ante bannum,& confiſcationem hanc , ita Io. de Arnono,epitome 67.ad finem,faciunt tradita per Rom.ſing.456.cum addit ibi.

757 † Deſcendẽtes,etiam quod nulli adeſſent tempore delicti patris,ita quod bona omnia fuerint delinquenti confiſcata , & publicata , ſi tamen ex poſt ſuperueniant dicto delinquenti,& damnato, filij , reuocatur publicatio, vſque ad legitimam horum filiorum dein natorum , ita Tiraquel.in l.ſi vnquam, in verbo donatione largitus, nu. 532.C.de reuocand.donat. Nellus tractat. bannit.ſecunda parte,tertij temporis, quæſtio.10.ad finem,Curt.Sen.conſ. 1. num. 9. Boſſ.tit.de crim.læſæ Maieſtatis, num.138. licet contrarium tenere videatur tit.de bonorum publicat.num.39.in princ.tamen in fine hanc ſequitur,verſ.& hæc opinio,eandem ſequitur,Gabriel conſ.123.num.4. † li

758 mitando id procedere in bonis poſt publicationem acquiſiti ſub conditione eã exi-

759 ſtente, vt per eum, † verum quòd reuocetur in legitima quantitate, not.Alba conſ. 106.num.22.Plot.conſil.30. num. 78. ſicut etiam reuocatur donatio facta per delinquentem ante delictum per ſuperuenientiam filiorum poſt delictum ex remedio, l. ſi vnquam,C.de reuocand. donat.ad fauorem fiſci , & filiorum ſuperuenientium, ita poſt lõgam diſcuſſionem , firmat,Boſſ.dict. tit.de bonorum public.nu.37.verſic. & per

760 dictam legem,cum ſequent. † quando autem ex forma , & dicta diſpoſitione ſtatuti bonorum alicuius confiſcatorum fienda eſſet diuiſio inter fiſcum,& filios damnati, ſi facta diuiſione , dein alij filij ſuperueniant damnato, an reuocetur diuiſio illa, latè diſcutit,Nellus tract.bann.ſecunda parte,tertij temporis,quæſt.10.& 11. vbi tenet reuocari eo modo,quo dictum eſt ſupra.

SVMMARIVM.

Confiſcatio bonorum , ex ſtatuto non officit tertium, num.761.

Legitima non venit in generali diſpoſitione quod publicentur bona.num.762.

Legitima iure communi ex bonis damnati patris, filio debetur.num.763.

Legitima filij, magis priuilegiata fiſco.nu. 764.

Dos filiarum , & alimenta deducitur de bonis damnati,licet agatur de hæreſi.num.765. cum ſeq.

Alimenta per ſtatutum non tolli.num.767.

Alimentis non poſſe renunciari , etiam iuramento. num.768.

Alimenta non debẽtur per fiſcum ſucceſſorem quantitatis num.769.

Alimenta à fiſco debẽtur filijs & vxoribus delinquẽtium interim dum pendet cognitio.nu.770.

Alimenta in bonis delinquentium debentur vxorib. etiam indotatis num.771.

Alimentorum appellatione quid veniat.nu. 772.

Alimenta ex bonis damnatorum vxori ita debentur. vt tota bona etiam dari debeant. num.773.

Dotes filiarum ex bonis patris damnati reſeruantur. num.774.

Vxoris

Vxoris pauperis quarta cenſetur ex decreto Mediolani in bonis viri damnati excepta.num.775.
Miſerationis cauſa ſtatuto tolli non poteſt.num.776.
Quartã vxor in bonis ſecundi viri damnati non petit,cum nec à primo petÿt viro.nu.777.cum ſeq.
Quarta debita vxori ex lege lombarda reſeruatur ex bonis viri confiſcati.num.779.
Alimenta non tenetur filius exhibere patri, ex parte publicatorum bonorum aſſignata.num. 780.

uuu Reſeruata.

761 STatutum †nunquam cenſetur præiudi-
care iuri tertij, in materia confiſcatio-
nis bonorum etiam ſi loquatur generaliter
ita Socin.Sen.conſ.121.nu. 11. verſ.poſtre-
762 mo non omitto, vol.4. † & propterea etiã
ſi hoc decretum non reſeruaſſet expreſſe
legitimam aſcendentium, & deſcenden-
tium, ſed generaliter fuiſſet locutum ſine
reſeruatione, tamen legitima hæc cenſere-
tur reſeruata,nec comprehenſa in genera-
li diſpoſitione publicationis bonorũ,pro-
ut nec in alia generali diſpoſitione com-
prehenditur,ita not. Practic. in forma in-
quiſitionis.verſ.tranſeat,num.2.refert Lan
cell.Conrad.Lauden.dict.cap. de publica.
bonorum nu.3.in princ,Caſſan.ſuis conſue
tud.rub.2.des confiſcationes, §.2.gloſ.1.n.
22.Socin.ſen.conſ.121.nu.9.vol.4.Clar.ſua
Praxi.§.finali, quæſtione 78. verſic. viden-
dum eſt,& ſuis communibus, in verbo,bo-
norum confiſcatio, Roland. à Valle conſil.
97.num.7.8.9.12.16.& 28.vol.ſecundo,Mã
tua ſing.424,ad finem,idem Bonac.in quę-
ſtio.criminalib.in verbo homicidium, ver-
763 ſic.ſtatuto ſimpliciter cauetur, † cum etiã
iure communi inſpecto publicatis bonis
patris, debebatur filio legitima, ita Iaſ.§.
actiones,num. 32. inſtit. de action. Clar.d.
§.finali,quæſt.78.verſ.videndum eſt,& ſuis
communibus,in verbo,confiſcatio,Menoc.
tract.de recuperand.remed.9. nu. 178.Ro-
lan.conſ.97.num.9.cum ſequent. volum. 2.
Suarez ſuis communibus,in verbo, legiti-
ma liberorum,Aſcan.Clemen. tract. de pa-
tria poteſtat.capitulo 6. effectu 16. num.3.
764 † Et filius pro legitima præfertur fiſco, ita
not.Picus in l.poſt contractum, num.23.ff.
de donat.vbi Io.Annibal.num.52.
765 † In reſeruatione huius legitimę,quę de
betur iure naturali,cenſentur etiam reſer-
uata alimenta, & dotes filiarum, ita Plot.
dict.conſil.30.numer. 83.verſ. ergo fiſcus,
766 † vbi dicit hoc habere locum etiam in con
fiſcatione bonorum ex cauſa criminis hæ-
reſis,& læſæ Maieſtatis, vbi etiam legitimã
filiorum non ſufficeret,vt numer. 84.& 85.
verſic.& licet,quamuis decretum hoc ſolũ
767 de legitima loquatur. † Quæ quidem ali-
menta etiam per ſtatutum nõ poſſunt tol-
li, quicquid controuertatur per doctores
in legitima, ita not.Boſſ. dict. Praxi. tit.de
alimen.præſtand.num.7.Plot.dict. conſilio
768 30.numero 85. † Cum etiam eis non poſſit
renunciari etiam cum iuramento, ita Feli-
nus in c.ſi diligenti, num. 4. de foro com-
petenti, Boſſ.dicto tit.de aliment.præſtan.
769 numero 11. † Ad quæ quidem alimenta
non teneretur fiſcus, vbi ſuccederet dam-
nato ſolum in quadam quantitate. Ita Bal.
dicta l.data opera,n.60. ad finem, C.de his
770 qui accuſ.non poſſ. † quæ quidem alimen-
ta deberentur filijs,& vxoribus delinquen
tium,petentibus aliquid circa bona confi-
ſcata donec ſequatur declaratio, ita Boſſ.
d.tit.de aliment.præſtand.nu. 1. & 2. ad fi-
771 nem.Plot.dict.conſ. 30. num. 86. † deben-
tur autem vxoribus etiam nullam haben-
tibus dotem,vt not.Boſſ.dict. tit. de alimẽ.
præſtand.numer.2.& 3.Plot.dict.conſil.30.
num.85.Idem Aſcan.Clement.tract.de pa-
tria poteſtat.capitulo 6.effectu 17.num.14.
772 † Quæ autem veniant appellatione alimẽ-
torum,not.Boſſ.d.tit.de alimen. præſtand.
numer.14.Plot.dict.conſ.30.nume. 84.ver-
ſic.ergo eis,& nu.86.verſic.ergo vbi iuxta,
cum ſequen. latè notatum in capitulo 412.
773 ſi mulier,in verbo,alimẽtetur, † bona autẽ
publicata reſpectu legitimæ, vbi non ſuffi-
ciant pro alimentis filiorum, & vxoris, om
nia danda ſunt,non ſolum vſque ad legiti-
mam,ita Boſſ.d.tit.de aliment. præſtan.nu.
6.verſic.quęro quid, Plot. dict.conſilio 30.
numero 84. & ita Senatum ſeruaſſe man-
dando id magiſtratui, qui quidem habet
ad hoc ligatas manus, not.Boſſ.dict.tit.de
aliment. præſtand.num. 5. ad finem, vbi ſi-
774 gnanter † quod autem dotes filiarum cen
ſeantur reſeruatæ,not.Bald.l.final. num. 9.
C.de dotis promiſs.Afflict.in Conſtit. Re-
gni,rub. 14. de fratribus obligat nu. 16.ad
finem,lib.3.Boſſ.dict. tit. de bon. publicat.
num.9.Marſil.dict.tract.bannit.verbo, con-
fiſcata,num.15.Plot.dict.conſ.30. num. 84.
& 85.
775 † Quarta quoq; quę debetur vxori pau-
peri in bonis viri ex diſpoſitione authen-
ticæ,Præterea C.vnde vir & vxor, cenſetur
reſeruata, etiam quod decretum ſolum le
gitimam reſeruet,ita Socin.Sen.conſ. 121.
num.9.cum ſequent. vol. 4. vbi loquitur in
fortioribus terminis ſententiæ latæ ſuper
confiſcatione bonorum,idem, not.Marſ.d.
tract.bannit.verſ. confiſcata, num 17. Plot.
conſil.30,num.41. cum tribus ſequent. ad-

776 ducens rationem, † ex quo datur miſerationis cauſa, quæ non poteſt tolli, vt per
777 eum, † ampliando, etiam in crim. læſæ Ma-
778 ieſtatis num. 47. † Fallit tamen hoc vbi mulier habuerit duos viros, & à primo viro, vel eius hæredibus eam quartam non petierit, quia eam à fiſco, qui ſucceſſit ſecundo viro dãnato non poteſt petere, ita Plot. dict. conſ. 39. num. 46.

779 Quarta quoq; quæ debetur vxori ex lege Lombarda, cenſetur pariter reſeruata, confiſcatis viri bonis, ita Alberic. ſuper ſtatutis, lib. 3. quæſt. 15. num. 2. & 3.

780 † Bona ſi publicentur alicui ex diſpoſitione alicuius ſtatuti reſeruata aliqua parte filijs, ex ea parte non debet ali pater, ita Auguſt. ad Angel. tract. de malefic. verſic. & eius bona, num. 36. Brunus ſuper conſtitut. in verbo, bona, verſic. ſtatutum dicit.

xxx Saluo quòd in crimine læſæ Maieſtatis.

DE quo latè notatum ſupra tit. de crimine læſæ Maieſtatis.

a Diſponatur de legitima.

VT ea erogetur, vel ne aſcendentibus, & deſcendentibus, prout ſupra notatum.

S V M M A R I V M.

Legitima filiis iure communi non debetur in crimine læſæ Maieſtatis num. 781.

Diſpoſitio generalis non trahitur ad excepta in ſpecie. num 782.

b Prout de iure communi cautum eſt.

781 DE † iure autem communi non reſeruatur legitima filijs delinquentibus in eo crimine, ſed integrè omnia bona confiſcantur, ita not. Cæpolla conſil. 17. num. 41, Boſſ. ſua Praxi tit. de bonorum public. nu. 8. & tit. de crim. læſæ Maieſt. in verbo, deſcẽ-
782 dentium. † etiam quod decretum hoc nõ feciſſet hanc exceptionem in crimin. læſæ Maieſtatis, ſed generaliter reſeruaſſet legitimam deſcendentium, tamen non cenſeretur reſeruata in dict. crim. læſæ Maieſtatis, quicquid aliqui teneant contrarium, ita Alciat. conſ. 467. nu. 5. & nu. 6.

S V M M A R I V M.

Tertius an poſſit opponere de apprehenſione.

c Nec opponi poſſit.

PEr delinquentem, vel eius hæredes, licet poſſit opponi per tertium ius habentem in dictis bonis, modo quo notatũ ſupra, in verbo, non fuerint apprehenſa.

d Quod non appareat de aliqua apprehenſione.

EX quo habentur pro apprehenſis etiã omiſſa, vt ſupra cauetur.

e Nec incorporatione.

MOdo quo ſupra notatum, in verbo, incorporata.

f Nec de aliquo proceſſu.

DEſcriptione ſcilicet, & ſentẽtia ſuper inde ferenda, vt ſupra notatum.

S V M M A R I V M.

Feriæ in honorem Dei tolli non poſſunt.

g Et quolibet tempore.

FEriato ſcilicet, & non, quod tamen nõ ſit in honorem Dei, quod tolli non poteſt per ſtatutum, vel decretum vt notatum in cap. 110. Ad hoc, in verbo reputentur.

h Executio.

IN bonis confiſcatis, & fiſco ſpectantib. quoad immobilia, vt cauetur ſupra, de Offic. Quæſt. Extraord. cap. executio.

i Et apprehenſio fieri poſſit.

OMiſſa in principio poſt delictum quo tempore ſolet fieri, vt cauetur ſupra, tit. de offic. Quæſt. Extrardinar. capit. exercitio autem.

S V M M A R I V M.

Confiſcationi faciendæ iure communi, quinquennio præſcribitur. num. 783.

Fiſcus habet ius vendicandi bona poſt quinquennium. num. 784. cum ſeq.

Confiſcationi Mediolani non præſcribitur. nu. 786.

Præſcriptio 20. an. tollit ius agendi ad pœnã corporis. num 787.

Præſcriptio an. 20. conſequenter tollit confiſcationem. num. 788.

Præſcriptio quinquennij obſtat tertio habenti cauſam à fiſco. num 789.

k Nulla præſcriptione admiſſa.

DE iure communi ius hoc vendicandi bona per fiſcum præſcribitur quinquennio ſecundum Marſil. ſup ſing. 207. & in l.

in l.finali num.190.ff.de iuriſdict. omnium iud.cum accumulatis per Plot.conſ.30.nu.
784 99. † Sed quod etiam de iure communi habeat fiſcus ius vendicandi bona poſt quinquennium,not. Brun. ſuper conſtit. in verbo,bona, verſic. ſtante ſtatuto, Lancellot. Conrad.d.§.3.de publicat.bonorum, num. 7.verſ.12. ſed quod intra quinquenniũ debeat fiſcus vendicare bona ab hæredibus extraneis, ab alijs autem, qui interuenere delicto vltra quinquẽnium,not.Angel.tractat.malefic.verſ.& eius bona,num.23. tum addit Auguſtinus ibi,quem refert Boſſ.tit. de fiſco,& eius priuileg.num. 52. Carerius dicta ſua Praxi §.circa in vltima parte,nu.
785 33. † Boſſius autem d.tit. de bonorum publicat.nu.78. diſtinguit an ſint vnita fiſco, vel non, aliter autem diſtinguit Gomez. ſuo tract.de delictis,capitulo 14. de confiſcatione bonorum,num.5.vt per eum latè,
786 † quæ quidem controuerſia ceſſat in hoc decreto,ex quo bona confiſcantur, & vniũtur fiſco ipſo iure à die delicti vt in his terminis not.Boſſ.tit.de fiſco & eius priuileg.
787 num.52.& 53. † quicquid ſit ius agendi ad pęnam corporalem pręſcribitur per annos viginti,vt not.Plot.dict. conſ. 30. num.98. & ita in omni crimine late notatum, ſupra titul.de accuſatio. capitulo, ſi quis in ver-
788 bo, vel accuſauerint, † adeo quod dicendum,quod vbi nõ fuerit accuſatus,nec dãnatus intra dictos annos viginti, præſcriptum ſit ius, etiam quoad bona, ne poſſint confiſcari, cum non poſsint confiſcarí, niſi ſecuta condemnatione ſuper crimine,vt ſupra notatum,in verbo, condemnati erunt,& verbo,ipſo iure, ſi autem fuerit ſecuta condemnatio, tunc procedit hæc diſpoſitio,vt reſpectu bonorum nulla præſcriptio obſtet cõtra fiſcum,vt hic dicitur, & cauetur infra capitulo, nulla pſcriptio, ſi fiſcus velit ea vendicare a poſſeſſoribus,
789 † contra autẽ tertium habentem cauſam à fiſco,vel titulo emptionis, vel donationis poſſet opponi præſcriptio etiam quinquẽnij,& alia præſcriptio,quæ de iure communi obſtaret, de qua notatum ſupra, in his terminis,deçlarat Plot.dict.conſ. 30. num. 100.& infra dicetur.

SVMMARIVM.

Præſcriptio centenaria obſtat etiam fiſco.num.790. cum ſeq.
Præſcribi poteſt reſpublica centum annis. numero 792.
Præſcriptio centenaria requirit bonam fidem. numero 793.

l Nec obſtante.

790 ET † hoc contra fiſcum vendicare volentem, non contra tertium,vt not. Plot.
791 dict.conſil.30.num. 100. † imò etiam contra fiſcum poteſt opponi præſcriptio centenaria,& ea cuius initij memoria non obſtat,quæ nunquam cẽſetur ſublata per quęcunq; verba generalia,& pręgnantia,ita Iaſon in l.quo minus,num.42.ff.de flumin. Petrus Geraldi ſing.19.num.9. Petrus Rauennas,ſing.675. Afflict.in conſtit.Regni,rubr. 8.de probabili inſtrum.num.12.,lib.3.idem rubr.31.de præſcript.num.18.& 19.lib.eodem Boſſ.tit.de fiſco,& eius priuileg.num. 55.Franc.Balbus tract. de præſcript. quarta parte princ.4.part.quæſt.6. num. 5. & 6. parte,quæſt.9.num.2.Ripa l. nemo poteſt, num.111.ff.de leg.1.Socin.iun.conſ.76.nu. 94.vol.1.Lambert.ad ſtatut. de alienat.mulier gloſ.prima, num. 313. Burſat.conſ.23. num.22.vol.1.& conſ.186.nu. 34. volum.2.
792 † Nam etiam ex præſcriptione immemorabili via & reſpublica poteſt præſcribi, ita
793 Burſat conſ. 87. volum. primo, † tamen in ea etiam requiritur bona fides, ita Burſat. conſ.142.num.22.vol.2.

SVMMARIVM.

Nec poſsint,verba inducunt formam.

m Nec poſſint.

HAec verba tollunt omnem potentiã, & inducunt formam,& neceſſitatem vt notatum latè in capitulo 21.termini, in verbo,non duret,vol.1.ſtatutorum.

n De huiuſmodi bonis.

SIue mobilibus, ſiue immobilibus, ſiue iuribus,ſiue actionibus, vt ſupra notatum,in verbo,bona cum ſequent.

o Applicatis Cameræ.

FIſcali ſcilicet modo quo notatum ſupra per publicationem,& confiſcationem bonorum.

p Fieri aliquis contractus.

NOtatum latè capitulo 328. in alienationibus,in verbo,hoc volu.1. ſtatutorum.

q Vel diſtractus.

QVid veniat appellatione diſtractus, notatum dict.capitulo 328.in alienationibus,in hoc verbo.

r Aut aliquod inſtrumentum.

QVid veniat appellatione inſtrumenti, notatum cap.76.teneatur, in verbo, inſtrumentum.

SVMMARIVM.

Alienatio bonorum permittitur iure communi reo ante ſententiam.num 794.

Fiſcus iure communi nullum ius habet in bonis delinquentis ante ſententiam.num.795.

Alienatio iure communi permittitur etiam poſt accuſationem ex communi.num.796.

Alienationem à die inquiſitionis citra impediri ex quorundam opin.num.797.

Alienationem fieri per reum,ſcilicet poſt accuſationem,vel ante intereſt.num.798.

Alienatio facta ante accuſationem non præſumitur violenta num.799.

Alienatio poſt delictum titulo gratuito, fieri poteſt tuta conſcientia.num.800.

Alienatio poſt delictum fit., pro alimentis. numero 801.

Alienatio poſt fit licitè poſt delictum, occultum tamen.num.802.

Alienatio poſt delictum in fraudem. num.803.

Fraus poſt delictum alienando ſemper præſumitur.

Alienatio ante delictum ex multis coniecturis arguitur fraude facta.

Fraus in alienante reperto infragranti præſumitur. num.805.

Contumax præſumitur fraude alienaſſe.nu.806.

Alienatio per delinquentium facta non annullatur ante declarationem.num 807.

Fraudis præſumptio tollitur alia præſumptione. numer.808.

Alienatio facta per delinquentem ex neceſſitate non dicitur in fraudem.num.809.

Manumiſſio liberorum poſt delictum non poteſt fieri num.810.

Manumiſsio liberorum poſt delictum abſque reuocatoria nulla eſt.num 811.

Alienatio facta per delinquentem tum eget reuocatorum,cum ipſo iure fit confiſcatio nu.812.

Alienatione domus deuaſtandæ ob delictum non obſtante ea deuaſtatur. num. 813.

Confiſcatio ipſo iure quando olim fieret.nu.814.

Adminiſtratio bonorum iure communi interdicta eſt in crimine hæreſis, ſodomiæ, læſa Maieſtatis. num.815.

Alienatio facta poſt delictum in dominio Mediolani,reuocatur ab emptore nullo pretio reddito.numer. 816.licet.

Delictum eſſet occultum.num.817.

Alienatio facta intra annum tenet.num. 818.

Alienatio poſt delictum tunc reuocatur à fiſco reddito pretio, cum conſtat eſſe verſum ad vtilitatem bonorum.num.819.

Alienationes poſt delictum neceſſariæ tenent. numero 820.

Datio inſolutum etiam poſt delictum fieri poteſt.numer.821.

Datio inſolutum modico pretio facta, poſt delictum non valet.num.822.cum ſeq.

Redimere poteſt fiſcus intra biennium,bona data inſolutum creditoribus.num.824.

Alienatio facta per reum delicti vt reparet alia bona valet.num.825.

Alienatio poſt delictum pro alimentis valet. numer. 826.& 827.

Alienatio poſt delictum fit pro ſatisfaciendo aduocatis etiam in cauſa appellationis.nu. 828. & 829.

Alienatio poſt delictum pro alimentis rei & aliis neceſsitatibus Mediolani fit cum ſenatus diſpenſatione.num.830.

Dotis conſtituendæ cauſa poſſe alienari bona poſt delictum.num.831.

Alienatio ex cauſa neceſſaria.poſt delictum,non præſumitur in fraudem.num.832.

Permutatio poſt delictum valet.num.833.

Alienatio poſt delictum tenet, ſi pretium extat. numer.834.

Permutantes poſt delictum non debere moleſtari niſi de fraude conſtet.num.835.

Alienatio ex cauſa antecedente delictum tenet. numer.836.

Alienatio poſt delictum, ſecuta abſolutione valet num.837.

Donationes factæ poſt delictum metu pœnæ reuocantur,num.838.

Alienationes licet valeant ab initio, ſecuta condemnatoria, reuocantur.num.839.

Donationes factæ vxori,vel in filium etiam ſine fraude,poſt delictum tamen,reuocantur.nu 840.

Alienationes poſt delictum, in dominio Mediolani non egent reuocatione.num.841.

Alienationes iure communi poſt delictum, ſuſpenſa per appellationem, officio poſtea iudicis reuocantur,ſecuta condemnatoria.num.842.

Appellationem à ſententia ob crimen hæres poteſt proſequi.num.843.

Alienatio ex regula tenet mortuo reo delicti, pendente appellatione.num 844.

Alienatio ante ſententiam iure ciuili,reuocatur iudicio,ordinario poſt vero officio iudicis. num. 845.

Alienatio valet poſt delictum de quo in caſu huius decreti ad fi.

Alienatio poſt delictum valet mortuo reo ante declarationem.

Alienatio valet poſt delictum vbi ipſo iure non fit confiſcatio.

Adminiſtratio bonorum dicitur interdicta cum fit ſequeſtrum.

Sequeſtro interdicitur alicui adminiſtratio.

Aliena-

Alienationes neceſſarias, pro ſatisfaciendis creditorib. non eſſe poſt delictum, iudicibus ordinarijs inhibendas.

Adminiſtratio bonorum reis regulariter non eſt interdicta.

Alienatio ex cauſa alimentorum conceditur Mediolani per Quæſtores.

Sequeſter dicitur habere penes ſe poſſeſſionem controuerſæ rei.

Creditoris non eſt actione perſonali agere contra reum delicti, & reali contra poſſeſſores bon. eius.

Magiſtratus per creditores rei ex delicto & confiſcati adiri debet, non iudices ordin.

Bannitus in contumaciam poterit teſtari de bonis alibi ſitis. num. 746.

Bannitus in contumaciam, ex clauſula ac ſi eſſet præſens, non poteſt teſtari. num 487.

Banniti teſtamentum irritatur, ſi capiatur. numero 848.

Damnatus ad mortem non teſtatur nec ad pias cauſas, nec hoc correctum auth. bona damnatorum. num. 849. cum ſeq.

Teſtamentum damnati ſuſtinetur ſi moriatur pendente appellatione. num. 851.

¶ Quod proprietatem.

794 POſt † delictum de iure communi regulariter poteſt fieri per reum alienatio ante ſententiam titulo maximè oneroſo, nec reuocantur alienata, niſi appareat contrahentem fuiſſe participem fraudis, & hoc quando bona non confiſcantur ipſo iure, nec eſt interdicta adminiſtratio, ita Bal. in l. inceſtas, num. 3. C. de inceſt. nupt. not. Angel. in l. ſi quis, num. 4. C. de bonis proſcrip. ſequitur Picus. dict. l. poſt contractum, nu. 78. Gomez. dict. tract. de delictis, capitulo 14. numero 4. verſicul. Si vero talis reus, Clarus ſuis communibus, in verbo, bona alienata per delinquentem poſt commiſſum, verſicul. ſed ſi accuſatio & dict. §. finali, quæſtione 78. verſicul. cæterum, in princip. quæ quidem concluſio, & regula, quod poſſit fieri alienatio poſt delictum fundatur potiſſimum illa ratione communi, quia reus interim non perdit adminiſtrationem bonorum, vt not. Picus, dict. l.
795 poſt contractum, num. 7. † & fiſcus in rebus accuſati nullum ius prætendere põt ante ſententiam, vt poſſit interim videri alienatio facta dolo, imò præſumitur potius innocentia, niſi aufugeret, Ita Alciat. dict. l.
796 poſt contractum, num. 5. † qua ratione ſtante ampliatur dicta regula, & concluſio vt procedat, ſiue alienatio fiat ante accuſationem, ſiue poſt, ſiue lite conteſtata, ſiue non, ante ſententiam tamen, & hoc ſecundum communem, de qua per Picum dict. l. poſt contractum, nume. 83. Io. Annibal, numer. 287. cum ſequent. & maximè. numer. 294. & Alciat. numer. 8. Gomez. dict. capitulo 14. numer. 4. verſic. ſed extende, Clar. dict. ſuis communibus, in verbo alienata per delinquentem poſt commiſſum, verſic. & prędicta, & dict. §. finali, quæſt. 78. verſic.
797 & hæc omnia, † quicquid teneant aliqui impediri alienationem à die inquiſitionis citra, ita Marſil. tenet tractat. bannit. in ver
798 bo alimenta, numer. 4. † verum in hoc differunt quod alienatiò fiat ante accuſationem vel poſt, quia ſi fiant poſt accuſationem, & reus fuerit contumax, alienationes omnes per eum factæ, etiam neceſſariæ nõ tenent, ita not. Picus d. l. poſt contractum num. 83. limitando vt per eum, & Ioan. Annibal ibi, numer. 289. & numer. 292. cum ſe-
799 quent. † alia & ſecunda differentia inſurgit, quia alienatio facta ante accuſationẽ, non præſumitur fraudulenta, niſi probetur per coniecturas ſupra notatas, ſed poſt accuſationem præſumitur ſemper facta metu pœnæ. Ita declarat Picus dict. l. poſt cõtractum, numer. 84. concurrente tamẽ alia coniectura, quia eſſet probatum delictum, vt ibi per Picum, num. 84. verſic. quod ego intelligerem, vbi, & Ioan. Annibal, numer. 290. & 291. ſequitur Clarus, dict. §. finali, quæſtione 78. verſicul. Et hæc, ibi, bene ve-
800 rum eſt. † Declaratur tamẽ hæc concluſio, & regula, vt delinquens poſt delictum non poſſit alienare titulo oneroſo cum bona conſcientia, cum poſſit à fiſco auocari abſque pretio, licet poſſet alienare titulo gratuito. Ita Gomez. tractat. de delict. capitulo 14. de confiſcat. bonorum, numero
801 3. verſicul. Et ex his. † Poſſet tamen fieri, etiam titulo oneroſo in duobus caſibus, primo pro alimentis neceſſarijs, vt ibi per
802 eum, verſiculo quod iterum limita. † Secundo quando eſſet delictum ita occultũ, vt non poſſit probari, vt ibi per eum, verſi
803 cul. item limita, † declaratur vlterius hæc regula, quod non procedat, quando dicta alienatio poſt delictum eſſet facta in fraudem fiſci expreſsè, vel præſumptiuè, quia tunc poſſet reuocari alienatio hęc à
804 poſſeſſoribus. † Et coniecturæ, quæ inducunt fraudem alienationis ante delictum, militant multo magis poſt delictum, ita notat Picus dict. l. poſt contractum, numer. 38. & numer. 83. vbi Ioan. Annibal. numer. 285. idem Gomez. dicto capitulo 14. nume. 4. verſ. quod intellige, not. etiã Clarus

dict.communibus ſuis,verſic. bona aliena-
ta per delinquentem poſt commiſſum, ver
ſic.ſed ſi alienatio,& d.§. fin.q. 78. verſ.cę-
805 terum,in prin. † fraus autẽ præſumeretur
quando quis deprehenſus in crimine, ſta-
tim alienaret,ita Alciat.dict.l.poſt contra-
806 ctum, numer. 29.ff.de donat. † præſumitur
etiam fraus, & in fraudem alienaſſe, qui
contumax eſt,& inſtituit fugam,ſi alienet,
ita Alciat.dict.l.poſt contractum, num.30.
807 † Non tamen annullatur contractus,& alie
natio antequam ſit contumax,vt ibi Alcia.
808 num.31. † tollitur autem præſumptio frau
dis per contrariam præſumptionem, vt no
809 tat.Alciat.dict.l. num. 34. † ceſſant autem
illæ coniecturæ,& præſumptiones fraudis,
vbi alienaret reus ex neceſſitate pro dote
filiæ, vel donaret propter benemerita, vel
alienaret pro redemptione coniũctorum,
vt not.Picus dict.l.poſt contractum,nume-
ro 79.comprobando numer.80. & numero
810 81. † Secundo declaratur non procedere
in manumiſſione liberorum, quia ea indi-
ſtinctè poſt delictum non poteſt fieri, ſiue
fiat bona fide, ſiue non, ex quo non poteſt
reuocari,ita not.Picus, dict.l.poſt contra-
811 ctum,numer.82. † nec eo caſu eſt neceſſa-
ria ſententia reuocatoria, declarando vt
per eum,num.94. & ibi,Io. Annibal, num.
812 7.cum ſequent.ff. de donatio. † tertio prin
cipaliter ceſſat dicta regula, & concluſio,
vt non habeat locum in caſibus, in quibus
cõfiſcatio fit ipſo iure,& facto, vel fiat reo
interdictio adminiſtrationis bonorũ, quia
tunc irrita fit alienatio, nec eſt opus reuo-
catoria actione per fiſcum, ſecundum com
munem,de qua per Picum,dict.l. poſt con-
tractum,numer.69. verſic. circa ſecundum
tempus,num. 72. & 73. vbi Ioan. Annibal,
num.222.& 223.& Alciat.numer. 18.& 19.
Boſſ. dict.tit.de bonorum public. numer.
76.vbi dicit ſic etiam caueri in ordinibus
antiquis,Foller.ſuper conſtit. regni, rubr.
de ſacr.Eccleſ.in textu,item ſtatuimus,nu.
5.Gomez.dict.capitul.14.num.4. verſ.præ-
dicta tamen,Clarus d.communibus, in ver
bo, bona per delinquentem poſt commiſ-
ſum,in princ.& dict.§.finali, quæſtione 78.
verſic. cæterum, ibi, ſed hoc intelligẽ, &
813 ibi, vbi vero. † Imò ſi bona delinquentis
ex ſtatuto debent deuaſtari, deuaſtantur
etiam,quòd ea delinquens vendiderit, ita
Brun.ſuper conſtitut. in verbo, bona, ver-
ſicul. ſtatutum quod bona malefactorum.
814 † qui autem ſint caſus in quibus bona ipſo
iure confiſcabantur de iure antiquo, not.
Clar. d.q 78.in prin.vnum etiam notat Cõ-
rad.Laud.d. ſua Praxi. §. 3. de public. bo-
norum, num.14. verſic. limita iterum, qui
per hoc decretum exprimuntur, vt omnes
comprehendat,ideo non mirum, ſi eodem
decreto ex verbis ſequentibus caueatur
alienationes omnes poſt delictum eſſe nul
815 las & irritas ipſo iure.† caſus autem in qui
bus interdicatur poſt delictum adminiſtra
tio bonorum ipſo reo facto, de iure com-
muni ſunt hæreſis, læſæ Maieſtatis, ſodo-
miæ, notatis per Clarum, dict. quæſtione
78.verſic.cæterum,ibi,quæ autem, relatiuè
ſe referendo locis ſuis,qui caſus ſunt om-
nes comprehenſi in hoc decreto,ex quo,ip
ſo iure, à die criminis confiſcantur, & in-
corporantur fiſco,& ſic pariter adminiſtra
tio interdicitur, vt ſupra notatum, in ver-
816 bo, ipſo iure. † ampliatur autem hæc ter-
tia limitatio vt procedat quòd alienatio
facta poſt delictum, quando bona confiſcã
tur ipſo iure,vel interdicta eſt adminiſtra-
tio,quod irritetur, & reuocetur per fiſcum
etiam quod emens, & acquirens ſit igno-
rans,& ſine fraude emerit, quia reuocatur
alienatio nullo etiam ei reſtituto pretio,
ita not.Picus,dict.l.poſt contractum,nume
ro 69.verſicul.ex quo infero Boſſ. dict. tit.
de bonorum publicat.numer. 76. in princ.
817 † quæ ampliatio procedit etiam ſi delictũ
eſſet occultum, vt not. Picus, dicta l. poſt
818 contractum,numer.70.† tamen hoc reſtrin
gitur per hoc decretum, in fine, quando
fieret alienatio intra annum, vt ibi dice-
819 tur, † tenetur tamen fiſcus ad pretium, vbi
ſit in bonis delinquentis, vel verſum ad eo
rum vtilitatem, vt ſignanter declarat Boſſ.
tit.de bonorum publicat.num.77.& tit. de
bitores an delinquent. numer. 6. circa fi-
nem, verſicul. nec ad hoc ſomnians. Hæc
autem principalis tertia declaratio reci-
pit ex iuris communis diſpoſitione ali-
quas declarationes, & limitationes quòd
imò etiam poſt delictum vbi bona ſint ip-
ſo iure confiſcata, vel adminiſtratio inter-
dicatur reo, nihilominus poſſit reus alie-
nare bona in aliquibus caſibus, quæ tene-
820 ret. † primo ſi alienaret neceſſario, vel eſ-
ſent alienationes neceſſariæ,vt not.Io.An-
nibal in l.poſt contractum, numer. 25.ff.de
donatio.Gomez. dict. capitulo 14.num. 4.
verſiculo vnde poterit,etiam in crimine lę
ſæ Maieſtatis, ita Picus dict. l.poſt contra-
ctum,numero 76.ff. de donatio. Boſſ. titul.
debitores an delinquent. num. primo, ver-
ſic.ſed ipſi, declarando,vt per Ioan. Anni-
bal dicta leg. poſt contractum, numero
263. cum ſequentib. pluribus. † Hinc
inferunt Doctores poſſe hoc caſu etiam bo
na hæc ipſo iure cõfiſcata, & in quibus eſt
inter-

interdicta adminiſtratio dare inſolutum creditoribus etiam poſt ſententiam condemnatoriam, vel declaratoriam confiſcationis, ita Picus, dict. l. poſt contractum, numero 88. vbi Ioan. Annibal, numer. 314. & ſequent. Boſſ. d. titu. debitores an delinquent. numero primo, verſicul. vnde etiã, Clarus dicto §. finali, quæſt. 78. verſic. ſcias
822 etiam, † quod tamen declaratur duobus modis, primò, niſi pro modico pretio data fuiſſet inſolutum res maioris valoris, quia quod eſſet vltra, reuocaretur, ita Picus dicto loco, numer. 91. vbi Ioan. Annibal, numer. 317. & 318. & Boſſ. dicto loco, verſicu.
823 niſi tamen, † ſecundo declara, vt procedat ſi delictum eſſet probatum, aliter quã per confeſſionem rei, quia tunc argueretur fraus, & datio inſolutum præſumeretur ſimulata, ita not. ibi Picus, nu. 91. verſ. limita ſecundo, vbi Ioan. Annibal, numero 319. & Boſſius dict. numer. primo, verſicul. oportet tamen, vbi ſignanter, tamen per verba pgnantia huius decreti, non permittitur talis alienatio per reum, ſolum excipiendo caſum, quando fieret alienatio, titulo oneroſo poſt annum bona fide, vbi tamen crimen eſſet occultum, & in hoc caſu tantum procederent dictæ limitationes, & declarationes, ſed ſeruatur quod poſitis bonis ad proclama ad formam decreti ſupra, titulo de offic. Quæſtor. Extraord. vbi contra dicatur per creditores facta liquidatione eorum creditorum contra fiſcum prius, dein inter eos, quo ad prioritatem, & poſterioritatem, dantur bona inſolutum ad concurrentem quantitatem eorum credi-
824 torum, & ita practicatur, † quibus datis inſolutum competit fiſco, ius redimendi talia bona intra biennium ex decreto, de quo meminit Boſſ. ſua Praxi, titul. de fiſco, & eius priuileg. numer. 79. de quo dubitat an ſit ſublatum per nouas conſtitutiones,
825 vt per eum, † infertur ſecundum ex hac cauſa neceſſaria poſſe reum alienare bona, vt reparet, & conſeruet alia pariter, quæ cadunt in confiſcatione, vt not. idem Gomez. dict. capitulo 14. numero 4. verſiculo item poterit, verũ hoc non ſeruatur Mediolani, ſed Magiſtratus conſultus, & monitus prouidet, permittendo alienationem, vel
826 aliter, † tertio infertur ex hac neceſſitate poſſe reum alienare pro alimentis ſuis neceſſarijs, vt not. Ioan. Annibal, in dict. l. poſt contractum, numer. 268. ad finem. ff. de donatio. vbi etiam Alciat. numer. 19. declarando vt per eum, ibi, & numer. 20. Gomez. dict. cap. 25. num. 3. verſic. quod iterum limita, & numer. 4. verſicul. item poterit.

827 † Quod fieri poſſe etiam poſt ſententiam, not. Picus, dict. l. poſt contractum, num. 89. & 90. declarando vt per eum, ſed hoc pariter ceſſat Mediolani, ex quo recurritur ad Magiſtratum, vel Senatum, qui prouidet, vt ſupra notatum, in verbo, Pariterq;
828 apprehenſa ſint. † Quarto inferunt etiam Doctores ex hac neceſſitate poſſe eum alienare pro defenſione ſua, & pro parandis aduocatis, & ſcripturis, vt reus poſſit ſe defendere ab imputatione delicti, de quo impingitur. ita not. Picus, dict. l. poſt contra-
829 ctum, numer. 71. & 72. † ampliando id etiã fieri poſſe poſt ſententiam, vbi pendeat appellatio, vt ibi, numer. 89. & 90. vbi ſignanter, idem Ioan. Annibal ibi, num 316. & Alciat. numer. 19. declarando vt per eum, numer. 20. ff. de donat. Boſſ. dict. titul. de bonorum publicat. num. 76. verſic. quarto in-
830 tellige, † tamen quod non poſſit fieri alienatio etiam ex cauſa neceſſaria, quando dominium eſt amiſſum ipſo iure, prout cauetur ex decreto hoc, licet aliqui teneant in contrarium, & quod non teneat alienatio eo caſu, licet Fiſcus non audiatur, niſi reſtituat pretium, not. Alçiat. d. l. poſt contractum, num. 19. verſicul. vnde inferunt, & nu. 20. ff. de donatio. vnde in dictis caſibus omnib. practicatur Mediolani, quod recurratur ad Magiſtratum, vel Senatum qui prouidet ex fructibus bonorum confiſcatorum, vt notatum ſupra, dict. verbo, pa-
831 riterque apprehenſæ ſint, † non diceretur tamẽ in omnem caſum alienatio ex cauſa neceſſaria, vbi fieret pro dotę filiæ ex diſpoſitione iuris communis, vt in his terminis, not. Picus, dict. l. poſt contractum, numer. 74. & 75. licet ſentiat in contrarium, nu. 81. ratione vt per eum, ibi, & Alciat. numer. 19. vbi dicit poſſe fieri, vbi onus ſpectet ad fiſcum dotandi, declarando vt per
832 eum, numer. 20. † licet pro neceſſitate vbi alienaret, veluti pro dote filiæ, vel donet propter benemerita, vel pro redemptione coniunctorum, ceſſent coniecturæ fraudis, vt not. Picus dict. l. poſt contractum, num. 79. comprobando, numer. 80. & 81. ff. de donatio. quòd ſeruit ad notata ſupra, quando præſumuntur coniecturę fraudis, tam ante
833 delictum, quam poſt, † ſecundo principaliter declaratur per ſcribentes dicto iure communi inſpecto dicta tertia limitatio vt non procedat, quando reus permutaret bona fide, & abſque fraude bona confiſcata, cum alijs, quæ loco confiſcatorum remanerent obnoxia confiſcationi, tenet per-
834 mutatio, † idem ſi bona confiſcata, ſint vendita, & pretium, vel quid æquiualẽs ſit

S 2 in bo-

in bonis confiſcatis,vt teneatꝰ vẽditio, not.
Clar.dict.§.finali,quæſt. 78. verſ. contingit
aliquando ibi, reſponde quod ſi.reus, vbi
dicit hanc communem,& ſic iudicatum ali
quando per Ill. Magiſtratum in facti con-
835 tingentia, † nec etiam hoc caſu moleſtan-
dos poſſeſſores rei permutatæ, vbi fraus
colligi non poteſt, & hoc per textum, l.im
perator, § final.ff. de leg. 2. quod iure ſua-
dente cenſeo iudicatum, cùm ceſſet præiu
dicium fiſci, prout decretum hoc limitate
836 loquitur, † tertio declaratur vt teneat alie
natio, vel inſtrumentum alienationis, etiã
poſt ſententiam, vbi ante delictum promi-
ſiſſet delinquens venditionis inſtrumentũ
facere, & eſſet tranſlatum dominium per
eum ante delictum, alias non, vt ſignanter
docet declarando Nellus, tractat. bannit.
prima parte, ſecundi temporis, quæſtio.
78. ſequitur Afflictus in Conſtitut. Regni,
rubr.prima, de pœnis contumac. numero
22.verſicul.ſed vltra, lib. 2. quod non dici-
tur prohibitũ per hoc decretũ ex quo nul-
lum præiudicium infertur fiſco, nec ratio-
837 ne proprietatis, nec poſſeſſionis, † quarto
declaratur hęc limitatio tertia principa-
lis vt teneat alienatio etiam poſt delictũ,
vbi bona fide, oriretur acquirenti ex pa-
cto publico, veluti, ſi lata ſit ſententia ab-
ſolutoria ad fauorem delinquentis, licet eſ
ſet dein detectum delictum, quia aliena-
tiones tenerent medio tempore factę, cum
etiam dein ſententia tranſiret in iudicatũ
ex decreto ſupra, titul. de accuſatio.capi-
tulo a ſententia,& ita fuiſſe iudicatum per
Illuſt.Magiſtratum,not.Boſſ.dicto titul. de
bonorum publicat.numero 76. verſicul.ſe-
cundo intellige, quod magis haberet lo-
cum, vbi alienatio fuiſſet facta poſt an-
num, exiſtente adhuc delicto occulto, vt
infra cauetur verſicul.finali, Et hæc ſunt no
tanda valde.
838 † Donationes autem factæ poſt deli-
ctum ſine metu pœnæ, regulariter de iure
cõi tenent, & valent, ſed ſi adeſſet metus
pœnæ, tunc poſſent reuocari per fiſcum,
ita not.in text.dicta leg.poſt contractum,
vbi, Picus, latè, numero 8. 10. 11. 12. &
65. Alciat. numero 4. & 6. ff. de donatio.
839 † prout etiam reuocantur aliæ, quæ tenent
à principio ſequuta ſententia condemna-
toria, ita not. Ioan. Annibal in l. poſt con-
tractum, numer. 13. cum ſequent. vſque ad
840 numerum, 18. ff. de donatio. † irritantur
pariter donationes per maritum vxori, pa
trem filio in poteſtate poſt delictum factæ,
etiam ſine metu pęnæ, & fraude, ita Imo-
la, in leg. poſt contractum, numero 3. verſi-
culo, ſed gloſſ. vbi Picus, numer. 65. & 68.
ff.de donatio. Boſſ. refert dict. titul. de bo-
norum publicat. numero 52. verſicul. & ſic,
Ioann. Annibal l. poſt contractum numero
214. & 215. ff. de donatio. declarando, vt
841 per eum ibi, † poſt ſententiam autem con-
demnatoriam, vel declaratoriam, vbi ſen-
tentia, non poteſt ſuſpendi per appellatio
nem, prout eſt in hoc dominio per memo-
ratum decretum ſupra titul. de accuſatio.
capitulo à ſententia, alienatio omnis fa-
cta ipſo iure nulla eſt, etiam inſpecto iu-
re communi, adeo quod non ſit opus ali-
quã reuocatoria actione, ita Picus dicta
leg. poſt contractum, numero 85. vbi Ioan.
Annibal, numero 295. vbi enumerat caſus,
in quibus non ſuſpendatur executio per ap
pellationem, & numero 301. & 302. vbi
etiam Alciat. numero 9. ff. de donatio.
Clar. dict. communibus, in verbo, aliena-
ta per delinquentem poſt commiſſum, ver-
ſiculo, alienatione vero, & dicto §. finali,
quæſtione 78. verſicul. ſi vero alienatio,
842 † ſed ſi ſententia ſuſpenderetur per appel
lationem, poſſent quidem iure communi
inſpecto fieri alienationes, ſed deinde ſe-
cuta ſententia condemnatoria, reuocaren-
tur per officium iudicis, ita not. Picus, di-
cta leg. poſt contractum, numero 86. vbi
Ioan. Annibal, numer. 300. cum ſequent.
vbi etiam Alciat. numero 10. & 11. ff. de do
natio. Gomez. dict. capitul. 14. numer. 4.
verſicul. quod extende, idem Clar. dict. ſuis
communibus, dict. verbo bona alienata per
deliquentem poſt commiſſum, verſic. alie-
natione vero, & dicta quæſtione, 78. ver-
843 ſicul. ſi vero alienatio, † & ſi moreretur
condemnatus infra tempus ad appellan-
dum, poſſet hæres appellare, & proſequi
appellationem, vt not. Ioan. Annibal. dict.
leg. poſt contractum, num. 298. & 299. ff. de
844 donatio. † regulariter autem teneret alie-
natio ſi moreretur poſt appellationem in-
terpoſitam, cum non poſſit procedi con-
tra mortuum, ita Alciat. dicta leg. poſt
contractum, numero 91. vnde inſurgunt
binæ vtilitates iure commun. inſpecto,
845 † prima quia ſi alienatio ſit facta ante ſen
tentiam etiam poſt delictum, non poſſet
alienatio reuocari, niſi fiſcus tentaret re-
uocatoriam etiam probata fraude. Secun-
da vtilitas illa ſe offert, quia alienatio an-
te ſententiam reuocatur per ordinarium
iudicium, poſt ſenteniam autem per offi-
cium Iudicis, has duas vtilitates notat Pi-
cus dicta leg. poſt contractum, numer. 86.
verſ. reſponde quod vtilitas. Tamen hæc di
ſtinctio ceſſat in decreto noſtro. vbi bona

nom

non poſſunt alienari poſt delictum, ex quo
confiſcantur ſtatim à die delicti ipſo iure,
& interdicitur reo adminiſtratio per incor
porationem, & apprehenſionem, quæ ha-
betur pro facta per fiſcum, vt ſupra notatũ
latè, cum declarationibus tamen ſupra no-
tatis in alienationibus quæ firmæ remanẽt
etiam factæ poſt delictum, in terminis hu-
ius decreti, quæ militant etiam in aliena-
a tionibus poſt ſententiam. a
845 † Condemnatus autem per ſententiam
ad mortem, ſi fuit condemnatus in ab-
ſentia ex forma ſtatutorum, quæ commu-
niter vigent in Italia, poteſt teſtari ſecun-
dum formam iuris communis, non ſtatuto
rum illius loci, à quo fuit condemnatus,
& bannitus, diſponendo de bonis, quæ
non veniunt in confiſcatione, de quibus
late ſupra, ita notat Nellus tractat. bannit.
prima parte, ſecundi temporis, quæſtio.
847 52. † quod habet locum etiamſi adſit ſta-
tutum, quòd contumax habeatur pro con
feſſo, & poſſit condemnari ad mortem, niſi
adſit clauſula, ac ſi eſſet præſens; quia tunc
efficeretur ſeruus pœnæ, neq; poſſet teſta-
ri, ſicut nec præſens damnatus. Ita Pra-
ctic. ſua forma inquiſit. verſiculo tranſeat.
numero 3. Nellus dict. prima parte ſecun-
848 di temporis, quæſtione 53. † ſuſtinetur
autem teſtamentum banniti, & condem-
nati in abſentiam, ſi moriatur antequã ca-
piatur à iudice, nec contra eum facta ſit
executio banni, alias irritatur, quia per ca-
pturam ſit ſeruus pœnæ, ita quod non poſ
ſet tunc teſtari. ita not. Bald. leg. data
opera, numero 56. ad finem, C. de his qui
accuſa. non poſſ. Nellus dicta prima par-
te ſecundi temporis, quæſtione 54. decla-
rat Boſſ. dicto titulo banniti quid amit-
849 tant, numero 11. 12. & 13. † nam damnatus
ad mortem non poteſt teſtari, nec ad pias
cauſas, ita Alberic. tractat. ſtatut. lib. 2. quæ
ſtione 22. numero primo, & ſecundo cum
addit. ibi, Practic. dicta forma inquiſit. in
princip. numero 3. Socin. reg. 107. banni-
tus, limitando vt per eum, Mantua ſingul.
850 144. † nec hoc correctum per authent. bo-
na damnatorum, C. de bonis proſcript.
per quam ſolum deferuntur bona damna-
torum, ab inteſtato deſcendentib. & aſcen
dentibus, & alijs, ibi expreſſis, vſq; ad ter-
tium gradum. ita Alberic. dict. libr. 3. ſuper
851 ſtatut. quæſtio. 22. num. 3. & 4. † ſuſtinetur
etiam teſtamentum damnati præſentis, vbi
appellauerit à ſententia, vel moriatur in-
tra tempus appellandi, vt not. Alberic. d.
tract. ſuper ſtatut. lib. 3. quæſt. 22. Didac. Co
uar. tract. practic. quæſt. cap. 23. num. 1. ver-
ſic. &

ADDITIO.

a Valebit alienatio in caſu de quo ad finem huius decreti, ſecundum Bar. in l. poſt contractum num. 12. de donat. Salic. in l. ſi quis poſthac ſub nu. 8. C. de bonis proſcript. Boſſ. de bon. public. num. 76.

Valebit etiam vbi non ſequatur declaratoria viuente delinquente; quoniam empto ri nullum fieri poteſt præiudicium nec reſpectu proprietatis, nec poſſeſſionis, vt ſupra de offic. Quæſtor. Extraordin. §. omnia ad finem & eſt text. in c. cum ſecundum de hæretic. in 6. cum allegatis in ſpecie huius decreti per Curt. Senior in conſil. 59. numero 7. Boſſ. dict. numero 76.

Idem quando ipſo iure non fieret confiſcatio, ſed iam porrecta eſſet accuſatio, & lis conteſtata, in ijs tamen criminibus pro quibus à lege interdiceretur adminiſtratio, vt in leg. iudiciorum, de accuſatio. & in dict. l. final. de requiren. reis. dicitur etiam interdici adminiſtratio quando bona ponuntur in ſequeſtro, gloſſ. in leg. reo de ſolut.

Ex his inferri poteſt ad deciſionem quæſtionis de facto accuſabatur quis de homicidio, qui poſt factam bonorum deſcriptionem comparuit. pendente defenſione creditores impetebant coram iudice ſuo. Magiſtratus inhibuit iudici ne procederet, petebant creditores à Senatu, vt ſuæ proſpiceretur indemnitati. aditus ab vno ex Fiſcalibus Magiſtratus reſpondit ex futuro euentu pendere, an ipſe futurus iudex ſit, vel ne interea nullas eſſe eius partes, & non niſi per modum prouiſionis poſſe creditoribus ſolutionem fieri, apud ordinarium reſoluendam. dicebat grauiſſimus Senator abſolutè creditoribus ſolui debere, quia actus eſt neceſſarius, non voluntarius, per tex. in l. final. §. ſin autem. C. de petitio. hæredit. & Salicet. dict. numer. 9. vbi multa alia videnda.

De iure vero communi poſſet ipſemet reus ſoluere creditoribus leg. cum nec illud de ſolut. quia reis regulariter non eſt interdicta bonorum adminiſtratio. leg. auferetur §. in ream de iure fiſci. ſtantibus tamen decretis iſtis, eam facere ipſe non poſſet, ſed iudice authore omnia eſſent expedienda. Ideo ſolet reus ad Magiſtratum recurrere pro releuatione fructuum in cauſſam ſumptuum & alimentorum. Si igitur de iudice quæratur, dicendum eſt, quod cum fiſcus poſſeſſionem apprehendat, quam mox in ſequeſtro ponit, tanquam de re adhuc controuerſa, ea poſſeſſio penes ſequeſtrum interea manet, leg. licet depoſ. Aretinus in l. intereſſe de acquiren. poſſeſſ. D. Menoch. retinen. poſſeſſ. remed. 3. numero 39. atque ideo vnus non poterit dici poſſeſſor, alter petitor, vt ſit in creditoris electione in perſonalibus vnum vel alterum conuenire, in realibus vero ſolum poſſeſſorem iuxta text. in dicto §. ſin autem cum ibi not. ſed vterque conueniendus erit, cum ius æquale vtriuſque ſit l. 4. §. ſi duo. ff. ſi cum plus quam per leg. Falcid. Cum vero Magiſtratus ſit dignior ordinatio, ad Magiſtratum accedendum eſſe dixit Felyn. in capitulo paſtoralis numero 4. de reſcript. ſecus eſſet ſi delinquens remaneret poſſeſſor, quia res nondũ deducta eſſet ad iudicium, & tunc ſeruaretur dictum Saliceti.

ſic.& omnium,Et hoc vbi poſſit appellari, quod vetitum, per decretum allegatum toties.

t Vel poſſeſſionem reſpiciat.

EAm ſcilicet alienando in præiudicium fiſci,vt ex verbis ſequentibus reſtringitur.

SVMMARIVM.

Alienatio cuius extat pretium cum vtilitate fiſci, etiam poſt delictum valet.num.852.
Permutatio poſt delictum valet,
Alienatio ſub conditione,licet poſt delictum, ſecuta abſolutoria valet 853.
Fraus fit fiſco cum lucrum repudiatur ſed contra. num.854.
Repudiari poteſt hæreditas delata etiam in præiudicium fiſci.num.855.
Confeſsiones factæ per reum colonis,niſi conſtet de numeratione,non valet.num.856.
Confeſsio auctoris nocet ſucceſſori.nu.857.
Fraudis ſigna.num.858.
Fraus facilius præſumitur in liberationibus.numero 859.
Confeſsio damnati ad mortem quod furatus ſit, fiſco præiudicat.num.860.
Solutio facta reo delicti tenet vbi adminiſtratio ex ſtatuto non interdicitur.num.861.
Solutio bona fide facta poſt delictum occultum tenet. num.862.
Solutio facta reo delicti etiam ex decreto Mediolani, ex cauſa alimentorum,& ſcripturarum tenet, num.863.
Solutiones ante delictum etiam anticipatæ,tenent.numer.864.
Solutio facta ante diem per colonos præiudicat ſucceſſori licet ſit fiſcus.num.865.& 866.
Solutio facta fugitiuo non valet, num.867.
Conductor tenetur iterum ſoluere quod ante diem vſufructuario mortuo ſoluit. num. 868.
Soluentes ignoranter bannito, liberantur, numero 869.
Soluentes bannito bona fide, liberantur licet ipſo iure confiſcato.num.870.
Fictabiles coacti à bannito ſi ſoluant liberantur. numer.871.
Bannito ſoluitur tuto per creditorem, qui vbiq; conueniri poteſt.num.872.
Solutio facta ex pacto licet confiſcarentur bona,non valet. num. 873.
Soluitur recte, fiſco, publicatis iuſto bonis. numero.874.
Soluitur malè fiſco, cum publicatio eſt iniuſta.num. 875.& 876.
Solutio facta coactè in iniuriam creditoris valet.numero 877.
Solutio coacta dicitur quæ fit mandato tyranni. numer.878,
Solutio facta exactoribus tyranni valet, cum debitor non eſt in mora.num.879.780.
Exactores tyranni, non tenentur de exactis verſus veros creditores,

u In præiudicium fiſci.

852 SEcus † ſi nõ verſetur eius præiudicium, poteſt enim exemplificari in alienatione bonorum confiſcatorum vel per viam emptionis, vel permutationis ex quibus tantundem,vel pretium ſit in bonis cõfiſcatis,vt ſupra notatum,& firmat Marſil.tract. bannit.in verbo,alimenta,n.107.Clarus dicit ſic iudicatum,quandoq; per Illuſt. Magiſtratum,in d.§.finali, quæſt.78.verſ. con-
853 tingit aliqñ. † Secundo poteſt exemplificari,vbi bona fuiſſent publicata ſub conditione,licet enim alienatio non teneret in præiuditium fiſci,vt not.Afflict.in Conſtit.Regni,rub.2.de pœnis:contumat,num.20.ver ſic.tertio quæro, tamen ſi ſecuta alienatione ſequeretur abſolutoria reo,confirmaretur alienatio; ceſſante inhabilitate, vt ibi per Afflictum.nu.21.&22.lib. 3.
854 † Debitor quoque fiſci non ſolum non poteſt alienare in fraudem fiſci, ſed etiam non lucrari, vel non quærere, per textum, in l.in fraudem, in principio. ff. de iure fiſci, qui textus videtur contrariari. l. cum quidam,ff.eodem titulo,vbi dicitur non videri fiſcum fraudare,qui non lucratur, pro concordia autem illorum textuum, gloſa magna d.l.in fraudem,in principio,nititur dare diuerſas ſolutiones, verũ melius placet concordantia tradita per Boſſ.d. tit.de bonorum public.num.26.verſ.ſed tamen vlterius,vbi dicit quod dict.l.in fraudem,loquitur in debitore iam facto fiſci,dicta autem l.cum quidam, in reo accuſato adhuc nõ damnato,qđ quidẽ eſt de mente Pici id clarius explicantis dict.l.poſt contractum, num.106.vbi Io.Annibal,num. 321.vſq; ad
855 numerum 327. ff. de donat. † poteſt igitur hereditatem ei delatam etiam in præiudicium fiſci repudiare, ita Ioan.Annibal, dicta l.poſt contractum,numer.284. ff.de donatio, & ſupra notatum, in verbo iura.
856 † Confeſsiones quoq; factæ per reum, cuius bona ſunt publicata, & confiſcata, colonis, vel alijs in quibus non apparet de vera numeratione, ſicut non præiudicãnt creditoribus etiam futuris, ita etiam non præiudicãt fiſco, qui poſtea ſucceſsit

tali

tali confitenti, vt liberentur debitores hi;
etiam ſi eſſent factæ ante delictum, ſed pau
lò ante, vbi adſint ſigna fraudis, aliàs non,
ita Boſſius dicto tit. debitor an delinquen-
ti ſoluat, num. 1. verſic. & ideo, & latius,
857 numero 10. vſque ad finem, † nam confeſ-
ſio authoris regulariter nocet ſucceſſori-
bus etiam ſingularibus, ita Crauet. conſil.
29. in princ. Borgu. deciſ. 18. num. 9. & 10. &
deciſ. 45. in addit. numero 4. not. Caſtr. con
ſilio 24. numero primo. volumine primo.
858 † Quæ autem ſint ſigna fraudis, notat rela-
859 tiuè ibi verſic. & ſigna fraudis. † Et quod
difficilius colligatur fraus, quando con-
feſſio tendit ad liberandum, quàm ad obli-
gandum, notat ibi, circa finem, verſic. eſt
860 verum. † Confeſſio autem damnati ad mor
tem, quod furto ſubtraxerit alicui, vel vſu-
ras receperit, præiudicat fiſco, quia in mor-
te non præſumitur mentiri in fraudem fi-
ſci, ſecundum notata per Baldum, conſilio
476. num. 2. volum. 5. Crauet. conſilio 118.
numero 8. ita Plot. dicto conſilio 30. nu-
mero 89.

861 † Delinquenti autem poſt delictum bo-
na fide exiſtente in reatu per debitores po
teſt tuto ſolui, quando ipſo iure bona non
ſunt confiſcata, vel non ſit interdicta admi-
niſtratio regulariter, dempto crimine læſę
maieſtatis, in quo nō rectè ſoluitur per de-
bitores reo, niſi occaſione alimentorū ſuo-
rum, vel ſcripturarum causa defenſionis
eius, ita not. Boſſ. d. titulo debitor. an de-
linquent. numero 1. & numero 6. verſiculo
facit ad prædicta, ſequitur Afflictus tract.
feudorum, verſic. & bona, num. 14. Tiraq.
l. ſi vnquam, in verbo reuertatur, num. 365.
C. de reuocand. donat. vbi tractat relatiuè,
an poſſit ſolui etiam poſt ſententiam, idem
Gigas tract. de crimine læſæ maieſtatis. lib.
2. Rubr. de pœnis committ. quæſt. 27. num.
862 primo. † Poteſt etiam tutè ſoluere delin-
quenti in crimine læſæ maieſtatis, vbi non
eſſet delinquens accuſatus, inquiſitus, vel
denunciatus, & delictum nō ſit notorium,
ex quo debitor ſoluens illud probaliter
ignorabat, vel potuit ignorare, ita not. Gi-
gas, dicta quæſtione 27. numero 2. compro-
bando numeris ſequentibus, vſque ad finē.
863 † Vbi autē bona ſunt confiſcata ipſo iure,
vel interdicta adminiſtratio, prout ex de-
creto noſtro cauetur, & ſupra latè notatū,
tunc non rectè ſoluit debitor delinquenti,
niſi ratione alimentorum, ſcripturarum, &
defenſionis, vt Boſſ. dicto tit. debitores an
delinquent. numero primo. verſiculo dixi
864 quod. † ante delictum autem ſolutiones tu
tè fieri poſſunt per debitores delinquenti,
ex quo bona non ſunt publicata, nec inter-
dicta adminiſtratio ei, ſi iam euenit dies
ſolutionis, vel etiam ſi non aduenerit, vbi
fraus non poſſit conijci, per tradita per
Anchar. conſilio 387. Tria principaliter,
num. 40. refert ſequendo, Boſſ. dicto titulo
debitor an delinquent. num. 2. vbi dicit ſic
865 Magiſtratū obſeruaſſe. † Regulariter enim
Coloni, & debitores, qui tenentur in diem
ſoluere, ſi ſoluant ante diem, dein ſuccedē-
te alio domino tempore euentus diei, libe
rantur, vbi vera numeratio interuenit, ita
Boſſ. titulo debitor, an delinquenti, num. 6.
866 rationibus vt ibi per eum, † quod etiā ha-
bet locum ſi fiſcus ſuccedat creditori, cui
ſit ſolutum ante tempus, quia dicitur ſuc-
cedere in ius priuati, vt ibi per eum, nume-
867 ro 6. verſiculo, & ſicut, † Limitatur primo,
quando ſoluerent paulo ante delictum, vel
quando creditor eſſet in ſtatu fugæ poſitis
calcaribus fugiendi, quia tunc non libera-
retur, vti facta ſolutione in fraudem, co-
geretur iterum ſoluere, licet darentur ei
inſolutum tot ex bonis illius creditoris,
quòd tamen in colono ignorante, & non
participe fraudis, non tam facile admitti-
tur, Boſſ. dicto loco, numero 6. verſiculo
aduerte tamen, id diſcutiendo per duas
868 columnas. † Limitatur ſecundò, vt non ha-
beat locum, vbi alio iure perueniant bona
in fiſcum, quam iure confiſcationis, veluti
ſi Princeps ſit ꝓprietarius, & finiatur vſu-
fructus alicuius, vel ſit Dominus directi
Princeps, & vtile conſolidetur cum dire-
cto, quia tunc fructus ſecundi anni perti-
nent ad proprietarium, & ſi conductor ſol
uit ante tempus vſufructuario, vel feuda-
tario domino vtili, & ſuccedat dein fiſcus,
vel Princeps, vbi fructuarius non ſit ſoluen
do, vel feudatarius tenetur conductor ite-
rum ſoluere, ita Boſſ. dicto titulo debito-
res, an delinquent. num. 7. 8. & 9.

869 † Debitores autem ſoluentes bannito
bonis eius publicatis ignorantes bannum,
liberarētur, ſecus ſi illud ſciuerint, ita not.
Bald. loquens de depoſitario banniti dein,
870 in Rubr. C. de depoſit. num. 8. † Ampliādo
etiam in caſibus, in quibus reo eſt interdi-
cta adminiſtratio, vel dominium ipſo iure
amiſſum, ita ampliat Alciat. d. l. poſt con-
tractum, numero 21. verſiculo nam & lex,
871 † liberantur etiā fictabiles ſi ſoluerint ſciē-
ter bannitis reuerſis in patriam, & qui oc-
cuparunt prouinciam exprimentes pecu-
nias à fictabilis etiam ſuis, ita not. Boſſ. di-
cto tit. debitor an delinquent. num. 4, decla
rando vt per eum, & num. 5.
872 † Alienato quoque feudo per reum ante
deli-

delictum tertio cum pacto, quod teneretur quotannis dare certum annuum redditum; & pro eo poſſet conueniri vbique locorum, ſi ille alienans banniatur cum publicatione bonorũ, poteſt tutè ille tertius ſoluere bãnito extra patriam ſuam, ex qua bannitus fuit, rationibus vt per Alciatum l. poſt contractum, num. 66. & 67. † fallit ſi pactum fuiſſet quod ille tertius teneretur etiam in caſum confiſcationis ſoluere; quia vti in fraudem facta alienatio poſſet à fiſco reuocari, ita Alciatus, ibi, num. 77. verſiculo quod ſi.

873

874 † Bonis autem iuſtè alicuius publicatis debitor delinquentis liberatur ſoluendo fiſco, ita Bart. in l. creditor, num. 2. verſiculo ſi vero non habebat. ff. de ſolut. refert Boſſ. d. tit. debitores an delinquent. num. 3. verſiculo breuiter dic, & hoc quando eſſet in mora debitor ſoluendi, vbi iuſta eſt publicatio, vt ibi dicto num. 3. verſiculo & quia.

875 † Secus ſi eſſet publicatio iniuſta, & debitor ſit in mora, vt ibi per Boſſ. num. 3. verſ. aduerte tamen, declarãdo vt per eũ, † alias liberatur debitor, etiamſi iniuſta ſit confiſcatio, vbi non ſit in culpa, vel mora, vt not. Boſſ. ibi, num. 5. verſiculo & ad hoc faciunt, † vbi autem bona non ſint alicuius publicata, vbi debitor cogatur à tiranno ad ſoluendum in iniuriam creditoris, non debitoris, liberatur debitor, ita Boſſ. dicto tit. debitor. an delinquent. num. 3. verſiculo ſi vero bona, † vbi notat dici coactam eſſe ſolutionem, ſi fiat ex mandato generali, vel ſpeciali tiranni, qui vim, & metum poteſt inferre, vt ibi per eum, & verſic. & vide ad probandum, † limitando niſi debitor ſit in mora ſoluendi, ibi verſic. aduerte tamen.

876

877

878

879

880 † Exactores quoque publici à tiranno conſtituti exigendo à diuerſis pecunias, dando tiranno, nil penes eos retinentes, debent etiam ipſi liberari, vt not. Boſſ. dicto loco num. 5.

SVMMARIVM.

Præſcriptio admittitur contra tertios cauſam à fiſco habentes. num. 881.

x Vel habente datum ab eo.

881 VEluti † quia in aliquem translata ſint, vel tit. lucratiuo, vel oneroſo bona confiſcata, quod priuilegium tamen non habet tertius, in præſcriptione bonorum confiſcatorum, quia licet aliqua præſcriptio non admittatur contra fiſcum, tamen admittitur contra tertios, etiam cauſam habentes à fiſco, ita Plot. dicto conſilio 30. numero 100. & ſupra notatum, in verbo hinc abſtinere.

SVMMARIVM.

Ipſo iure, & facto clauſula reijcit ſententiam. numero 882.

Vendicatio competit fiſco alienatorum poſt delictum num. 883.

Reuocatoria agitur etiam per fiſcum iure communi, in manumiſsionibus poſt delictum. num. 884.

Reuocatoria non agitur, cum alienatio eſt ſimulata. num. 885.

Reuocatoria ad vindicanda bona in præiudicium fiſci alienata, datur per actionem paulianam, vel in factum. num. 886.

Reuocatoria ordinaria agitur pro alienatis non in fraudem. num. 887.

Reuocatoria agitur officio iudicis ob alienata pendente appellatione. num. 888.

Reuocatoria datur vocatis ex auth. bona damnatorum num. 889.

Reuocatoria libellus pro fiſco. num. 890.

Rei vendicationis libellus pro fiſco. num. 891.

Officij iudicis imploratio non eget libello. num. 892.

Hypothecariæ pro fiſco libellus, agenti pro condemnatione pecuniaria. num. 893.

Condictio ex lege quando detur fiſco. num. 894.

Libellus hodie ſufficit quod contineat narrationem facti. num. 895.

Executio de facto ex mandato Principis non debet fieri, pro fiſco, in præiudicium creditorum. numero 896.

Executio non debet fieri contra tertium, niſi cauſa cognita.

Fructus lucratur poſſeſſor ex bonis non ipſo iure confiſcatis, poſtea auocatis per fiſcum. num. 897. cum ſeq.

a a Ipſo iure & facto.

882 HÆc † verba idem important, prout latè notatum ſupra, & operantur, vt non requiratur ſententia reuocatoria, ſed ſolum declaratoria ſuper ipſo facto, vt latè notatum, in capitulo 1. in verbo ipſo facto, vol. 1. ſtatutorum, & in his terminis not. Picus d. l. poſt contractum, numero 69. verſic. circa ſecundum tempus, & nu. 72. & 73. vbi Io. Annibal. num. 222. & 223. ſequitur Clar. d. §. fin. quæſt. 78. verſic. cæterum, ibi, vbi vero bona, & verſic. ſi verò, & ſupra

883 notatum in verbo, quod proprietatẽ, † quo quidem caſu competit rei vẽdicatio fiſco; prout etiam de iure communi competit, quando reuocantur alienata ante ſententiam, vbi bona ſunt ipſo iure confiſcata, vel

vel interdicta adminiſtratio, prout ex hoc
884 decreto, † quod idem eſt, ſi fiat reuocatio
alienationis, quæ non poterat reuocari,
prout in datione libertatis, ita not. Picus
d.l.poſt contractum,num.100. ſequitur ibi
Ioan.Annibal, nu.323. cum ſequent.& nu-
mero 356. & Alciat. ibi, numero 18.& 19.
885 † Limitando niſi alienatio eſſet ſimulata,
quia tunc requiritur reuocatoria, prout
886 etiam infra dicetur. † Vbi autem fiat reuo-
catio bonorum, quæ non confiſcantur, ipſo
iure, nec interdicta ſit adminiſtratio, tunc
opus eſt actione reuocatoria per actionem
Paulianam,vel in factum, prout not. ibi Pi-
887 cus, nu. 100. † cum etiam reuocatoria or-
dinaria competit quando reuocantur alie-
nata in fraudem, non nulliter, vel ſimula-
tè, prout in caſibus ſupra notatis, ante, &
poſt delictum,ita Picus,d.l.poſt contractū,
num.50.& 93. Limitando,numero 95.& ibi
Io.Annibal, numero 149. vbi Alciat. num.
29. dicens communem,& hæc poteſt habe-
re locum etiam in caſu huius decreti,quan
do alienatio eſt facta ante delictum, cùm
poſt delictum alienatio omnis irrita ſit, vt
888 hic cauetur. † quando autem poſt ſenten-
tiam condemnatoriam ſit facta alienatio
pendente appellatione, competit officium
iudicis, ex quo reuocantur alienata pen-
dente appellatione, alias quādo ſententia
tranſiret in iudicatū, competit rei vendica
tio, prout in primo caſu, quā alienatio eſt
nulla,ita declarat Picus,d.l.poſt contractū,
nu.100. verſic. aut alienatio, quæ quidem
ex hoc decreto competit omni caſu poſt
delictum,cùm omnis alienatio irritetur ex
poſt facta in præiudicium fiſci,tanto magis
poſt ſententiam condemnatoriam, ex quo
etiam non datur appellatio, & tranſit ſen-
tentia in iudicatum,ex decreto ſupra titu-
lo de accuſat. cap. à ſententia, & ſic ſtan-
te hoc decreto reuocatoria actio ſolū erit
neceſſaria in reuocandis alienatis in frau-
dem ante delictum, per ſupra deducta,
889 † quæ quidem actio, vel ius reuocandi alie
nata per delinquentem, in caſibus notatis
ſupra,competit non ſolum fiſco quando in
fraudem, & præiudicium ſunt alienata,ſed
etiam patri, vel filio, & alijs nominatis in
auth.bona damnatorum,quando eis ſit ius
delatum,per dictam authenticam,quæ non
eſſet correcta, prout corrigitur ex hoc de-
creto, ita contra Bartol. dicta l. poſt con-
tractum, numero 20. notat Roman. ibi,nu-
mero 14. Picus, num.99. Io. Annibal,num.
352.353.& 354. ff.de donat. ſed quod opi-
nio Bartoli ſi verior, & communior, quòd
eis non competat,not.Alciat.d.l.poſt con-
890 tractum,nu.39.rationibus vt per eum. † In
reuocatoria autem actione vbi per fiſcum
agatur,qui ſit modus libellandi, not.Picus
d.l.poſt contractum,numero 100. verſic.ex
891 iſtis,† quando autem intentata ſit rei ven-
dicatio, quomodo libellus ſit concipien-
dus, not.Picus ibi,num.100. verſic. vbi ve-
892 ro fiſcus, † vbi autem officium iudicis im-
ploretur, non eſt neceſſarius libellus,velu-
ti in alienatione poſt ſententiam, vt ſupra
notatum, vt ibi per Picum, d. nu.100. ver-
893 ſic.ſi vero intentetur, † quando autem cō-
petit actio hypothecaria fiſco, veluti pro
condemnatione pecuniaria,qualiter libel-
lus concipiatur, not.ibi Picus, numer.100.
894 verſic.interdum etiam, † in omnibus tamē
caſibus illis quòd fiſco competat cõdictio,
l.defenſionis. C. de iure fiſci, lib.10. notat
ibi Bart.relatus per Picum,d.num.100.ver-
895 ſic. reperio tamen. † In libello tamen no-
men actionis, non exprimitur hodie, ſed
ſufficit narratio facti, ita Picus, d. numero
103. ad finem, & notatum capit.21. termi-
nis in verbo, & cauſa, vol. 1. ſtatutorum,
896 † & licet Principes aliquando non obſer-
uent hanc praxim reuocandi alienata nul-
liter, vel in fraudem, ſed ſimpliciter det
formam ſcribendo executoribus fiſci eorū,
qualiter debeant facere, & plerunque nec
dato libello, nec aliter cognito de cauſa,
apprehendunt poſſeſſiones,& poſtea ſi illi,
in quos eſt facta alienatio prætendunt ſe
grauatos, habeant regreſſum contra Came-
ram, pro quo videtur adeſſe bonus textus,
in l.prohibitum.C.de iure fiſci,lib.10. tamē
hæc practica non eſt bona, & reprehendi-
tur à Bartolo, vt notat Picus d. l.num.101.
vbi etiam reſpondet ad l. prohibitum, di-
cendo eam procedere vbi poſſit fieri exe-
cutio, quæ hoc caſu non poteſt fieri contra
tertium,niſi cauſa cognita,ita etiam firmat
referendo,Clar.dicto §.finali, quæſt.78.ver
ſiculo ſi vero, ibi, & in hoc.
897 † Reuocatio alienatorum vbi fiat per fi-
ſcum in caſibus ſupra notatis, an fructus
medio tempore præcepti per acquiſitorem
debeant fiſco reſtitui, diſtinguendum, an
penderent tempore alienationis, & tunc
eos deberi vna cum proprietate, cum ſint
eius pars, abinde autem citra percepti, &
percipiendi debentur, vbi ipſo iure publi-
cantur bona, & debent etiam à bonæ fidei
poſſeſſore fiſco, quicquid ſit in alijs caſi-
898 bus, ita Picus d.loco, nu.102. & 103. † aut
non publicantur bona ipſo iure,& tunc fru-
ctus percepti, & percipiendi non deben-
tur,niſi à die ſententiæ, ita Picus dicto lo-
co, numero 104. relatiuè Gomeſ. d. tract.
de

de delictis, capit. 14. de confiſcat. bonorum, numero 4. verſiculo an autem, latius diſtinguit caſus Io. Annibal d. l. poſt contractum, numero 356. vſque ad num. 362. vt ibi per eum, in hoc autem decreto, cum ipſo iure confiſcentur bona à die delicti ſecundum illam diſtinctionem, debētur ſemper percepti, & percipiendi, ab ipſomet die criminis.

SVMMARIVM.

Alienationes poſt delictum, non tamen in clericum, ſunt irrita, ſecuta declaratione. numero 899. cum ſequen.

Alienationes poſt delictum tenent, vbi pretium eſt in bonis fiſci. num. 901.

bb Sit irritum, & inane.

899 QVod † tamē procedit ſi pręcedat ſententia declaratoria contra perſonam delinquētem viuente eo, etiā ſtantibus verbis huius decreti confiſcantibus ipſo iure, & facto, & alienationes interim factis, irritante vt not. Picus, d. l. poſt contractum, numero 77. ſequitur Boſſ. dicto titulo de bonorum publicat. numero
900 76. verſiculo requiritur tamen. † Non irritantur tamen alienationes factæ cum clerico, quæ aliàs tenerent de iure bona fide factæ, etiam poſt delictum in caſibus notatis ſupra, in verbo, quod proprietatem, ex quo clericus, non poteſt alligari diſpoſitioni huius decreti laicorum, ita Plot. conſil. 30. num. 8. & 73. de quo latè notatum in præludijs ſtatutorum.

901 † Nō reuocarentur pariter alienationes factæ ex pacto publico, vel vbi tantum ex permutatione, vel venditione eſſet in bonis fiſci, vt latè diſcuſſum ſupra, in verbo, quod proprietatem, in tertia limitat. principali.

cc Contractus.

QVid veniat appellatione contractus, notatum cap. 328. in alienationibus, in hoc verbo.

SVMMARIVM.

Alienatio ex cauſa oneroſa eſt dotis cauſa, vel redemptionis ſcripturarum. numero 902. cum ſequent.

Alienatio non tenet cum ipſo iure interdicitur adminiſtratio. num. 904.

dd Ex cauſa oneroſa.

902 IDeſt † tit. oneroſo nō donationis, & lucratiuo, tanto magis ſi ſit facta ex cauſa neceſſaria, de quibus notatum latè ſupra in verbo, quod proprietatem, in tertia limitatione principali, in eius declarationi-
903 bus, † dicitur tamen ex cauſa oneroſa, ſi fiat alienatio pro dote filiæ, vel donet propter benemerita, vel alienaret pro redemptione ſcripturarum, vt not. Picus, d. l. poſt
904 contractum, numero 79. ff. de donat. † licet non ſit neceſſaria, ita vt poſſit fieri alienatio aliter poſt delictum, vbi ipſo iure ſint bona publicata, & interdicta adminiſtratio, vt not. Picus, de mente Bartoli. ibi, numero 74. & 75. licet dubitet, num. 81.

SVMMARIVM.

Alienatio dicitur bona fide facta, vbi acquirens non eſt particeps fraudis alienantis licet in fraudem. num. 905. cum ſeq.

Bona fides quæ, & quomodo intelligatur. num. 907.

Bona fides præſumitur in dubio. num. 908.

ee Bona fide.

905 HOc † intelligi debet quoad acquiſitorem, non delinquentem, cum ipſe non poſſit dici in bona fide, cum ſit ſciens
906 delinquens, † ita etiam ante delictum tenent alienationes factæ per delinquere volentem, vbi acquiſitor non ſit particeps fraudis, Picus d. l. poſt contractum, nu. 79. ff. de donat. Cœpolla conſilio 17. numero 39. & 40.

907 † Bona autem fides quæ dicatur, & quomodo intelligatur, notatur in capit. 113. vbi de iure, in verbo hoc, volumine 1. ſtatutorum.

908 † In dubio bona fides præſumitur, notatum latè dicto capit. 113. in hoc verbo, & in his terminis notat Plott. conſilio 30. numero 77. verſ. & in dubio.

ff Poſt annum.

QVo fit vt intra annum non poſſit fieri alienatio etiam ex cauſa oneroſa, ex quo bona ſunt confiſcata ipſo iure à die facti delicti, & etiam interdicta adminiſtratio, vt ſupra latè notatum, in verbo, quod proprietatem, demptis caſibus ibi notatis in tertia limitatione principali.

Annus hic eſt continuus non vtilis, vt latè

latè notatum, cap. 21. termini. in verbo, vtilium, vol. 1. ſtatutorum.

SVMMARIVM.

Dies termini non computatur in termino. numero 909.

gg Die commiſſi criminis numerandum.

909 IN † hoc anno non computantur dies delicti, quia dies termini non computatur in termino, notatum capitulo 102. & 103. dicto volum. primo, ſtatutorum.

SVMMARIVM.

Delictum occultum eſt, quod nulla ratione probari poteſt num. 910.
Occultum quod modis dicatur. num. 911.
Alienatio facta per reum licet delictum ſit occultum, Mediolani quocunque tempore retractaretur.
Alienatio bona fide facta cum confiſcatio non ſit ipſo iure, et delictum occultum eſt, non retractatur. num. 912.
Alienationes ex cauſa onerosa, clam vbi delictum eſt, etiam poſt delictum, valent. num. 913.
Creditor ex titulo oneroſo delinquentis clam, non excluditur à fiſco, licet bona ipſo iure ſint incorporata à die delicti. num. 914.

hh Et quando delictum occultum eſſet.

910 SEcus † ſi notorium, quia tunc præſumeretur fraus, & mala fides in acquirente dicitur autem occultum, quando nulla ratione poteſt probari, ita Alberic. ſuo dictionario, in verbo, occultum, & etiã quando fuit factum clam, & delatum non eſt, nec in cognitione iudicis fuit deuentum infra ipſum annum, quia dicitur occultum, vbi non ſit manifeſtum, vel notorium, ita in his terminis, Plott. conſil. 30. nu. 77. verſic.
a & prætenſum. *a* † De iure autem communi
911 quando bona confiſcantur ipſo iure, vel interdicta adminiſtratio, & quod crimen ſit occultum nondum detectum, nec denunciatum, tamen quocunque tempore alienatio facta reuocaretur per Fiſcum, etiã non reſtituto pretio emptori cum bona fide, niſi illud eſſet in bonis, vel tantundem, delinquentis, ita notat ſignanter, Picus d. l. poſt contractum, nu. 70. ff. de donat. & in hoc ex iſto decreto reſtringitur diſpoſitio
912 iuris communis † in alijs autem caſibus vbi non ſit interdicta adminiſtratio, nec confiſcata bona ipſo iure, tunc in alienatione facta titulo oneroſo, in aliquẽ ementem bona fide ab eo, qui clam deliquit, tenetur fiſcus ad reſtitutionem pretij, reuocans alienata, ita contra opinionem Bartoli teneri communiter, not. Alciat. d. l. poſt contractum, num. 20. cum tribus ſe-
913 quentibus. ff. de donat. † cum etiam alienationes eo caſu ſint permiſſæ fieri per delinquentem etiam poſt delictum. ita Gomez. tract. delictis, cap. 14. de confiſcat. bo-
914 norum, nu. 1. verſ. item limita. † creditor quoque ex cauſa oneroſa clandeſtini delinquentis, non excluditur à Fiſco, etiam quod bona ſint incorporata Fiſco ipſo iure à die delicti, ita notat Alciat. d. l. poſt. contractum, numer. 24. cum ſequent. ff. de donat.

DE

ADDITIO.

a Occultum quot modis dicatur Alphonſ. à Caſtr. de pot. l. pœn. lib. 2. cap. 10.

DE BONIS INSOLVTVM DANDIS,

AVT AD HASTAM VENDENDIS.

IN caſibus in quibus debitum ſit ſoluendum in pecunia numerata, liquidumq; ſit, nec alio modo ſuccurri poſſit creditori, ad hoc vt ſatisfactionem in pecunia numerata conſequatur, omnes Iudices competentes aditi à creditore teneantur ſtatuto perprius debitori viginti dierum termino ad ſoluendum in pecunia numerata,& eo non ſoluente, per ſubhaſtationem bonorum creditori ſatisfacere, poſtquam ſatisfactionem, ſi maior & præſens, termino menſis, abſens vero, pupillus, furioſus, mentecaptus, termino duorum menſium de ea coram iudice conqueratur nimis vili pretio alienata eſſe, Iudex teneatur alienationem reducere ad duas partes ex tribus veræ æſtimationis bonorum ad vtilitatem debitoris. §. Et eo amplius omni caſu, ſaluum ſemper erit ius debitori, ea bona eodem pretio intra annum redimendi.

Moleſti quandoque adeo ſunt creditores, vt nil aliud curare videantur, quã vt debitores in carceribus marceſcant: Ideo ſancitum eſt, quòd in omnibus caſibus (exceptis tamen in præſenti ſanctione comprehenſis) in quibus vel pacto, vel aliter, debitor teneatur ad ſoluendum in pecunia numerata, poſſit debitor dare de bonis inſolutum creditori deducta tamen tertia parte veri pretij, & veræ æſtimationis eorum bonorum. §. Eaque bona intra duos annos eodem pretio redimere poterit. §. Huic ſanctioni per pactum quibuſcumq; clauſulis vallatum renuntiari per debitorem non poſſit. §. Notarij inſtrumenta contra tenorem præſentis conſtitutionis rogantes ab officio ſuſpendantur, & maiori pœna arbitrio Senatus puniantur. §. Caſus vero in præſenti ſanctione comprehenſi, hi ſunt: debitores ex cauſa ficti ſimplicis, vel libellarij, penſionis, & crediti (quod adiutorij maſſaritij vulgo appellant) expenſarum litis, mercedis, depoſiti veri & realis, pretij rei venditæ, onerum datiorum, mercimonij, litterarum cambij veri & realis, fideiuſſionis, & redemptionis captiuorum.

COMMENTARIVS IN DECRETVM NOV. CONSTITVT. MEDIOL.

Lib. 2. de bonis inſolutum dandis, aut ad haſtam vendendis.

Iulij Cæſ. Gluſiani Iuriſconſult.

TITVLVS decreti eſt inuerſus: nam prius agitur in textu de bonis ad ad haſtam vendendis, poſtea de ijs inſolutum dandis, verum hæc inuerſio non eſt reprehẽdenda: nil enim ĩterfuit hoc caſu, vtrum hoc, vel illud prius diceretur argumento l. quidam teſta. ff. de pec. leg.

De bonis mobilibus primò, deinde immob. loco pecuniæ petente debitore.

Dandis creditori inuito agenti ad executionem rei iudicatę, & ad carceres, actionẽ perſonali.

Aut ad haſtam, petente creditore, & inuito debitore immobilibus vendendis.

Porrò iudicium haſtarium, ſiue haſte vetus eſt. l. 1. ff. de orig. iu. v. haſtæ, quæ in auctionibus ponebatur, vt ea viſa quaſi ad bellum licitantes prouocati deprę̈liarentur de pretio.

§. *In caſibus*, verbi gratia cum in inſtrumento dicitur in tanto oro, in tanta moneta, in contanti, in tante lire, in caſibus igitur, quibus vel ex pacto, vel aliter (vt hoc eodem decreto inferius dicitur ex pacto, vt quia quis conuenit ex cauſa mutui, vel ex ſtipulatio, vel incerti condictione vt poſſet conueniri realiter & perſonaliter: vel aliter, verbi gratia condemnatus fuit per ſententiam ad æſtimationem re perempta, vel in iudicio finium regundorum, vel familiæ herciſc. l. hæc actio. ff. fi. reg. l. ſi pp. C. de compenſ. vel quia teſtator iuſſit præciſè dari numos: l. cum certum. ff. de auro.

In quibus debitum, debitum propriè eſt quod nulla exceptione poteſt debitor euitare, Accurſius l. debitor. ff. de verbor. ſign. ſtat. Mediolani c. 158. vol. 1. niſi cum decernerentur alimenta filio (l. ſi iudex. ff. de his qui ſunt ſui vel alien.) per modũ prouiſionis, ideſt donec de veritate cognoſcatur.

In pecunia numerata, Non ergo in re danda ad pondus, vel menſuram locum habet decretum; vel alia re, quæ moneta non ſit vt in decima parte fructuum vel pari capponorum Bonincaſſus de priuileg. paupert. tit. 18. numer. 29. pecuniæ nomen propriè ait dici de numerata: ſcilicet metallica moneta. cum verius ſit id fieri ex conſuetudine loquendi: nimirum moribus ciuitatis, & vſu, rerum appellatio mutatur. l. labeo. ff. de ſuppell. leg. nam pecuniæ nomen ſui origine eſt generale, & vniuerſas res continet etiam metallicas l. manfeſti iuris C. de ſolutio. & lib. ideoq; numeratam addimus vt ſpeciem ſignificemus, & nummũ: hoc vt intelligatur, & ſtudioſi iuris ſciant Bonincaſſum verſari in errore, altius repetam initium pecuniæ numerandæ ex Plinio, lib. 33. ex Budæo lib. primo, de Aſſe, ex inſtit. iu. lib. 3. Romani primum ęre grani. i. numo rudi (vt vel ex illo Ouid. 1. Faſt.

Curq; iuuent noſtras æra vetuſta manus,
Aera dabant olim, melius nunc omen in auro eſt,
Victaq; conceſſit priſca moneta nouæ.)

& informi vſi ſunt poſtea ære ſignato, dein de argento ſignato, ſignatumque eſt nota pecudum, & propterea pecunia appellata. cumque antequam ſignaretur appenderetur, necdum vera emptio eſſet in vſu §. item pretium. inſtitut. de emptio. lib. 3. permutatio erat ſpecies venditionis antiquiſſima. poſtea ære ſignato cæpit pretiũ numerari, & emptio vera exiſtere, hinc pecuniæ numeratæ appellatio orta, & à numerando, ſiue à numo, numiſmata, vt colligitur l. fin. ff. de auro & argen. leg. l. Quintus Mutius. §. ſi autem aurum. ff. eo. l. quod ſæpè v. admenſa, appenſa, adnumerata. ff. de empt. ſed in præfatione libri de pretijs, & æſtimat. rem hanc ſubtilius ex Ariſtotele, & veteribus I. C. explicauimus plurib. enumeratis metallicarum rerum ſingularum appellatiouibus. iſta nunc non eſt neceſſe referre.

Liquidumq; ſit, non in diem, non ſub conditione, non alternatiuum, ſed tale, quod compenſatione tolli poſſet ſtatim. l. fi. C. de cõ penſ. vel ſtatim exigi, ſaltẽ ad ratam, à pluribus condemnatis Zaſius l. Paulus. ff. de re

iud.vel eo quia adeſt ſententia, quæ tranſiuit in iudicatum. vel duæ ſententiæ cōformes ex ſtatuto vel præceptum cum famulo (more Mediolanenſi) vel iuramentum non ſub conditione, fortaſſe.n.quis iurauit habuiſſe, ſed reſtituiſſe, alioquin propter exceptiones reo competentes ſeruandus eſſet ordo cognitionum, nec ab præceptis huiuſmodi inchoandum, nec ſtatim executio comminanda l.nimis properè. C.de exec.rei iud.auct.offeratur.C.de lit.cōteſ.

Nec alio modo ſuccurri poſſit, quia fortaſſe vel debitor latitat, vel capi iure non pōt, quia doctor legū eſt, vel quia aliter ſoluēdo nō eſt, & fortaſſe ēt bannum accuſatum fuit cum præceſſerit præceptū vt ſoluat. Et q̃a quis non pōt vti decreto, ſtatuto, vel lege concedente aliquid ſub cōditione aliqua, & qualitate, vbi ea non adſit l.non ignorat C.qui accuſ. ideo creditor volens vti beneficio huius decreti debet probare alio modo ſuccurri ſibi non poſſe. Hanc negatiuam probabit creditor per publicū ſeruitorem, q referret ſe iuiſſe facturus executionem in mobilibus (hæc.n.eſt diſcuſſio, quæ fit per iudicē, de qua Rom. conſ. 163. nu.4.Pacianus de probat.lib. 1.c. 45. nu.6, cum ſeq.vbi multa in hanc ſentētiam) nec inueniſſe pignora, quæ auferret.

Statuto Mediolani c.158.vol.1. prætextu crediti non liquidi cauetur non poſſe fieri dationem inſolutum, nec æſtimationem, liquidū igitur ita debet eſſe creditū hoc caſu, vt res iudicata præceſſerit, & excuſſio bonorum debitoris, ex qua conſtet ex immobilium venditione non poſſe redigi pecuniam creditam, nec in bonis debitoris reperiri aliquid eorum, quæ non ſeruantur ſeruando, nec æris, argentivè infecti quicquā, à quib.incipere oportet cum pignora capiuntur l.ſi quis ſepulchrū.ff.de relig. & ſumpt. fun.§.ſumptus.l.à diuo Pio,§.in vēditione.ff.de re iud.vt clarè conſtet creditorem nec malignè agendo, nec odia exercendo (quæ lites, vt fit, pariūt, ac nutriūt) velle immobilia alienari, nec alio modo ei creditori ſuccurri poſſe, alioquin obſtaret exceptio ex verbis iſtis decreti, *Alio modo ſuccurri tibi poteſt*. Sed an, propter hæc verba, prius capienda ſunt iura, debitor excipit fortaſſe, & offert nomen, vt ait Neguſ. p.5.m 3.num.4. reſp.non eſſe prius capienda: corrigeretur. n. §. in venditione, quo cauetur primò capi mobilia, deinde immobilia, tertiò iura.quod non eſt dicendum: nam decretum hoc editū in gratiā creditorum, retorqueretur in eorum odium, cōtra regulas iuris.

Omnes iudices, non igitur propria auctoritate alias inuadere eſſet.l.miles.§.fina.ff.de re iud.ſtatut.vero Mediol.c.277. vol. 1. id dicitur, licet pacta exequtiua adſint.

Competentes omnes iudices in prætorio Mediolani ſunt cōpetentes, cū de executione ſnīæ agitur, quas qlibet ſub pœna lib. 50.tenet executioni mittere parte petēte, vt in c.58.vol. 1.ſtat. Mediol. cū tñ nup factū ſit S.C.quo ſub graui pœna cautū eſt, vt cauſa ſemel corā iudice aliquo cœpta non poſſit adiri alius, meritò aliqs ambiget, an p hoc S.C.huic ſtat.ſit derogatū, qđ nō puto. Nā cum agitur de ſnīa exequenda cā iam peracta eſt, & ceſſat tam rō Senatuſc.(quę fuit, vt iudiciū coram eo iudice finē acciperet, corā quo cœpit ex l.vbi cœptū) quam verba quę de cā loquūtur.cauſę.n.vocabulū ſumitur pro principio negotij, & pro cōtrouerſia: at vbi iudicatū fuerit dr̄ facta iuſtitia; quia tūc ius ſuum cuiq; tributū. Alc. lib.2. diſpunct.c.24, caſusq; ēt non diſsimilis eſſe vr̄ in l.Prætor.ff.de iud.quo loci conſtat Prætorē conſueuiſſe exequi ſnīas aliorū iudicū, cuius exēplo ex ſtat.Mediol. (quoad hoc) oēs iudices ſunt effecti prætores.iō iure cōi ſi prior iudex infirmitate laboraret, vel, alia cā impediretur l. 1. ff. de off. proconſ.vel ſi pęniteat, vel actionem, qui peccauit, remittat.l.quāuis v.pœniteat.ff.de in ius voc.vel ſi nō intereſt. l.ex quacunq; cā, vel ſi per errorem alius pro alio adiretur, non eſſet locus pœnæ S.C.l. ſi per errorem alius pro alio.ff.de iuriſd. qđ obiter dictū volui. Pœnæ quoq. huius S. C. non eſſet locus, ſi incōpetens adiretur l.ead.quia verba intelligūtur cū effectu l. 1.ff. ſi quis iuſd. Item ſi procurator ignorans factum dñi diuerſum iudicem adiret: ſi vir vxoris nomine: ſi pater p filio: ſi pupillus effectus maior alium adirent ab eo quē illi adiuerint ſi ſocius, ſi cōfideiuſſor: qa pœnæ non egrediuntur auctores l. 1.C.ne fil.pro pat.l. 1.ff. ſi qs iud.non obtemp.v.ſi procurator tuus &c.nō obtemperauerit ipſe punitur. l.hoc edicto.ff.quod quiſq; iu.

Statuto prius termino dierum 20. ſed an pro modica ſumma ſtatuitur hic terminus? v.g.cū pharmacopola vult exigere à dño preciū medicinarum, quas famulo dedit (nam tenetur Bar.l.ſi cū dotē.ſol.mat.) reſp.decretū hoc non videri habere locū cum agitur ſūmariè, & extra ordinem, vt in cauſis modicis, nec cū agitur de vendendis mobilib. quia Mediol. ſolemus ea ad haſtā ponere monito p dies 30.ante debitore, & ea plus offerenti dare: breuior ēt terminus ſtatuitur ſi res ſeruando non ſeruatur, vel ſi pignus

gnus diſtrahatur ex cauſa debiti, vt expenſarum, coram iud.maleficiorum.

Bartolus l.Quod te.1.lect.poſt n. 14.ff.Si cer. pet.& 2.lect. col.2.ait iure cõi denunciandum debitori vt ſoluat,ſiue eius hȩredi copiamq; dandam inſtruméti.l.ſi quis inficiatus ff.depoſ.quo non contradicente habebit,inquit,tempus quod conceditur condẽnatis. Verum hic agitur de iam condemnato,cui adhuc concedũtur induciæ vt expediat pecuniam vel patiatur bona diſtrahi.iure digeſt. debitoribus petentib. dies ad ſoluendum dabantur,& prorogabãtur, ſi res exigebat, poſtea pignora capiebantur,& ſi intra duos menſes non ſoluerent, vendebantur.l.debitorib.ff.de re iud. Senatus Mediol.petenti prorogari hunc terminum,iuberet preces vt aduerſario ederet, & intimaret,& interim p aliquos dies ſubhaſtationem ſilere.

Quæſtiones nonnullæ.

HIc non ab re eſt quærere, an creditor, qui cõuenit ne pignus venderet, poſſit debitori ſtatuere terminum horum dierũ 20.an oporteat eum ter denuntiare? quod vr Vlp.l.4.§.vlt.ff.de pig. act. Nam hoc decretum non corrigit legem illam.

Quæro ſecundo an ſit citandus debitor ad videndum concedi hunc terminũ 20.dierũ? Reſp.non eſſe: vt finis ſit litium.

Quæro tertiò ſi debitor paratus ſit dare fideiuſſorem, an euitet ſubhaſtationem. qđ vr. l.ſi.in ſi.ff.ſi cer.pet. v. non poſſe te præciſè &c.& v.quia etiam reum locupletem dando promiſſor liberari poſſit.

Quȩro quarto an miſſus in poſſeſſionẽ vigore pactorũ executiuorum ſoleat debitori ſtatuere hunc terminum dierum 20.antequã bona vẽdãtur,vel dẽtur ei inſolutũ? Reſp. ab ijs qui in foro verſantur non obſeruari.

Per ſubhaſtationem.

AN agatur contra tertium poſſeſſorẽ hoc remedio,reſponde vt prolixè docui in meis annot.ad actuariũ Caballini,lib.1.tit. de remed.execut.

Vocatur vero ſp ad oẽs actus debitor, nõn tñ tertius in quem facta eſſet in fraudẽ alienatio Ceph.conſ.195.n.13. nempe ad vidẽdũ eligi æſtimatorem, ad videndũ eum ire in rem prȩſentẽ ad æſtimandum, ad videndũ eundem referre iudici,& alia fieri &c. iure Codicis & ſcđm praxim Rolan.§.ſi. c.9. de iudicijs,rub.poſſ.ſeu tenuta data pro executione rei iudicatæ maior ſolennitas obſeruabatur in venditione pignoris, creditor.n.mittebatur in poſſeſſionẽ bonorũ debitoris ex 1.decreto,& in ea poſſeſſione cõmorabatur cã rei ſeruandȩ per bienniũ;poſtea pignora vendebantur.l.cũ apud veteres.C.de bon.auct.iud.poſſid.hodie miſſus in poſſeſsionem,moribus noſtris ſtatim poteſt petere ea ſibi dari inſolutum.

Quæſtio.

SEd quæro an facta denuntiatione debitori,vt ſpatio horũ 20.dierũ ſoluat, liceat creditori variare,& vti præcepto,ac facultate à iudice conceſſa capiendi debitorẽ? reſp.dubitari poſſe: quia variare non licet. l.itẽ veniunt.§.idẽ rectè ait.ff. de pet. hær. & ex Borgn.deciſ.23.vol.2.contrariũ tñ veriusi quia actiones concurrentes nunquã ſe inuicem tollunt.l.nunquam.ff.de reg. iu. & quia,qui vtitur hoc decreto addit priori actioni,non nouat.l.ſi ſe nõ obtulit.§. ſi ex v.acceſſerit.ff.de re iud.

Deciſ.19.Lud.Peguer.quærit ex Bar.l. cũ duobus.§.ſi.ff.pro ſoc.& ex Panor.c.inter cæteras: an iudex q mutauit pœnã pecuniariã incorporalẽ,poſsit variare.p quo extat ordo SenatusMedio.an.1564.Ian.4.vt poſsit.

Conqueratur nimis vili pretio.

VIli dr,quia non ob quamuis læſionẽ, minimumq; damnũ venditio reſcinditur, gl.l.bona fides, l.cũ hi.ff.de tranſ.l. 1. C.de reſcin.ven.ſed tum demum cum adeſt magna læſio,quã tñ non ẽſt neceſſe vt debitor probet, ſed ſatis eſt ſi eã alleget, vt verba decreti docẽt. iure Codicis cũ agebatur de pignore conuentionali vendito per creditorem,cogebatur creditor iurare rem tanti venditam, quanti vendi potuit l.vetuſtiſſimam.C.de iure dom.imp.

Termino menſis.

VBi tñ dolus interceſsiſſet putarẽ agi poſſe ẽt poſt menſem:quia in hoc iura antiqua non ſunt correcta nec corrigi poſſunt, vt facta dolo rata ſint.l.quæ ſpecialiter. C. de diſtr. pign. fieri aũt debet ſubhaſtatio loco vbi frequentes homines cõuenire ſolent,nõ in angulo,Soarez in Theſau.recep. ſent.v.decretũ.Vinc.de Phano deciſ.14.Cagnol.l.2.n.159.C.de reſcin.ven.ſed ſi diceretur pecuniã fuiſſe indebitã,per errorem ſubhaſtationẽ factã,& diſtracta pignora,eſſetne perpetuo locus luitioni?per l. de indebito.ff.de probat.Reſpõdeo: cũ decretũ habeat locũ in caſu quo adeſt res iudicata vix huius erroris allegandi arbitrarer eſſe locũ(quãuis error in hominũ negotijs latè pateat)& niſi ex cauſis, ex quib. ſnia tractat Caballinus in praxi actuaria, lib. 2. ait poſſe appellari ab hac ſubhaſtatione & tũc

T 2 annum

annſi nón currere niſi à die cõfirmationis.

Pupillus, ex magna cauſa crederem etiã poſt menſem,& poſt hoc tempus, intra tempus iuris, pupillum reſtitui. l. ſi ex cauſa. ff.de mino.v.g.ſi probarentur ſordes iudicis,tutoris, curatoris, ſaltem in ſubſidium. l. ex hoc edicto.ff.de eo per quem fac.v.reſtitutoriam actionem.

Furioſus, vel hoſpitale; ſed an ſi quis furat amore?

Ad duas partes ex tribus ea de cauſa detrahitur ex vero pretio tertia pars, quia licet bona redimere, vt in ſimili.l.ſi quis putans. ff.cõmu.diuid. v.arbitrum autem cõi.diuidẽdo hoc minoris partem æſtimare debere,quod ex pacto vendere eam creditor poteſt.

Quæſtiones.

SEd quæro an creditor ipſe poſſit emere, ſi res non reperiat aliũ emptorem? Reſp. poſſe l.cum in cauſa, & l. vltima. Cod.ſi in cauſa iud.pig.

Secundò quæro,an creditor poſſit eligere meliora,quæ vendat? Reſp.poſſe in alienatione neceſſaria, vt hæc eſt, ſecus voluntaria ex ratione tex.l.ſi fideliter. §.ſi neceſſaria, ff.qui ſatiſd.cog.l.8.ff.de diſtract.pig.ſi tamen habet rem in ſpecie obnoxiam, debet eam vendere.l.2.C.de pig.l.ſi fundus.§.vlt. ff.de pig. Auct. hoc niſi debitor Cod.de ſolut.Burſ.conſ.84.num.9.21.31.

Tertiò quæro, an pro re minima creditor poſſit rem multi pretij vendere? Reſp. poſſe.l. 19.C.de diſtr.pig. vt ſuperfluum reſtituat.

Porrò cum creditor vult vendere bona debitoris pluribus obnoxia, vt etiam reſtitutioni dotis vxoris, ſolet Mediolani ex creditoribus aliquis adire Senatum, & exponere, ſe creditorẽ v.g. Titij numularij ex cauſa pecuniæ ei datæ,ea conditione,vt pecuniam crederet in nundinis, & fœnori daret, & (vt dicunt) traficaret ſuper cãbijs, quam pecuniam promiſit reſtituere cum lucro & vtili ſub obligatione bonorum, vt ex chyrographo teſtibus tribus ſubſcripto & vocatis vocandis probato: contigiſſe vt is Titius malè vteretur rebus ſuis, & ſubſtantia, quare plures creditores vellent ſibi ſatisfieri: ſed vxor eius Titij occupat omnia bona, contendens ſe ex cauſa dotis præferendam; cui ſatis cum ſit vt ſatisfiat, & dos in tutò locetur, ad hoc vt indemnitati omnium creditorum cõſulatur, & quibuſcunque pro anterioritate ſatisfiat.

Rogat M.V.velit mandare. N.iudici curet bona dicti Titij,vt diſtrahantur,& adiudicentur plus offerenti ſchedulis propoſitis, & ex pretio deponatur in banco Sancti Ambroſij ſumma dotis prædictæ, reliquũ erogetur creditoribus, vnicuique vt anterior erit, & vt iuris.

Senatus,verò viſis narratis ſolet decernere, vt concedantur petita.

Et quia Plotus dum meminit huius Decreti. §.12.nu.6. de in lit. iur. facta denunciatione debitori vt ſoluat, ait non ſolum vendi bona eius poſſe, verum etiam exigi poſſe cambia & damna iuramento liquidanda, quæro an hoc verum ſit, & æquum? Mihi quidem videtur cambia,& damna non deberi vbi debitor non eſt in culpa & dolo, durantibus vero inducijs à lege datis, & termino dierum 20.debitor non dicitur in mora,ergò facta denunciatione nõ debentur iſta cambia. text. hoc planiſſimè dicit inſt.de off.iud.§.& ſi in rem. verſic. conueniens eſt,vt iudex ei inducias alicuius temporis concedat, intra quod rem actori reſtituat, & apertius.l.ſciendum. ff.de vſuris v.non omne quod differendi cauſa optima ratione fit, adnumerandum moræ, quid.ſi. ſi amicos adhibendos debitor requirat,vel expediendo debito, vel fideiuſſoribus rogandis? mora certè facta non videtur; neque lex numis, ff. de in lit. iu. eſt huic opinioni impedimẽto, quia loquitur in interpellatione abſque inducijs; ceterum damna,ſiue intereſſe probari iuramento Mediolani ex ſtatuto, vbi debitor eſt in mora, nõ eget probatione.

Veræ æſtimationis.

NEgat decretum,propter hæc verba,æſtimandam eſſe affectionem vnius. l.ſi ſeruum meum.ff.ad l.Aquil.vt ea,quæ cadit in rebus maiorum. l.auia. Cod. de donat. l.ſi tamen emptionem.ff.de mino. l.ſi per aliũ. v.veritatem. ff.ne quis eum. non tamen negamus æſtimandam eſſe communem affectionem, vt eam,quæ cadit circa mulas pares,boues, equos.

Verum pretium, & vera æſtimatio, vt probetur docet Fulgoſius conſ. 247. viſa copia: qui ait,non debet qui verum pretium probare vult, referre ſe ad malas temporum conditiones Papienſ. For.lib.act.re.§.& in Florenis. num. 16.Caſtrenſ. conſ.109.lib.2. ait pretium inductum cauſa belli non eſſe verum pretium,quia ſpes eſt non fore diuturnum,hic enim mos eſt hominum,vt ſperent ea quæ optant breui fore, vt eueniant. Cagnol.l.2. numer.34. C.de reſcind. vend. & in hac facti ſpecie ex fructib. (§. ſi fundum. ff. de legat. primo. Burſatus conſilio

ſæpè

ſæpè citato 84. numero 17.) pretium taxari poſſet.

Et eo amplius eo in caſu, eodem pretio.

NOn ergò damna reſtituuntur: quia augeretur pretiū, nec eſſet idem. quod enim augetur, tam eſt idem quàm quinque denarij, & ſex, & ſyllaba breuis & longa. & profectò decretum videtur loqui de pretio rei, quod differt à pretio damnorum, illud Iur. Conſulti antiqui vocant pretium quanti res eſt, hoc quanti intereſt. l. item ſi. ff. quod met. cauſ. verſ. ſed Iuliano hęc verba quāti eā res eſt. l. ſed & partus ſi. ff. eod. l. ſi quis cum v. in eum. & ſi fideiuſſ. ff. qui ſatiſd. cog.

Cumque lucra, & damna cedant emptori, Bar. in diſput. Publicanus, Ripa in tract. de priuileg. contractuum. nu. 56. inſt. de empt. & vend. §. cum autem emptor, miror cur Plotus hoc loco dixerit emptori reſtituenda damna: cùm è conuerſo potius fuerit dicendum emptorem teneri ad dāna lucenti, ſi in hoc ſpacio ad redimendum conceſſo bona deteriora effecerit, ex ſtatuto quoque Mediolani. c. 164. vol. 1. in fi.

Verum eſt ante venditionem, vt debitor eam impediat, teneri offerre ſortem cum expenſis, & omni cauſa. l. debitores. C. debit. vend. pign.

Redimendi, corrigitur ius Codicis, quo cauetur oblationem quidem debiti impedire venditionem, ſed factam non reſcindere. l. ſi prius. Cod. de diſtr. pig.

Intra annum, à die ſcientiæ, & denunciationis. iure tamen veteri ob læſionem actio perpetuaretur Surdus deciſ. 34. niſi ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, ſubueniretur, lapſo anno. d. l. 1. §. ſi quis m. m. c. ſin dolo impeditus. ff. ſi quis caut. in iud. cum ll. ſeq. & §.

Quæſtio.

QVæro, an debitor poſſit cogere emptorem, vel creditorem ad emendum iuſto pretio, ſi paratus eſt liberè rem dare, & iuri luendi renunciare? quod putarem, propter illa verba decreti (ad vtilitatem debitoris) quia licet huic decreto quoad ſuum præiudicium debitor nō poſſit renunciare, cum tamen agitur de eius vtilitate abſurdum eſt dicere nō poſſe renunciare ex not. l. quod fauore. ff. de leg. pro emptore tamen faciunt regulæ iuris generales, quæ aiunt factum ſuum cuique nocere debere. l. non debet. ff. de reg. iur. & cauſa decreti, vt decerneretur nempe bona vendēda minoris tertia, fuit vt celerius pecunia expediretur, & emptor inueniretur, quem cogi ad emendum iuſto pretio, nec ratio patitur, nec æquitas. Quod ſi de creditore agatur, cum ſuccedit in locum emptoris, nō debet deteriorem propterea conditionē facere, & cogi à debitore emere iuſto pretio, cui ſi vellet dare inſolutum nō poſſet, niſi deducta quoque tertia, quod ſi in re communi potior eſt conditio prohibentis l. Sabinus. ff. comm. diuid. in re quæ decreti auctoritate tota deſtinatione eſt creditoris, quomodo poterit debitor facere aliquid ad læſionem creditoris accipientis inſolutum, ſiue ementis?

§. Moleſti.

COephalus conſ. 195. nu. 8. ait debitorem alienantem meliora, & ita in fraudem huius Decreti, & creditoris, non eſſe in caſu, vt poſſit offerre.

Captura ob æs odioſa eſt, Borgn. deciſ. 1. nu. 1. volum. 1. & Galeſ. de oblig. ad for. Cam. nec concedebatur, niſi in ſubſidium, meritò decretum corrigit ius commune: nam iure communi aliud pro alio, vt frumentū pro aureis, niſi conſentienti creditori dari nō poteſt. inſt. quib. mod. toll. oblig. initio, & niſi ex magna cauſa. l. ſi ſe non obtulit. cum valdè etiam dubitetur, an moneta minuta pro auro rectè ſoluatur. Menoch. de arb. lib. 2. cap. 3. deciſ. Peruſ. 64. Dec. l. 2. §. mutui datio, & an æſtimatio locò rei. l. fi. ff. de auro, & arg. leg. & quid in obligationibus facti, Bart. & Alexand. l. ſtipul. de verbor. oblig. & in condemnato ad tradendū Doct. l. qui reſtituere §. condemnatus. ff. de in lit. iur.

In carceribus, Boſſius in Praxi crimin. titulo de carcere initio, quædam ad hoc propoſita, is conſulatur, & Pract. Papienſ. for. libell. ad execut. ſent. num. 21. 22. 23.

Poſſit debitor.

SEd an debitrix? renunciauit enim fortaſſe ſtatuto, quod mulier honeſta capi non poſſit.

Cæterum nō licet creditori iure Codicis per ſe, vel per alium pignus emere, niſi ipſe debitor vendat. l. ei qui ſub imagine. Cod. de diſtr. pig. debitor autem debet eſſe, vel heres, vel is qui conuenitur ex propria perſona. Nam ſi pater, vel dominus conueniatur ſi velit

ſi velit cedere iura l. ſed & poſtquam. ff. comm. diuid. ſi verò maritus, qui nondum exegit dotem, liberatur præſtando actiones, l. ſi ſocer. ff. ſol. matr.

Notanda.

BArtolus conſilio 1. num. 6. ex l. apud Iulianum ff. de hær. inſt. ait debitorem hoc caſu teneri oſtendere rem quam dat in ſolutum eſſe in ſuis bonis, oſtendendo inſtrumentum. Martianus l. ſi quis aliam, & l. ſeq. ff. de ſol. & lib. ſi quis, inquit, rem aliam pro alia volenti ſoluerit, & euicta fuerit, remanet priſtina obligatio.

Sed & ſi duos fundos pro debito dederit, euicto altero fundo remanet integra obligatio.

Sed & ſi per dolum pluris æſtimatum fundum inſolutum dederit, non liberatur, niſi quod deeſt repleatur.

In pupillo ſine tutoris auctoritate diſtrahenti, inſpiciendum, an ſit factus locupletior.

Si mulier velit exigere dotem in pecunia numerata, quæ omnia bona mariti rei ſeruandæ cauſa poſſideat, & pro domina egit, reditus exegit, monentia diſtraxit, ea, quæ ex rebus mariti percepit in dotem ei imputari debent. l. Titia. ff. de ſolut.

Dare inſolutum.

CVm beneficio cridarum, vel dato fideiuſſore, vbi immineat euictio ex ſtatuto. c. 444. §. quod autem, auct. de fideiuſſ.

Deducta tertia parte.

PRo dote audio extare Senatusconſultum, vt poſſint dari bona inſolutum iuſto pretio in quo Cœphalus conſ. 195. nu. 11. hæſitat. arbitror idem eſſe in omnibus caſibus, in quibus, quis non incipit à perſonali detentione, ſed ab apprehenſione, ratio eſt, quia cum quis apprehendit bona tutus eſt, & ei ſuccurſum eſt alia via: Atqui decretum hoc (vt ſuperius dictum eſt) non habet locum vbi creditori ſuccurſum eſt alio modo.

Quæſtio.

SEd an debitor qui non eſt in carcere, poteſt creditorem vincula minantem præuenire, ac offerendo de bonis inſolutum impedire carcerem? Reſp. poſſe, quia cui damus actionem, multò magis exceptionem, quotidieque id fit, daturque ſcheda, in qua deſcripta ſunt omnia mobilia, & immobilia citato creditore, & in calce ſchedæ, iuro, inquit, debitor, me non [illegible] re alia bona, quod iuramentum ex ſtatuto Mediolani. cap. 409. vol. 1. in ceſſionibus eſt quidem neceſſarium, ita vt ceſſio non valeat, ſi debitor peieraſſe deprehendatur: ſed in datione inſolutum non [illegible] legere apud aliquem illud eſſe neceſſarium: fortaſſe autem inuentum, vt ex[illegible] ceſſionis vitentur, & videtur eſſe quoddam iuramentum de calumnia, ac præſtari ne aduerſarius exiſtimet debitorem velle fruſtrari. Pacianus loco ſuperius citato dat aliam formulam.

Sed an Doctor legum, qui ex priuilegio non debet carcerari, offeret cum deductione tertiæ? Reſpondeo, dubitari poſſe: quia decretum non videtur habere locum, niſi cum etiam capturæ locus eſt: ſed diſtinguendum, quia cum ratione perſonæ, vt pupilli, furiori, (ſupra: ver. pupillus,) non eſt locus capturæ, decretum de tertia parte habet locum; cum verò ratione cauſæ, ſecus.

Veræ extimationis, taxatur verò pretium, quia aliàs creditor videretur rem minoris, pro ſolido accepiſſe, Practic. Papienſ. in form. exec. ſent. num 20.

Intra duos annos, ſed etiam lapſis duobus, ac pluribus annis, ſi quis emiſſet rem minoris à procuratore, quàm ei fuerit mandatum l. 1. §. celſus ait, ſi quis rem meam vendiderit minoris, quàm ei mandaui, non videtur alienata. Statutum Mediolani. cap. 164. volum. 1. concedit terminum anni ad redimendum bona data inſolutum.

Eodem pretio, quid ſi alluuione fuerint aucta? quid ſi impetu aquæ decreuerint? Reſp. quæ decreuere poſſe lui ad ratã, quia quod iuris de toto, idem de parte: aucta poſſe eodem pretio, quia lucra, quæ accedunt fundo empto, ſunt emptoris, ſed irreuocabilis, à quo ſcilicet res amplius vindicari non poteſt.

Huic ſanctioni per pactum quibuſcunque clauſ. vallatum.

EX regula poſſumus renunciare legibus. l. ſed & ſi quis, verbo renunciatum. ff. ſi qui caut. iud. Boſsius in praxi crimin. tit. de carcere, ait non poſſe huic decreto etiam cum iuramento renunciari. num. 25. pro [illegible] faciunt expreſsè verba I.C. in l. iuriſgentiũ. §. ſi paciſcar. ff. de pact. ver. & gen[illegible] licet aliqui contradicant. Oportet [illegible]tur,

cautè

cautè agentem creditorem petere à Senatu pacti ratificationem, per parentes, vt vocant, quia quod iure non valet, Princeps, cuius vices Senatus Mediolani gerit, pōt confirmare. l. adoptio. ff. de adopt. quamuis contra legem humanitatis faciunt creditores, qui huiuſmodi conuentionem ſeruant.

Notarij &c.

IVre Codicis Notarij conficientes inſtrumenta de rebus vetitis, relegantur. §. ijs tabellionibus. C. de ſacroſ. eccl. requiritur autem ſententia vt notarius ab officio moueatur. Bal. l ſi quis decurio. ff. de fal. Alex. l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. col. fin. vbi de iure communi. ſed an ad tēpus, puta trienniū, poſſet renuntiari huic decreto?

Caſus verò in præſenti ſanctione c. hi ſunt.

HOs caſus priuilegio dignos eſſe colligi poteſt ex lib. 4. Polit. Ariſtotelis, qui ex ſententia Socratis omnem ciuitatem ait ob alimenta primo ex agricolis conſtare: tum ex ijs qui negotiantur emētes, & mercaturam, & numulariam exercent, vel bellū propulſant, & libertatem communem tuentur. idem ferè ex l. in ea. C. de compenſ.

Debitores ex cauſa ficti.

FIcti cauſa dicitur hic ipſum fictum. l. 1. ff. ſol. matr. dotis cauſa ſcilicet dos ipſa, vt Zaſius notauit, non enim ſumitur hic cauſa pro negotio vt apud rhetores.

Ficti ſimplicis.

GRatia alimentorum, non agriculturæ, vt domini ex agris alere ſe poſſint, extat lex *litib. finem impo entes*. C. de agric. & cēſ. vt poſſint fictabiles fideiubere & ſuper reditibus, & fictis cum dominis contendere, vel certè eos reditus, & ea ficta deponere. Pythagoras verò ita fauit etiam bobus propter agrorum culturam, vt capitale duxerit eos mactare.

Nec frugum munere dignum qui potuit ruricolam mactare ſuum.

Penſionis.

IDeſt ficti vrbanorum prædiorum. Cum pēſionis nomen ſit generale ſignificans quicqd (actione ēt confeſſoria l. cū de in rē verſo) pſtatur pro vſu domus, agri, pecuniæ, ſi ue ſit quod vulgo dicimus fictum ſimplex, ſiue libellarium, & iam de ficto ſimplici dictum ſit, hanc dictionem *Penſionis* arbitror referri ad cenſum, vel ad aliam penſionem diurnam, ſiue menſtruam, ſiue aliam præſtationem vt caponorum vel ad decimam, fieri enim poteſt vt ea debeatur in pecunia legimus. n. Lucullum Romanorum ditiſsimum æſtimatis bonis decimā partem Herculi dediſſe; quamuis Liuius ſignificet ex ærario pecuniam ſumptam vt aurum emeretur & decima Apollini mitteretur Delphico, vbi de iure plauſtri mulieribus conceſſo loquitur.

Etſi Mediolanenſium conſuetudine, quam ſequi tenentur aliæ ciuitates eis ſubiectæ. l. de quib. ff. de leg. v. tunc ius quo vrbs Roma vtitur, penſio dicatur de mercede quā ſolūt inquilini, vnde in ſtat. nou. Mediol. c. 413. vol. 2. leguntur hæc: debitor ex cauſa ficti temporalis, vel libellarij, aut penſionis, aut adiutorij maſſaritij, non poſsint offerre de bonis ſuis inſolutum creditori ſuo inquilini aſportantes inuecta capiuntur. c. 417. linguaque noſtra inquilini à penſione dicuntur *pigionanti* vt in ſtat. c. 167. vol. 1. §. Item pro fictis & reditib. debitis p quoſcunq; colonos, penſionantes, quo ſenſu ſi ſumatur hic erit verbi multiplicatio facta, & repetitio ſuperflua, & ex abundantia dictum, vt in ſimili I. C. l. nepti. §. ſi quis fūdum. ff. de inſtructo & inſtr. leg. l. pediculis. ff. de auro & arg. leg. v. non neceſſaria verbi multiplicatio; alias nomine penſionis ſignificatur etiam quod vulgo dicitur pecuniæ gaudimentum, & intereſſe, l. lecta. §. igitur. ff. ſi cert. peta. quamuis etiam pro mercede habitationis l. ſi tibi habitatio nem. ff. loc. Ludouicus Peguerra. Deciſ. 596. ait in curia Barcinonenſi, ex conſtitut. Reg s Alphonſi. 4. penſiones cenſuales ita ſeuerè exigi, vt nō admittatur exceptio aliqua neq; falſitatis, neq; nullitatis, neque præſcriptionis. Mediolani pro reditib. cenſualib. nō datur captura ex no. cōſt. tit. de prohib. execut. lib. 2. verſ. perprius p eos locatori. hæc vero erat verus forma cōmittendi cenſus, vt Foller. de red. cenſualib. nēpe vt prius proprietas venderetur.

Crediti ſtatut. Mediolani ca. 407. vol. 2. pro eo conueniri non poſſe ait fictabiles dum laborant bona.

Quod adiutorij maſſaritii locus deprauatus. legēdum enim non QVOD ſed, quos (nempe creditores) vt conſtet ratio recti ſermonis alias dicendum fuiſſet, quod (nempe creditum) adiutorium maſſaritium appellant: id verò eſt mutua pecunia, quæ datur maſ-

maſſario, qui neceſſitatem fortaſſe emendi boues habebat, vel frumentum loco pecuniæ, l. rogaſti. ff. ſi cert. pet.

Expenſarum litis.

AD calumniam coercendam, ſed quę trāſiuerint in rem iudicatā vt ſtat. c. 167. vol. 1. ſi quis (hæc eſt mea opi.) conueniretur ad expenſas ſolas in actione reali non poſſet offerre de bonis: verum ſi quis vrgeretur actione perſonali ad ſolutionem ſortis & expenſarū, arbitror ſecus: quia prius in ſolutione habetur ratio expenſarum, & eius quod intereſt, reliquū cedit in ſortē. l. fideiuſ. magiſtra. ff. de fideiuſ. mag. v. prius in vſuras cedere: nimirum ſępè, quod nō licet vna via alia licet. l. ſi cōem. ff. quemad. ſer. amit. Nec ius hoc caſu eſſet impedimēto, ſed factum: nam facta deductione expenſarum, tolleretur earum petitio. quod ſi qs vellet ſeparare hæc, Mediol. non poſſet, vbi ſtatuto prohibetur crediti ſeparatio. Hoc igitur caſu factum, non ius inſpicimus. l. idem erit. ff. de ſtatu hom. v. facti &c.

Mercedis intuitu humanitatis.

HIc nomen mercedis ſumitur pro ea quæ præſtatur mercenarijs operas ſuas locantibus, vt diſciplinæ cauſa præceptori, artifici pro manuſpretio, operarijs gratia laboris, de quibus ff. de oper. ſeru. l. mulieris v. in manuſpretio. ff. de verb. ſign. vulgo manuales dr̄, quia manibus victum quæritāt. quib. bene ſit, iuxta illud, *labores manuū tuarū manducabis, & bene tibi erit.* Differt aūt merces ab honorario: quia hoc debetur ijs, qui magis operam beneficij loco, quā quęſtus cā exhibent, vt patronis cauſarū, agri menſoribusq́; l. aduerſus ff. ſi mēſor fal. modū, proptereaq́; iſtis poſſet offerri & dari de bonis inſolutū. videnda ſtat. Mediol. c. 361. & c. 421. vol. 2. quod quidā non audiātur ſuper mercede lapſis ſex menſibus, & ordo Senatus 1549. 28. Martij.

Depoſiti veri, & realis.

PVblica vtilitas ſuadet his caſibus ne fides frangatur. l. 1. v. vtilitas. ff. depoſ. ſed ſi ita depoſuero vt depoſitarius vtatur nō eſt depoſitum ſi tamen vtatur eſt à die vſus, vel mutuū, vel alius cōtractus l. 1. §. ſi pecunia ff. eo. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. Plot. §. 10. nū. 24. de in lit. iur.

Quæſtio.

QVid ſi initio quis depoſuit, poſtea recepit intereſſe? Reſp. renuntiauit depoſito. l. ſi hominem. ff. depoſ.

Pretij rei venditæ adde & acceſſionū. l. ſi plures. ff. de pact. fin. Non tn̄ occaſione rei venditæ: aliud. n. eſt pretium rei, aliud occaſione rei, ſiue ex re. l. reſcriptum. ff. de diſtract. pig. verſ. quia ex contractu.

Quæſtio.

SEd an & iurium? an etiam ſpei? an euētus? nam & horum eſt venditio. l. nec emptio. v. aliquando. ff. de contrah. empt.

Onerum ex priuilegio fiſci.

Datiorum nec non pedagiorum, & gabellæ, q̄ hoc verbo datiorum ſignificantur. lib. 1. de de off. iud. Dat. nou. conſt.

Mercimonij.

MOdo mercator ſit matriculatus Bart. l. matriculam, C. de agent. in reb. lib. 12. ſed miror tantum tribui ijs, qui venales vt extrudant merces tot mēdacijs nos fallūt.

Cambij quod exercent campſores vulgo dicti, olim argentarij, numularij, menſarij, trapezitę, collibiſtæ.

Veri, & realis verum aūt. i. iuſtum, & reale. i. naturale fuiſſe probatur ex cōſtit. Mediol. iuramento creditoris. lib. 5. tit. de off. Abb. & cōſulis mercat. §. quotieſcunq́; iure cōi, vt cambium dicatur verū, nō fallax, nō ſimulatum plurima deſiderantur, q̄ cenſeo petenda ex Lud. Lopez de contract. & Beninſ. de cābijs, ne tranſcribendo eorū pręcepta dicar ſpoliaſſe mortuos, & miſcuiſſe aquas liquido nectari, qualem vellē eſſe hūc librū.

Fideiuſſionis is dr̄ fideiuſſor, qui p̄ſens promittit ſtipulanti daturum id quod alius debet l. fideiuſſ. ff. de fideiuſſ.

Quæſtio.

SEd fingamus notarium ſcripſiſſe aliquē fideiuſſiſſe pro aliquo, qui præſens erat, & non contradixit, an teneatur perinde ac ſi ſtipulatio interueniſſet? Reſp. tenetur l. cū oſtendimus. ff. de fideiuſſ.

Aliæ quæſtiones.

SEd an mandator? an correus correo, vel conſtituiſſe pecuniæ reus? an confideiuſſor poterunt offerre inſolutum de bonis? fideiuſſor quoq. poterit in caſu nou. conſt. lib. 2. tit. de prohib. v. fideiuſſorib.

Redemptionis captiuorum qui erāt apud Turcas Guid. Pap. q. 113. & qui in ſeruitute hoſtiū, quiq́; manumiſsi recuſant ſoluere pretium redemptionis ei, cui mandauere vt eos redimeret. idē in caſu de repreſalijs ex ſtat. Mediol. c. 438. vol. 2. olim (auctore Seruio) querna etiam corona dabatur ei, qui ciuē ab hoſtibus liberaſſet.

F I N I S.

IOANNIS BAPTISTAE CAVATII I. V. D. BONONIENSIS,

Etiam xiv. annos Aduocati Mediolanenſis.

DEFENSIO ACERRIMA PRO. N. SIVE Tractatus.

De conuerſatione cum Bannitis.

SVMMARIA.

1 Verba generalia ſunt intelligenda generaliter.
2 Statutum permittens bannitum occidi, intelligitur etiam per alium data pecunia.
3 Iudicis partes nullæ in confeſſum, niſi in condemnando.
4 Ordo iuris non ſeruatur contra repertos in flagranti.
5 Ignorantiam allegare contra præſumptam ſcientiam, an, & quatenus proſit, & nu. 7.
6 Confeſſio qualificata quando poſſit diuidi, & acceptari reiecta qualitate.
8 Ignorantia iuris, an & quando excuſet, & nu. 9.
10 Ignorantia præſumitur in abſente, & late exornatur. nu. 11. 12. 13. & 14.
15 Simplicitas præſumitur in ruſtico, minore, & muliere.
16 Proclamatum ignorantia præſumitur, & quare.
17 Conuerſatio cum bannitis non eſt probibita de iure communi, & nu ſeq.
19 Ignorantia facti etiam prudentiſſimos fallit.
20 Vxorem alienam detinens ignoranter excuſatur.
21 Nati ex inceſtis nuptijs quatenus illegitimi cenſeantur.
22 Ignorantia excuſat à pœnis indictis pro illicito matrimonio.
23 Emphyteuta alienans, rem. emphyteuticã ingnorãter excuſatur à caducitate, ampliatur nu. 24.
25 Recipiens canonem quando intelligatur remiſiſſe caducitatem, & nu. 26.
27 Ignorantia excuſat non ponentem rem in æſtimo.
28 Receptator, rei furtinæ ignorantia excuſatur.
29 Receptans delinquentem ignoranter excuſatur.
30 Receptator banniti ignoranter excuſatur.
31 Falſi crimen probabili iguorantia excuſatur.
32 Monetam falſam expendens ignoranter excuſatur.
33 Mutuans filio familias ignoranter excuſatur.
34 Occidens non bannitum credens iuſta credulitate bannitum excuſatur.
36 Percutiens clericum ignorans illum eſſe clericum excuſatur.
36 Vtens falſis inſtrumentis ignoranter excuſatur à pœna falſi.
37 Scientia vtentis falſis inſtrumentis quomodo probetur.
38 Bannitus nõ ritè nõ poteſt interfici vigore ſtatuti.
39 Occidens bannitum, qui non poterat banniri, excuſatur.
40 Occidens nullitur bannitum excuſatur.
41 Occidens rebannitum non cancellatum excuſatur.
22 Occidens bannitum habentem ſaluum conductum, cuius notitiam non habebat, excuſatur.
43 Virginem interpellans, quam iuſtè credebat meretricem, excuſatur.
44 Tacens in impetratione beneficij, collationem alterius ignoranter excuſatur.
45 Acta voluntariæ iuriſdictionis ſuſtinentur ex ignorantia aduentus ſucceſſoris.
46 Exceptionem dilatoriam non proponens ante conteſtationem ignoranter litis excuſatur.
47 Actus ſuſtinetur nõ obſtãte ignorata inhabilitate.
48 Sacerdos ſuſpenſus celebrans ignoranter à pœna irregularitatis excuſatur.
49 Emphyteuta ignorans rem eſſe emphyteuticam excuſatur ab omiſſa ſolutione canonis.
50 Hæres faciendo ignoranter prohibita teſtatori excuſatur.
51 Ignoranti ſuccurrẽdum aduerſus præſcriptionem.
52 Intellectus ad textum in l. ſi non conuitij. C. de iniurijs.
53 Hæres ignorans occiſores defuncti excuſatur, ſi non vendicat necem defuncti.
54 Mulier, quæ poſt diuortium intra triginta dies non denuntiat ſe prægnantem an excuſetur.
55 Statuta limitantia tempus ad cognoſcendum de

maleficijs declarantur.

56 *Commilitones nouelli nõ obſeruantes conſuetudines excuſantur.*

57 *Conuerſantes cum excommunicato ignoranter excuſantur.*

58 *Ignorantia facti præſumitur.*

59 *Ignorantiæ præſumptio excuſat ab onere probandi.*

60 *Ignorantia eſt actus priuatiuus, qui habet negatiuam annexam.*

61 *Nominis mutatio eſt crimen falſi.*

62 *Vox communis excuſat.*

63 *Aſſertioni aſſerentis ſtatur in his quæ in animo conſiſtunt, quod duabus deciſionibus exornatur, nume. ſeq.*

65 *Nobilium facta vix ignorantur.*

66 *Hominis infimi nominis bannum preſumitur ignorari.*

67 *Confeſſus conuerſationem cum bannito accidentaliter non poteſt vigore talis confeſſionis puniri, & nu. 75. melius.*

68 *Conuerſatio cum bannito, quæ non nocet fiſco, non eſt conſiderabilis.*

69 *Præceptum factum cuſtodi ne permittat alloqui captiuum ſub certa pęna, eſt validum.*

70 *Præceptum factum cuſtodi ne permittat aliquem loqui cum carcerato nõ trahitur ad loquentem per verba conſolatoria, & non nociua fiſco.*

71 *Ratio finalis proclamatis ex prefatione colligitur.*

72 *Conuerſatio cum bannito quando non prodeſt bannito non eſt punibilis.*

73 *Proclama non habet locum vbi non conueniunt illius verba, & nu. 137.*

74 *Pœna non incurritur, quando non læditur finis prohibitionis.*

75 *Verba proclamatis non ardiſca, præmiditationem, & dolum deſignant.*

76 *Aſſociare aliquem non eſt delictum per ſe.*

77 *Prohibitio aſſociationis banniti loquens per actus actiuos non extendirur ad paſſiuos, vel mixtos.*

78 *Caſus mixtus non comprehenditur in diſpoſitione pœnali loquente de caſu ſimplici.*

79 *Reus abſoluendus fiſco non probante.*

80 *Captus in domo banniti, an, et, quatenus dicatur conuictus de conuerſatione punibili, & numero ſequenti.*

82 *Tolerantia inferioris officialis nõ prodeſt bannito.*

83 *Diſpenſatio nõ inducitur per actum negatiuũ conſiſtentem in pati; ſed affirmatiuum conſiſtentem in agere.*

84 *Tolerantia quas debeat habere qualitates, vt proſit tolerato.*

85 *Conuentiones inter Principes finitimos non recipiendi bannitos, ſed eos tradendi ſibi inuicem, declarantur.*

86 *Bannitus toleratus non poteſt impunè occidi, quatenus verum ſit.*

87 *Tolerantia ſiue iuſta, ſiue iniuſta excuſat tertium conuerſantem cum bannito.*

88 *Cauſa qualibet excuſat à dolo, & pœna.*

89 *Videre bannitum per plateas, & vicos conuerſantem eſt iuſta cauſa credendi illum non bannitũ, vel ſaltem legitimè toleratum.*

90 *Tolerantia quando noceat, & quando proſit, egregia diſtintione comprobatur.*

91 *Conſuetudo quando excuſet, vel non à delicto, diſtinctione traditur.*

92 *Suſpicio ſola, quod quis ſit rebãnitus, vel toleratus excuſat conuerſantẽ, vel receptantẽ bãnitũ.*

93 *Error communis excuſat.*

94 *Diſpoſitio generalis reſtringitur ex coniectura tamentis diſponentis.*

95 *Scientiam legalem reſtringi ad regulas Donati indignum eſt.*

96 *Mens præferri debet verbis, & numero ſequenti.*

98 *Nullus inferior à Principe, aut à Papa, poteſt ligare ignorantem.*

99 *Intentio reſtringitur ad limites poteſtatis prohibentis.*

100 *Interpretationis reſtrictiuæ remiſſiuè materia.*

101 *Verba generalia non comprehendunt ignorantes, etiam ſi ſonent in præmium.*

102 *Occidens bannitum, quem ignorabat eſſe bannitũ, non meretur præmium.*

103 *Crimen dicitur tantum quod dolo committitur.*

104 *Dolus quibus caſibus omnino requiratur, exactè declaratur.*

105 *Præſumptio ignorantiæ non compatitur obligationem inueſtigandi veritatem, an quis ſit bannitus.*

106 *Bannimentorum effectus non extenditur extra territorium.*

107 *Diligentiam, & inueſtigationem quando quis facere teneatur, diſtinctè declaratur.*

108 *Confeſſio dicentis, ſeſe oppoſuiſſe Curiæ, quatenus noceat.*

109 *Forenſis qui ſe opponat Curiæ, quomodo in examine monendus.*

110 *Condemnari nullus poteſt, niſi ſit confeſſus, & cõuictus.*

111 *Reſiſtens Curiæ ignorans eam eſſe Curiam, excuſatur.*

112 *Satellites quatenus excludantur à teſtimonio.*

113 *Aggreſſus an teneatur credere verbis ſatellitum dicentium ſe eſſe Curiam.*

114 *Satellites an poſsint interficere aliquem in actu capturæ.*

115 *Iudici quando reſiſtere liceat.*

116 *Executores non poſſunt capere aliquem ſine licentia in ſcriptis.*

117 *Reſiſtentia Curiæ impunibilis eſt, quando executores non habent, & oſtendunt licentiam in ſcriptis.*

118 *Caſus, in quibus, quis capi poteſt ſine mandato Iudicis.*

119 *Periculum in mora operatur multa.*

Opinio

120 *Opinio vnius non poteſt operari ad præiudicium alterius.*
121 *Delictum facere de non delicto per ſuam confeſſionem non eſt in poteſtate alicuius.*
122 *Nemo dominus membrorum ſuorum.*
123 *Satellites excedẽtes iuſta credulitate excuſãtur.*
124 *Rixa, & vulnera, quæ contingunt occaſione capturæ iniuſtæ, cuius iniuſtitia non oritur ex culpa ſatellitum, non puniuntur.*
125 *Terror armorum ſufficit, vt quis dicatur feciſſe ad ſui neceſſariam defenſionem.*
126 *Accedens ad alienam domum cum ſocijs, & lapidibus percutiendo, & exonerando archibuſium impunè interficitur.*
127 *Inſultatus propter terrorem armorum dicitur in periculo vitæ conſtitutus.*
128 *Reſiſtentia conſiderabilis non datur ſine manuali actu.*
129 *Principium attendi debet, & numero 134.*
130 *Vnitas temporis vnitatem inducit diſpoſitionis, quod pulchrè exemplificatur.*
131 *Actus plures reputantur pro vno, quando ſunt vno tempore.*
132 *Intentio agentis principaliter attendi debet.*
133 *Moderamen inculpatæ tutelæ quando nõ conſideretur.*
135 *Licitum in termino, à quo, eſt licitum in termino, ad quem, continuato actu, id quod nouem deciſionibus exornatur.*
136 *Arguere quatenus liceat à iuſtitia principij ad excuſandum delictum.*
137 *Dolus non præſumitur in faciente actum prima fronte licitum.*
138 *Pœna corporali ſine dolo quis non punitur.*

ARGVMENTVM.

N. Defenditur ab obiecta conuerſatione cum Baptiſtella capitaliter bannito. Primò, quia ignorabat cridas, & bannimenta: & ignorantia probatur, quia Ruſticus, quia Cremẽſis, quia bannimenta non ſunt ſecundum ius, & quia ita iurauit in eius conſtitutis. Secundò, quia ignorabat Baptiſtellam eſſe bannitum, & ignorantia quatuor medijs oſtenditur, & iuſtitia huius excuſationis triginta quinque deciſionibus, & inſtantijs firmatur. Tertiò, quia in omnem caſum aſſociatio fuerit accidentalis itineris cauſa, & non comprehenſa à bannimentis S. E. id quod, & quatuor fundamentis, & præciſis deciſionibus firmatur. Quartò adducitur tolerantia, quia Baptiſtella haberet domum conductam in agro Mediol. & paſſim cum omnibus conuerſaretur, & examinatis contrarijs, diſtinctionis comprobato fœdere, oſtenditur tolerantiam, etiam citra ſuperiorum ſcientiam, N. prodeſſe, & ſecundum præfata euitantur omnia contraria.

Rurſus defenditur ab obiecta oppoſitione, vt dicitur facta familiæ in actu detentionis. Primò, quia cum eo non ſit agendum ſecundum bannimenta. Secundò, quia non ſit confeſſus, neque conuictus, & horum dd. vtrumque ab omni contrario depoſitionis biroariorum eximitur. Tertiò oſtenditur, quòd etiam ſi ſe oppoſuiſſet iuſtè, vel ſaltem impunè ſe opponere potuiſſet. Omnia tamen humillimè ſubijciuntur integerrimo iudicio Excellen. Senat. quem genibus flexis pauperrimus iſte, qui diuturna carceratione octo menſium infirmatur, vt ſui miſereatur rogat.

Adſit Dominus ſpes mea.

N. Videtur teneri pœna proclamatum S. E. quoniam verba ſunt generalia. *Prohibiſce di più S. E. che niuno habbia ardire di trattar, nè conuerſar con alcun condennato capitalmente di morte naturale, & bandito, ò aſſaſſino ſottò la pena di trè anni di Galera, ò altra maggiore ad arbitrio di S. E.* Verba enim
1 generalia ſunt generaliter † intelligenda. l. de pretio. ff. de publiciana l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſtan. l. in fraudẽ. in fin. ff. de teſta. milit. l. ſi plures. ff. de leg. 2. c. ſolitæ de maior. & obed. c. ſi Romanorum 19. diſtin. capit. quod ſi dormiet 30 q. 1 quia verba generalia omnia includunt l. quidquid aſtringendæ in 2. reſponſ. ff. de verb. oblig. & nihil relinquunt intactum Bal. in conſil. 305. libro 1. ita vt ſatis ſit, quòd ſatisfiat verbis, & tenori legis. l. 2. §. 1. ibi legi ſatis factum
2 ſit. ff de iud. propter † quod dicit Bal. in conſ 401. col. ſi vol. quod ſtatutum permittens generaliter bannitum occidi intelligitur etiam ſi quis per alium occidat, etiam data pecunia: modo ex his videtur iuridicè inferri, quòd dictus N. teneatur pœna proclamatum, vt ſupra quia, & ipſe faſſus eſt iuiſſe de ſocietate Petrini Baptiſtellæ capitaliter banniti, & inuentus, & captus fuit domi eiuſdem in loco Sancti Rochi agri Mediolanenſis. Nam reſpectu confeſſionis vulgatum eſt illud, quòd nullæ ſunt partes
3 iudicis in confeſſum, niſi in † condemnando, vt dicit text. in l. proinde in §. fin. & in l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. reſpectu verò eius, quòd fuerit inuentus domi, videntur intrare omnes rigores, quos iura continent contra repertos in flagranti crimine, ita vt omnino procedendum ſit ad pœnas indi-

4 ctas nullo iuris ordine ſeruato, vt † no. DD. in cap. cum non ab homine in verbo deprehenſus ex. de iud.

Secundò licet dixerit N. N. quòd ignorabat Baptiſtellam eſſe bannitum; tamen hoc ſuum dictum non videtur illi prodeſſe, quia præſumptio videtur in contrarium, quia rumor, & fama eſſet, quòd Baptiſtella eſſet bannitus: inſurgit enim præſumpta ſcientia, propter quam allegans ignoran-
5 tiam non poteſt † ſe eximere à pœna ſaltem extraordinaria Boſſ. in tit. de rapin. num. 16. cum multis ſeq. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 348. num. 15.

Tertiò videtur recipienda confeſſio reiecta qualitate adiectæ ignorantiæ propter
6 iam allegatam † præſumptionem, iuxta Magiſtralem Theoricam Bart. in l. Aurelius ff. de liber. leg.

Quartò accedit, quòd ex præſumpta ſcientiâ reſultat obligatio inueſtigandi de quali-
7 tate † ipſa banni, & banniti Nel. de bannit. in 3. par. 2. tempor. quæſt. 20. nume. 50. & proinde non videtur licere dicere ignorans, feci Bal. in l. diuus Claudius. ff. ad leg. Cornel. de falſ. & per illum text. idem repetijt in l. 1. ff. de leg.

His non obſtantibus exiſtimamus, N. eſſe in caſu abſolutionis.

Primò principaliter, quia licet ignoran-
8 tia iuris regulariter non excuſet † l. iuris C. qui admit. gloſ. & DD. in capitulo ſecundo de conſtitut. Andr. Gail. l. ſecunda practic. obſer. obſer. 48. Franc. Marc. quæſt. 686. Menoch. de arbitrar. caſ. 193. numero 23. tamen talis præſumptio non eſt iuris, & de iure, ſed ſimplex præſumptio, ideo admittit
9 probationem in contrarium, vt † dicit Cardin. Zabar. in capitulo vltimo. Qu. matr. acc. poſſ. & probabiliter probata excuſat, neque lex afficit probabiliter ignorantes l penult. ff. de decr. ab ordin. fac. l. iubemus C. de teſta. cap. vt animarum de conſtit. lib ſexto, capit. propoſuiſti 86. diſtinct. & per illa iura expreſſè firmat. Abb. in conſil. 35. videtur primo dicto, ſi b numero ſecundo, ſub verſiculo tertio principaliter, libro primo, pulchrè Afflict. deciſ. 290. Caſſad. deciſio. tertia, titu. de reſeruat. num. quarto, vbi dicit, quòd contrarium dicere eſſet contra omne ius. At qui N. N. eſt, qui veriſimiliter ignoraſſe creditur cridas, & bannimenta præfata, quia Cremenſis, quia ruſticus, & quia bannimenta ſunt contra diſpoſitionem iuris communis ergo.

Et quòd ideo dicatur probabiliter igno-
10 raſſe, quia forenſis † nimis apertè tradunt DD. in capitulo cognoſcentes de conſtitut. vbi Abb. numero decimo Felyn. numero 19. Dec. numero final. & Bero. numero 54. alia adduxit. D. compater Menoch. de arbitr. iud. caſ. 186. verſic. ſecundus modus numer. 16. vbi in effectu concludit ignorantiam cenſeri probatam ex probatione abſentiæ; addimus Veral. deciſ. 107. par. tertia Menoch. conſil. 74. volum. primo Gail. d. obſeruat. 48. num. 26. & 27.

Hinc primò dicimus, quòd forenſis pro-
11 hibitus † acquirere, ſi acquirat, & alleget ignorantiam, excuſatur Sol. ad conſtitut. Sabaud. antiq. glo. quarta, in proœm. numero 26 & 27.

Secundò etiam facit Bald. Ang. & Imol. in l. Titius in §. Lucius. ff. de libr. & poſth.
12 vbi dicunt, quòd ille qui † eſt in Ciuitate præſumitur ignorare quæ fiunt ruri, & è contra.

Tertiò, & in proclamationibus publicis præſumptam ignorantiam admittunt quò ad homines eiuſdem loci non conti-
13 nuò † habitantes, & quò ad nouellos Ciues multi, quos ſequitur Rom. in conſilio 128. ſub numero octauo, & in conſilio 491. vbi eſt bona additio quæ allegat eundem Rom. in diuerſis conſil. & addit Curt. Sen. Iaſ. Felyn. Marſil. Bald. Cyn. & alios multos.

Quartò etiam facit, quòd iſta præſumptio eſt tantæ æquitatis, vt & ille qui eſt abſens ſui culpa huiuſmodi excuſatione iuuetur, & ſecundum hanc rationem dicimus, quòd bannitos præſumitur igno-
14 rare ea, quæ fiunt † in Ciuitate propria, & etiam banna generalia, ita Bart. in l. planè in Lect. Neapol. poſt princip. ff. de excuſatione tut. vbi expreſsè, ideò dicitur quod talia banna non legant bannitos.

Quòd autem eadem concluſio præſumptæ ignorantiæ reſultet ex eo, quia dictus N. ſit
15 ruſticus † expreſsè firmat Capic. deciſ. 159. numero 22. & 30. Crauett. in conſil. pro genero numero 228. Oſaſc. deciſ. 54. num. 15. & ratio eſt in promptu, quia ſimplicitas præſumitur in muliere, ruſtico, & minore, vt dicit Capic. d. deciſ. 159. num. 23. & error iuris non inducit malam fidem l. ſcire ff. de pet. hæred.

Demum quò ad tertiam rationem, quòd in his, quæ non ſunt de iure communi prohi-
16 bita, ſed vigore proclamatum † ignorantia præſumatur, illa apertè probatur per Magon. deciſ. Luc. 49. numero vigeſimo, & rectè applicatur ad caſum noſtrum, quia
17 conuerſatio † non reperitur de iure communi prohibita. Sed, & hæc videntur ex abun-

abundanti deducta. quia onus curiæ eſt pro-
18 bare ſcientiam, & cum ſcientia † contra-
uentionem Sol. dd. conſtitut. Sabaud.glo.4.
nu.26.

SECVNDÒ principaliter accedit igno-
rantiæ iuris ignorantia facti, quia non ſolum
dictus N. ignorabat bannimenta, ſed igno-
rabat etiam hunc eſſe bannitum: hęc autem
magis excuſat, quia vt inquit Specul. de ad-
uoc. §. 3. in prin. illa decipit etiam pruden-
19 tiſſimos. † Exceptio iſta, & iſta maior pro-
poſitio, eſt indubitata.

Hinc primò videmus, quòd non punitur
ille, qui vxorem alienam detinet, vel deſpon
20 ſat † ignoranter l. ex maleficijs. § longè ff.
de act.& oblig. Bart.in l. cuicumque. C. de
ſer.fugit.

Secundò videmus, quòd iura generaliter
dicentia natos ex inceſtis nuptijs illegitimos
cenſeri non extenduntur ad caſum, quo ma-
trimonium, quamuis illegitimum ignoran-
21 ter † contractum ſit. capit.ſecundo,cap.ex
tenore. qui fil. ſint legit. l. qui in prouincia.
§. Diuus ff. de rit. nupt. gloſ. in l.qui con-
tra C. de inceſt. nupt. Roman. qui pulchrè
ampliat, & reſtringit dictum in l. ſi vero
in §. de viro ver. quinquageſima prin-
cipalis fallentia. numero 84. ff. ſolut. ma-
trim.

Tertiò habemus, quòd immo talis igno-
rantia excuſat ab omnibus pœnis indictis
22 pro illicito † matrimonio, vt inquit Bart.in
l. auunculo. ff. de cond. ſin. ca. addo Ro-
man. in dict.§.de viro verſic.ſexto probatur,
ſub num.84.

Quartò ſic dicimus, quòd leges, quæ di-
ſponunt emphyteutam alienantem rem
emphyteuticam, aut melioramenta ſine
conſenſu domi cadere à iure ſuo, non
23 procedunt in emphyteuta alienante † igno
ranter, text. eſt in capitulo primo, de
contr. int. dom. & emphyt. vbi Bald. pa-
rum ante finem dicit illum text. valde ſin-
gularem, & ad hoc facit text. cum glo. in
l. prima, in fin. ſuper illis verbis ex quo quis
ſcit ff quan.appell.ſit, & quæ circa id ſcrip-
ſere Marc. quæſt. 579. Pap. libr.12. tit.8. A-
ret.pri.DD. de Rot. deciſ. prim. titu.de em-
pt. & vend.in antiq. Gaſp.Caballin.Millelo-
que 94. & Andreas Gail. dict. obſer.48. nu-
mero 4.

Quintò fortius voluit Bald. in cap. ſi vaſ-
24 ſallus feudum † in fine per illum text. ſi de
feu. fuer. contr. inter. dom. & agn. quòd ſi
hæres ignoranter vendidit feudum em-
phyteuticum, quòd non cadat à iure ſuo,
& quòd volens reuocare habet probare il-
lius ſcientiam, vtrumque dictum pro ſin-
gulari refert, & ſequitur Philipp. Franc. in
cap. dilecti verſic. quinto decimo quæro ex.
de appell. addo Rom. in dict.§. de viro ver.
duodecimo probatur ſub d. numer. 84. ff.ſol.
matrim.

Sextò ſic è contra dicimus, quòd pœnæ
25 commiſſi remiſſio † inducitur per receptio-
nem canonis, ſiue cenſus dèbiti nulla facta
proteſtatione Oſaſc. deciſ. 139. numero fin.
Guid. Pap. quæſt. 171. & 172. Franc. Marc.
quæſt.603.Caballin.Milleloq. 221. cæterum
negamus remiſſionem induci domino igno-
26 rante † caducitatem,vt tradit Hier.Magon.
deciſ. florent.145.

Septimò ſic excuſamus non ponĕtem rem
27 in æſtimo ignoranter † ſecundum Bal. in l.
quandiu C. qui admit.

Octauò ſic excuſamus receptatores rerum
28 furtiuarum ignoranter † latè Bart. Bertaz.
in conſil. crimin. 66. ſi vera ſunt per totum
lib.pri.

29 Nonò ſic excuſamus † receptatores delin-
quentium l. in generali. C. de tabu. libr.10.
Lud.Rom in d.§. de viro verſ. ſecundo pro
batur ſub num 84.

Decimò ſic excuſamus receptatores ban-
30 nitorum † ignoranter, latè Menoch. de
arbitr. iud. caſ 148. vbi loquitur, etiam
ſecundum conſtitutiones huius Dominij Me
diol.

Vndecimò ſic excuſamus crimen falſi in
31 eo caſu, in quo probabilis † ignorantia præ
ſumitur Capic. deciſ.67. numero 7. quia in
effectu ſubiectum falſitatis eſt dolus, qui
non datur ſine ſcientia Magon. deciſ. Lu-
cen.43.

Duodecimò ſic excuſamus expendentem
32 falſam † monetam ignoranter, Crau.conſ.
244. cum tamen expendens ſcienter tenea-
tur pœna leg.Cornel.de falſ.cap.Toloſ.quæ-
ſtione 162 Rot.Auenion.deciſ.114. in deciſ.
diuer. Ludouic. Peguer. in deciſ.crimin.ca-
pitulo 46.

Decimotertiò ſic excuſamus mutuo dan-
tem filio familias, quem talem non crede-
33 ba, quia communis † fama erat in contra-
rium l Theodorus ff ad S. C. Maced.l.Zeno-
dorus. C.eo.Rom in d.§ de viro ver.27 pro-
batur ſub eo.num.84.vbi idem dicit, & pro-
bat in Velleiano.

Decimo quartò ſic occidens non bannitum
ignoranter, credens iuſta credulitate illum
34 bannitum excuſatur † ab omni pœna, vt
docuit eruditiſſimus compater meus Menoc.
in nouiſſima cent. ſex ad libr. de arbitr. iud.
caſ.573.num.pri.

Decimoquintò pariter excuſamus inij-
cientem manus violentas in clericum

35 ignorantem † illum Clericum eſſe,c.ſi vero
aliquis de ſent. excomm.glo. in l. ſi ignorans
ff. loc.ſequitur Rom.in d. §. de viro verſ.ſe-
cundo probatur ſub num.84.ff.ſol. matr.
Decimo ſextò ſic excuſamus vtentes fal-
36 ſis inſtrumentis † ignoranter, & ad tollen-
dam talem excuſationem vtimur illa interro
gatiene non à iure, ſed ab ipſa conſuetudi-
37 nè inuenta, an videlicet quis † velit vti de
quo Clar. in §.falſum Afflict. deciſ.189.Rot.
Auenion.deciſ.50. Marc.quæſt.735. Caball.
Milleloq. 850.Nat.conſ.635. & omnium me
lius præceptoris mei Io. Iacobi de Vincentij,
præceptor Alex. ſtint. in praxi c.
Decimo ſeptimò pariter non ignoramus,
38 quòd non rite bannitus † non poteſt occidi
vigore ſtatuti Bart. in l. non putauit §. non
quis ff.de cont.tab.Bar.Paul.de Caſtr.&Alex.
in l.4 §.ſi ſeruus. ff.de acquir.poſſ. Alex. in l.
fin ff. de adult. & in conſ.114. par.pri.Corn.
conſ.17.in prima par.& tamen tali exceptio
39 ne † excuſamus interficientem bannitum,
qui non poterat banniri Cephal. conſ.35.
Decimo octauò ſimiliter eadem ratione
40 excuſamus † interficientem nulliter banni-
tum Corn. conſ.16.vol.1.
Decimo nonò eodem modo excuſamus in
41 terficientem bannitum † rebannitum non
tamen cancellatum Caſtrenſ. in l. ſi de eo. ff.
de acquir.poſſeſſ.Bald.in l.labeo in fin.ff.de
pact.Alex. in d.conſ.114.num.5. libr.primo,
Marſil.in l.prima.num.70.ff.de Sicar. & in
praxi. in §. Aggredior. num.4.& in conſ.55.
num.7. vol.1.
Vigeſimò eodem clypeo ignorantiæ excu-
42 ſamus interficientem † bannitum haben-
tem ſaluum conductum Caſtrenſ.conſ.199.
volum.1.
Vigeſimoprimò non ignoramus iura di-
43 centia appellantem † virginem teneri actio
ne iniuriarum, non extendi ad caſum quo i-
gnoretur mulieris virginitas, iuſtèque pute-
tur meretricaria qualitas l. item apud labeo-
nem.§. ſi quis Virginem.ff. de iniur.
Vigeſimoſecundò ſic dicimus quod impe-
tratio beneficij dicitur ſubreptitia, ſi tacuerit
44 impetrans aliud † beneficium ſibi collatũ,
niſi exceptione ignorantiæ excuſetur cap. ge
nera de reſcript. in ſexto.
Vigeſimotertiò pariter ſcimus, quòd iuriſ-
dictio Magiſtratus præcedentis finitur aduẽ-
45 tu ſucceſſoris: & tamen voluntariæ † iuriſ-
dictionis geſta clypeo ignorantiæ ſuſtinentur
l.ſi forte.ff. de offic.Præſid.
Vigeſimoquartò ſic excuſamus omitten-
tem ignoranter proponere dilatoriam exce-
46 ptionem ante litem † conteſtatã gl. in l. er-
ror C.de iur.& fact.ignor.c.paſtor.ex.de exc.

47 Vigeſimoquintò ſic ſuſtinemus actum † fa
ctum non obſtante ignorata inhabilitate ca.
ad probandum,de re iudic. l. Barbarius.ff.de
offic.Præſid.l.1.C.de teſtam.3.q 7.capit.tria.
l.2.C.de ſent.
Vigeſimoſextò ſic Sacerdotem ſuſpenſum
ab officio diuino miniſtrantem ob ignoran-
48 tiam ſuſpenſionis † excuſamus à pęna irre-
gularitatis,c.ad Apoſtolicam de cler.ægrot.
Vigeſimoſeptimò ſic excuſamus à caduci-
tate emphyteutam non ſoluentem canonem
intra tempus à iure præfixum, eo quia igno-
49 rabat rem † eſſe emphyteuticam, glo.fin.in
l.2.C.de iur.emphy. Dyn.in cap.cum quis de
reg.iur.in 6.DD. in l.qui in alterius ff.de reg.
iur. Rom. in d.§. de viro verſ.13. probatur
ſub num.84.
Vigeſimo octauò ſic hæres faciendo igno-
50 ranter ea, quæ † erant prohibita Teſtatori
ſub pœna excuſatur, vt not. glo.in l. cum fi-
lius in §. in hac. ff. de verb. oblig. ſequitur
Rom. in d. §. de viro, verſ.14. probatur ſub
eo. num.84.
Vigeſimo nonò ſic dicimus,quòd ignoran
51 ti † ſuccurrendum eſt aduerſus præſcriptio-
nem, Rom. in d.loco verſ.15.ſub eo.nu.84.
Trigeſimò ſic declaratur tex. in l. ſi non
52 conuitij C. de iniur. vt † non procedat ad
uerſus ignorantem; articulus eſt difficilis,
ſed pro hac parte tenuerunt Bart.in l. cũ qui
in §. in popularibus circa finem. ff. de iur.
iur.Boer. deciſ.26. num.16. Nat. conſil.225.
nu.2. & poſt alios etiam elegantiſſimus Do-
ctor Andræas Fachineus controuerſiarum
iur. lib.9.cap.8. in 3.par.
Trigeſimo primò ſic declarantur iura pu-
53 nientia hæredem † non vindicantem necẽ
defuncti,quia ignorentur occiſores defuncti,
l.1.§.ſi mulier.ff.de libr.agnoſ.Rom.in dicto
§. de viro verſic. decimo ſeptimo ſub eo.nu.
84. ff. ſol. matr.
Trigeſimo ſecundò, & iura mulctantia
mulierem, quę poſt diuortium intra triginta
dies marito, à quo diuertitur,non denuntiat
ſe ex eo fore prægnantem, limitantur,vt non
54 procedant eo caſu, quo mulier † ignora-
uit ſe prægnantem, Rom. in d. proximè ci-
tatur loco.
Trigeſimo tertiò ſic limitantur ſtatuta li-
55 mitantia tempus † ad cognoſcendum de
maleficijs, vt non procedant ad caſus intra
dicta tempora non cognitos , Rom. in d.§.
de viro verſic. decimo nonò probatur , ſub
eod. nu. 84. vbi ſe ipſum citat in alijs locis ,
in quibus latius de hoc diſſeruit.
Trigeſimo quartò eodem in loco Rom.
verſ. vigeſimoprimo, ſub eod.nu. 84. dicit ſi
mili clypeo ignorantiæ excuſari Tyrones, &
nouellos

56 nouellos † commilitones non obſeruantes conſuetudines per tex. in l. qui cum vno. §. fi. de re milit.& in l. qui comeatus. §. Tyroni eod. tit. & infert ad ea, quæ diximus ſupra de nouello ciue.

Trigeſimoquintò ſic excuſamus cõmuni-
57 cantem† cũ excomunicato ignoranter,c.quõ multos 11.q.3.c.inter alia ex.de ſent. excom.

Poſſent,& hoc loco alia adduci, & cumulari, ſed hęc, vt magis facientia ad propoſitum cumulaſſe ſufficiat ad oſtendendum, ꝙ nulla eſt exceptio quæ latius pateat ad defenſam cuiuſcumq; delicti,quam ignorantia.

Ignorantia autem N. in eo de quo quæritur probatur ex infraſcriptis.

Primò ex præſumptione legis ſecundum
58 quam ignorantia † facti præſumitur l. verius. ff. de probat. maximè ad excludendum delictũ,vt poſt Rom. & alios docet Bertaz.in d. conſ. 66. ſi vera ſunt,nu. 1. lib. 1. crimin. Et hæc ſola præſumptio ſufficeret, quia
59 ignorantiæ præſumptio † excuſat ab onere probandi, Bald in l. quicunque. C. de ſer. fugit. vnde conſueuit eſſe in ore omnium, quòd ignorantia dicitur ſatis probata eo ipſo, quòd non probatur ſcientia. Gloſ.in l.1. in ver. edocere. C. ad Maced. cum ſimil relatis per And. Gail. d obſer. 48. num. 22. eod. lib. 2 quia vt inquit Maran. in l.is po-
60 teſt.nu.226 ff.de acq hæred.ignorantia eſt † actus priuatiuus,qui habet negatiuã annexã.

Secundò,ignorantia probatur, quia bannitus ille mutauerat ſibi nomen, & vocari faciebat ſe Breſcianum, vt in offenſiuo: & cum ab omnibus pro tali vocaretur, vt ta-
61 lis credi potuit,& debuit quia mutatio † nominis eſt crimen falſi regulariter Rom. in Rubr. ſol. matrim. in princip. vbi latè, quod
62 non præſumitur: & communis † vox excuſat l. Barbatius Philippus.ff. de offic. præſid.

Tertiò probatur ignorantia,quia N. iurauit ſuper tali ignorantia, vt paſſim in eius conſtitutis. Nam ignorantia eſt de his quæ conſiſtunt in animo, & proinde probatur aſ-
63 ſertioni † dicentis ſe ignoraſſe, ita Bart. Bertaz. in conſil. 126. de pluribus delictis. num. 6. libro 1. vbi loquitur in receptatore banniti, & ibi Claud. eius filius in additionibus allegat Menoch. Cæphal Oſaſc.Simon de Præt. Burſat. & alios, & ad hoc facit ele-
64 gans deciſio, quòd ſi forenſis per aliquem † locũ iter faciat, & vectigal non ſoluat rerũ, vel mercium ſuarum propter quod ceciderunt in commiſſum, liberatur ſi iuret ſe neſciuiſſe ibi fuiſſe vectigal, & hoc dicunt fuiſſe graue dictum. Abb. in conſ. 35. lib. 1. & cõciuis. Marſil. in Rubr. de probat. nu. 137.

Quartò veriſimilis eſt ignorantia, quia vt dixi N. eſt Cremenſis,& dictus bannitus
65 erat homunculus † plebeius:ſicut enim difficilius admitteretur iſta ignorantia ſi bannitus fuiſſet vir nobilis,vel inſignis, vt Zurla,Finus,Vecchius,Romitus, Veſpeſianus & ſimiles, iux no. in c. ilorum de ſentent. excomun. cum ſimil. cumulatis per Tiraq. in tract. de nobilit. cap 37. num. 110. verſ. nobilium facta, ita facilius debet admitti igno-
66 rantia in hominibus infimi,vel potius † nullius nominis, quia contrariorum eadem diſciplina, & idem operatur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito. l. ſi.ff.de leg. 3. cum alijs adductis per Bar. in eleganti quæſt. quam format in materia bánitorum in l. inter ſtipulantem in. § ſacrãm. num.2. ff. de verb. oblig. vbi vtramque rationem adducit, & declarat.

Tertiò principaliter conſidero, quod de aſſociatione non coſtat, niſi ex confeſſione ipſius N. atteſtantis eam contigiſſe acci-
67 dentaliter, & † in itinere,quæ confeſſio ſi accipiatur, prout iacet,nullam ſpeciem delicti in ſe continet.

Primò, quia fiſco non nocet in aliquo;
68 ideo non eſt † conſiderabilis Horat. Luc.in conſ. 168. num.26. inter crimin.diuer.vol.1. Foller. in fragm.num.66.vbi allegat Paul.de Caſtr. & alios, & ſeruit elegantiſſima traditio. Crau. in conſ 3.Iudex habens captiuum. verſ. 17.nu.25.vbi iudex commiſerat cuſtodibus,ne quem permitterent alloqui quendam captiuum ſub graui pęna,& cum præceptum
69 † huiuſmodi valeat, vt ait Clar. in §. fi.q 6. & quidam alloquuti fuiſſent captiuum per verba conſolatoria, tenet Crau.non dici con-
70 trauentum inhibitioni, quia non remanſit † læſus fiſcus, & Caſtrenſ. ſequitur Foller.in d. loco ſub eodem num. 66. vbi etiam alias inſtantias ponit.

Secundò,quia talis aſſociatio non prodeſt bannito: Ratio.n.finalis edicti,& proclama-
71 tis S. E. colligitur † ex præfatione Bar. in l. vlt. ff. de hæred.inſtit & ſecundum illam debet edictum reſtringi Bar. in l.cum hi in § cã in 1. not. ff. de tranſact.at præfatio non ada-
72 ptatur ad caſum in quo aſſociatio,nec † nocet fiſco, nec prodeſt bannito ſi bene illius verba ponderẽtur;ergo non habet locũ proclama; conſequentia probatur ex decil. Pedem.59.nu 6.& in his terminis, ita punctualiter argumentatus eſt Io. Franc Cremona in conſ.139.videtur ex pluribus.num.20.21. & 22. inter crimin. Bertaz. volum. 2. & ap-
73 plicando prędicta ad † verba ipſius proclamatis egregiè diuiduntur, vt alia reſpiciant excluſionem præiudicij fiſci, vt à principio proclamatis, vſque ad illa verba, *poſſono*

quie-

quietamente, & pacificamente viuere, alia vero excluſionem contineant cuiuſcunq; fauoris ipſorum bannitorum, & videlicet illa, *& i delinquenti, & malfatori ſiano in ogni caſo caſtigati, &c.* vſque ad fi. ex tali ſpecie aſſociationis non læditur fiſcus, nec aliquid fit, quo iuuari poſſint banniti; ergo non conueniunt verba proclamatis, & conſequenter, nec diſpoſitio l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Cagnol. qui alios referr in l. ſi quis maior. num. 19. C. de tranſact. & hos ſequitur, ita in ſimilibus arguendo Ioann. Anton. Cremona in d. conſ. 139. in fi. inter crimin. Bertaz. vol. 2. vide ad hanc concluſionem ſemper Felyn. in cap. nonnulli ver. verba legis, vel ſtatuti ſub num. 34. de reſcript. vbi pulchras illationes fecit, & eſt fo. 142 quan-
74 do non læditur † finis prohibitionis, quod non incurratur pęna vide aliqua apud Pereg. fideicom. artic. 40. numero 32. circa med. d. num. 4.

Tertiò, quia prohibitio aſſociationis regiſtrata in illo capitulo, *Prohibiſce di più S. E. che niuno habbia ardire di trattare, nè conuerſare con alcun condennato capitalmente di morte naturale, & bandito, & aſſaſſino ſotto la pena di trè anni di galera, ò altra maggiore all'arbitrio*
75 *di S. E.* non verificantur † in accidentali ſocietate, quia illa verba *non ardiſca* pręmeditationem, & dolum pręſignant, vt poſt Card. Felyn. Dec. & Marſ. in his terminis tradit. Barthol. Bertaz. in conſ. 125. Adhuc non obſtantibus ver. & quia proclama loquitur per verba audeat num. 12. vol pri.

Quartò, quia aſſociatio eatenus ſapit delictum, quatenus comprehenditur à verbis proclamatis: quoniam aſſociare aliquem
76 non eſt † delictum per ſe, poſt Bar. Boſſ. & alios voluit Ioann. Fran. Cremona in d. conſ. 439. numero primo inter crimin. Bertazz. vol. 2. nec iſta aſſociatio comprehenditur à verbis proclamatis, quæ loquuntur ſemper
77 in actibus † actiuis non autem paſſiuis, & mixtis prout eſt aſſociatio iſta cum vterque itineraretur ſuorum quiſq; negotiorum gratia, & proinde non comprehenditur aſſociationis ſpecies de qua agimus, quia in odioſis, & pœnalibus, & his quæ ſunt ſtricti iuris in diſpoſitione caſus ſimplicis nō com-
78 prehenditur † caſus mixtus. l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff. ad l. Iul. de adult. & ita tradiderunt Bar. Alex. Alciat. Rui. Nat. Bero. & Cęphal. quos de hac itineris aſſociatione in ſimilibus terminis loquens refert, ita arguendo Bar. Bertaz. in conſ. 126. de pluribus delictis nu. 14. vol. 1. crim. & faciunt congeſta in terminis ſimilis aſſociationis per Thob. non. in conſ. 101. Duo ſunt de quibus ſub nume. 15. ibi quia ſimul redibant rure omnes, & ſub num. 16. ibi quia omnes eſſent ſocij itineris.

Curia igitur quo ad punctum aſſociationis nullas habet probationes, & proinde
79 ſuccedit † vulgata reg. l. qui accuſare cod. de eden.

Amice, dicet quis non eſt opus diſputare de his poſtea, quam conſtitit, & conſtat curiæ, quod d. N. fuit captus in domo d. banniti, & ſic ſumus extra terminos ſimplicis aſſociationis, ſed in terminis conuerſa-
80 tionis: ideo † cum multa ex his, quæ dixi circa articulum aſſociationis communia ſint huic obiecto hoſpitationis, vt ignorantia iuris, ignorantia facti, finis prohibitionis, & ſimilia; venio ad quartum principale fundamentum, quod ergo deſumo ab ipſomet obiecto: & erit commune etiam ipſi aſſociationi.

Quartò igitur loco ex eo, quòd dictus N. fuerit captus in domo d. Baptiſtellæ colligo in facto, quòd Baptiſtella habitabat in loco Sancti Rochi agri Mediolanenſis, quòd ibi conuerſabatur, & practicabat cum omni-
81 bus indiſtinctè, & † hoc etiam notoriū eſt, & etiam capitulatum in 9. & 10. capitulo ſuper quo depoſuerunt Bartholomæus Bretta, & Dominicus Piua.

Et veniendo ad ea quæ iuris ſunt, talem habitationem dupliciter conſidero, primò, reſpectu ipſius Baptiſtellæ, ſecundò, reſpectu ipſius N.

Primò caſu benè ſcio, quòd illa habitatio ſuffragari non poſſet d. Baptiſtellæ.

Quoniam non poteſt eius reſpectu conſiderari aliqua iuridica tolerantia: quia is non morabatur in loco in quo eſſet præſens qui poſſet reſiſtere: nec ſufficit quòd ban-
82 nitus toleretur † ab officiali inferiore: quia non poteſt ex tali tolerantia elici præſumpta diſpenſatio ex defectu poteſtatis: quia nec tolerantia debet ſtare in ſola ſcientia, & patientia, ex quo diſpenſatio non ndu-
83 citur per actū negatiuum, qui conſiſtit † in pati, qui eſt actus negatiuus non contradicendi, ſed in actu affirmatiuo, qui conſiſtit in agere: rurſus, quia tolerantia requirit nedum ſcientiam, ſed debet eſſe diuturna, & habere alias diuerſas qualitates iuridicas, vt
84 proſit † ad ſecuritatem ipſius tolerati, aliàs non ſolum non prodeſt, ſed nocet, & aggrauat delicta, vt eſpreſsè firmat Bertazz. in d. conſ. 125. verſ. non obſtat, & ſub numero 7. & latius ex profeſſio examinans articulum Io. Petrus Surd. in conſ. 270. Vt malis hominibus per totum illud conſ. vol. 2. vbi ex his
85 rationibus ſtantibus † cōuentionibus inter

Sere-

Sereniſſimum Ducem Mantuæ, & Montiſferrati, & Excellentiſſimum Gubernatorem huius Ducatus Mediolanenſis, & Ianuenſem Rempublicam nedum bannitos capitali crimine non recipiendi in ſuam ditionem, ſed etiam eos cuicunque petenti tradendi, notabiliter conſuluit, conſignari debere quendam Dionyſium Zerbum Papienſem capite damnatum, cui per annum ante huiuſmodi conuentionem fuerat ſecuritas conceſſa, & qui poſt per plures menſes publicè, & palam moratus fuerat in Ciuitate Caſalenſi cum omnibus conuerſando, ſcientibus officialibus præfati ſtatus: & ſecundum prædicta intelligitur illud, quòd ban-
86 nitus † toleratus non includitur in ſtatuto diſponente, quòd bannitus poſſit impunè occidi, vt not. voluit Salyc. cuius dictum ſing. dixit Anan & valde No. Ioan. de Arno. & multi ſunt ſequuti, quorum plures retulit Surd in dict. conſil. 270. verſ. tertio facit. num. 5. d vol. 2.

Altero autem caſu, quando tolerantia conſideratur reſpectu tertij ad eſcuſandum conuerſantes, vel exceptantes, tunc ſemper
87 tolerantia, ſiue iuſta, ſiue iniuſta † indiſtinctè excuſat. Quia quælibet cauſa excuſat à
88 dolo, & † pœna. l. igitur. §. generaliter. ff. de lib. ca. laiè Tiraq. de pœn. temp. cap. 43. num. 1. & videre bannitum euntem & conuerſantem per plateas, & vicos publicè, &
89 palam eſt † cauſa nedum colorata, ſed iuſtiſſima ad credendum illum non bannitum, quia bannitorum proprium non eſt ſtare, ſed fugere; ideò bannitus habetur pro fugitiuo, & capi poteſt qualibet die etiam feriata Bald. in l. ſi qui bonis. C. qui bon. ced. poſſ. vel ſaltem legitimè toleratum, & per hanc rationem, ita arguit in his terminis Ang. Ar. in conſ. 74. nu. 41. & 42. & approbando iuſtitiam cauſæ, ſequitur Franciſcus Cremona in d. conſ. 440 Quamquam teſtes ſub num. 3. vol. 2. crimin. Bertazzol.

Huius diſtinctionis fędus ſequuti ſunt alij
90 inter † quos Bertaz. In dict. conſil. 125. nu. 8. vbi allegat. Bec. in conſ. 102. num. 32. Io. Petr. Sur. d. conſil. 170. num. 24. vbi allegat. Bec. Menoch. & Plot. & addit vnam bonam rationem, quam deducit à conſuetudine ipſa, circa quam ſimili diſtinctione procedit il-
91 lud, conſuetudo † excuſat à delicto: & addo quòd non poteſt ſaltem negari quin videns bannitum toleratum, ſuſpicetur de rebannitione, vel ſaluo conductu, vel iuſta
92 tolerantia; & ſuſpicio † ſufficit ad excuſandum, vt poſt Bald. Auguſt. Arim. & Rol. à Val. de receptatione banniti loquens affirmat Bertaz. in d. conſ. 125. num. 6. eo. vol. 1.

Cum igitur quæramus excuſationem ab ipſa tolerantia fauore tertij, apertè concludit intentio, & prædicta iuuantur ex eo, quod
93 dicere ſolemus communem errorem † excuſare. l. Barbarius. ff. de offic præſid. & faciunt multa congeſta per Menoch. d. conſil. 573. verſ. confert. num. 3.

Non obſtant modo, ea quæ in contrarium fuerunt deducta; quia ex prædictis ſubla[t]a manent, & ſingulis ēt ſpecialiter reſpōdetur.

Non obſtat generalitas proclamatum in primis adducta.

Primo quia ſatis colligimus ex productis eam non fuiſſe mentem S. E. comprehendendi ſimilem caſum, & ideo generalitas illa re-
94 ſtringi debet ex hac coniectura à † mente diſponentis. Crau. in d. conſ. 3. num. 3. & ratio huius dicti eſt, quia alias ſcientia noſtra legalis reſtringeretur ad regulas Donati, qđ
95 eſt abſurdum † Specul. de Aduoc. §. 6. verſ. ſecus eſt etenim. nu. 25. & mens ſeruiret verbis, quod eſt abſurdius; quia ſicut potior eſt
96 finis his, quæ ad ipſum † finem tendunt, ita mens ipſis verbis l. labeo ff. de ſuppell. leg. c. ſecundo requiris ex. de appell. cap in his autem. 22 quæſt. 2. pro nihilo igitur ſunt verba,
97 vbi de † mente conſtat l. non ſolum. ff de act. & oblig. l. 2. C. de conſt. pec. mens autem S. E. ex prędictis ſatis apertè colligitur arg. tex. in l digna vox ff de leg.

Secundò, & fortius hanc eius fuiſſe mentem intelligere poſſumus, ſi conſideremus potentiam huius exceptionis, quæ à Præſidio ignorantiæ reſultat, ſecundum quam di-
98 cunt DD. quòd nullus inferior à † Principe, aut à Papa poteſt ligare ignorantem l. fin. ff. de decr. ab ord. fac. & ita no. voluit Ang. in l. Genero ver. quia nullus inferior. ff. de his qui no. infam & prohibitio, & prohibentis,
99 intentio † menſuratur ad limites poteſtatis prohibentis. Ant. de Butr. in capit. innotuit. num. 21. de elect. in 3. not.

Tertiò habet N. fundatam ſuam intentionem; quia omnes DD. loquentes de inter-
100 pretatione reſtrictiua, cuius materiam † habemus pertractatam in l. 1. in §. nunciatio. ff. de no. oper. nūr. in l. omnes populi ff de iuſt. & iur. & in l. non dubium. C. de leg. omnes in quàm DD. dicunt generalia verba non com-
101 prehendere ignorantes, ēt ſi ſonent in † præmium, vt videmus in conſtitutionibus præmiantibus occidentes bannitos, quæ non extenduntur ad caſum eius qui occidit banni-
102 tum, quem ignorabat eſſe bannitum, † vt tradit poſt alios Rom. in l. ſi vero in § de viro ver. quinquageſima prima principalis fallentia ſub. nu. 84. ff. ſol. matr. vbi lauſſimis inſtantijs hanc reſponſionem confirmat, quam, & nos

& nos eo latius, & copioſius, poſt ea quam
eſt propria materia præſentis conſultatio-
nis ad excluſionem pœnarum comprobabi-
mimus,

Quartò hæc indubitata veritas confirma-
tur, quia illud tantum crimen dicitur, quod
103 dolo committitur † l. 1. ff. de ſicar. cúm ſimil.
vt per Foler. in frag. ſub nu. 64. ideo reſtrin-
gi debet allegata generalitas ne quis inde-
bitè malum patiatur, ne ea reſultet iniqui-
tas, vt puniatur id quod mala fide non conti-
git, vt benè, & latè comprobat Crau. in d. cōſ.
3. maxime ſub num 6. 18. 21. & 24. vbi multa
iura ad præfata comprobandum inducit: &
hæc nullam in effectu habent difficultatem,
quia lex vtitur verbis ſignificantibus dolum,
che niuno di conditione egli ſi ſia ardiſca, vt
bene conſiderauit Bertaz. in conſil. 125. nu-
mero 12. lib. primo, crim. & pœna imponi-
tur perſonæ: his enim duobus caſibus in-
104 dubitanter requiritur † dolus, vt pulchrè
lateque examinauit Antonius de Butr. in ca-
pit. ſecundo, ver. dic. in delictis ſub num. 9.
ex de conſtit.

Non obſtat ſecundum obiectum, quia il-
lud non bene adaptatur ad N. ruſticum, &
forenſem, prout ex præfatis latè patet.

Non obſtat tertium obiectum, quia illud,
immò retorquetur ſtantibus præſumptioni-
bus, imò legitimis probationibus ignorantię
vt ſupra.

Non obſtat quartum, quia ſicut præſum-
pta ſcientia banni inducit obligationem in-
105 ueſtigandi veritatem, ità † ignorantia prę-
ſumpta, & probata operari debet contrariū,
vt idem operetur propoſitum in propoſito,
quod oppoſitum in oppoſito, & cum banni-
106 mentorum effectus non extendatur † extra
territorium Bal. in l. prima. col. 3. verſ. & cir-
ca primum. C. de hæred. inſt. & in l. executo-
rem col. 10. ver. modo ergo quæro. C. de exe-
cut. rei iud. non pertinebat ad N. forenſem
ſcire bannimenta huius ditionis Mediolanē-
ſis, & conſequenter non poteſt in eo dari
ignorantia craſſa, & ſupina ſecundum ter-
minos diſtinctionis, quæ fit inter ea in qui-
107 bus tenetur † quis adhibere inquiſitionem,
& diligentiam, & ea in quibus quis ad talem
inquiſitionem, & diligentiam non tenetur,
quæ eſt pro fundamento obiecti, & de qua
diſtinctione latè, & pulchrè Anton. de Butr.
in capitulo ad falſariorum. verſic. ſecun-
do not. numero duodecimo. de crimin.
falſ.

Capio ſecundum caput, quo obijcitur d.
N. quòd ſe oppoſuerit familiæ in actu de-
tentionis, circa quod dictus N. videtur
conuictus: quia inquit, *mentre eramo à ta-
uola*, loquendo de ſe ipſo, & de dicto Ba-
ptiſtella, *vna di eſſe donne*, intelligens de
habitatricibus domus Baptiſtellæ, *diſſe*,
108 † *ch'erano gente di fuori, & eſſo tale*, ideſt
Baptiſtella *ſubito diede di mano ad vn ſpontone
haſtato, & ſi fece all'vſcio, & ſi miſſe à gridare
ch'era aſſaſsinato; perilche ſfodrai anch'io il
mio piſtoleſe longo, che haueuo:* & licet ipſe
ſubiungat, *mà ſentendo poi dire, ch'era il bari-
cello mi fermai:* tamen iſta obiecta verba vi-
dentur non prodeſſe illi, quia ſtant contra
eum depoſitiones infraſcriptæ.

Primò enim reſpectu qualitatis armorum
videtur conuictus de mandacio, quia Ioann.
Patelotus in relatione, loquens de actu
capturæ inquit, *Sentei dir quì quì, & far al-
l'armi, & ſubito vſcirno duoi con li ſpontoni,
vno de quali fù trattenuto da noi Fanti, qual
diſſe nominarſi N. N.* Ioann. de Ottonellis
loquens de eodem actu. *Detto Battiſtella con
l'aiuto di detto Tonino preſe animo, facendo
maggior difeſa per eſſer lui, & il compagno ar-
mati d'arme haſtate.* Franciſcus R. inquit,
Haueuano vn ſpontone aſtato per cadauno. An-
dræas de Horatijs inquit, *All'improuiſo ſal-
torno fuora d'vn loco à baſſo detti Battiſtella,
& N. hauendo vn ſpontone haſtato per ca-
dauno in mano, & ne furno contra, tirandone
alcuni colpi per ſcaparne dalle mani,* Nicolaus
de Bernardeis. *Et tutti duoi ſaltorno fuori
con vn' arma haſtata per cadauno.* Adam
de M. *Et vidi, che l'vno, & l'altro haueua
ſpontone.* Alexander de Palitijs. *Il com-
pagno di detto Battiſtella, prima che foſſe pre-
ſo, cioè nell'atto, che fù preſo ſi oppoſe contro
li Fanti con vn ſpontone haſtato con tirargli
delli colpi.*

Secundò videtur conuinci de mendacio
in eo quod dicit, *ſentendo poi dire, ch'era il
baricello mi fermai.* Quoniam contrarium
legitur in offenſiuo. Nam Franciſcus R.
inquit. *Et eſſo Tonino faceua gran difeſa
per fuggire, benche diceſsimo ch'eramo la guar-
dia.* Andreas de Horat. *Et il detto N.
fece gran difeſa contro noi Fanti per non la-
ſciarſi prendere, benche li diceſſimo ch'eramo
la guardia.*

Et eo grauius agendum videtur cum dict.
N. quia Franciſcus R. dicit ſe fuiſſe vulne-
ratum à dicto N. & dicit. *Io andai alla
preſa del ſpontone del ſuo compagno, & men-
tre io lo tratteneuo, egli mi ferite vn poco in vn
galone con vn'arma, che non compreſi, che ar-
ma foſſe.* & Andreas de Horat. inquit. *Et
il N. nell'atto, che ſi oppoſe contro di noi, fe-
rite vno delli fanti nominato Franceſco R. in
vn galone.*

His tamen non obſtantibus, credo dict. N.

eſſe

eſſe in caſu omnimodæ abſolutionis.

PRIMÒ enim principaliter conſidero, quòd monitio ſibi fuit data ſuper contrauentione ordinum Sen. Excell. vt in monitione de qua in proceſſu offenſiuo fol. 38. & cum eo agendum eſt non ſecundum particularia ban-
109 na, ſed ſecundum ius † commune, Alber. de ſtat.libr.3. quæſt.prima,numero primo fol.54. fac.2.

SECVNDÒ principaliter, vbi via intentata poſſet ſuſtineri, nullus poteſt condemnari niſi ſit confeſſus, vel conuictus,eſt dictum vul-
110 gatum, quod † latè exornat poſt alios Brunor. in conſil. vn. numero 202. horum neutrum eſt in hoc proceſſu reſpectu huius capitis, ergo.

Quoad confeſſionem, tantum ab eſt, quòd dictus N. confeſſus ſit, vt monitus expreſsè dixerit. *Non è vero ch'io mi opponeſſi alli fanti, ne che ferisſi alcuni di loro*, vt in offenſiuo. fol.38.

Quoad ſecundum licet Io.Patelotus,Ioann. de Ottonellis, & Franciſcus R. Andreas de Horatijs, Nicolaus de Bernardeis, Adam de M.& Alexand. de Palicijs dixerint, quòd N. mouerit cõtra eos armam haſtatam, tamen non ijſdem conuincitur, quòd ſe oppoſuerit curiæ. quia non includitur ſcientia, quòd ſcilicet N. ſciret illam eſſe curiam, ſeu illos eſſe ſatellites, imò hoc ipſe quando ſe oppoſuit ignorabat, vt ipſemet dicit, & dictum ſuum in hoc eo ipſo probatum manet, quòd de ſcientia non apparet, per ea quæ ſupra latiſſimè diſeruimus in primo puncto.

111 Et quod clypeo huius ignorantiæ † curię reſiſtens ſit excuſandus voluit Bar. Auguſt. ad Ang. Ang. de Peruſ.Boer.Foller.& Clar.quos ſequitur Proſper Farinacius de carceribus, & carceratis. quæſt.32. verſic. limita. tertio numero 37.

Et licet Franciſcus R. & Andræas de Horatijs profiteantur ſe monuiſſe, N. quòd eſſent ſatellites per illa verba. *Li diceſſimo, ch'era la guardia*: tamen hæc aſſertio non nocet.

Primò, quia prodijt de ore biroariorum, & conſequenter non poteſt dici probatum, quòd talia verba fuerint prolata, quia biroarij à teſtificando repelluntur omnino in criminalibus, pręſertim dum allegant ſe impeditos in eorum executioibus, & præcipuè ſi prætendant ſe aliqua verbali,vel reali iniuria affectos, prout faciunt iſti, & pręcipuè in grauioribus: multa ſanè hoc loco adduci poſſent, ſed nouiſſimè hæc quatuor di-
112 cta, ex profeſſo comprobat Proſper † Farinac. in tract.de teſt. quæſt.56. artic.11. verſic. iccirco eos numero 37. & verſic. amplia ſecundo numero 376. verſic.& tanto magis. numero 377. & verſic pro reſolutione tamen numero 379.

Secundò, quia etiam ſi certum eſſet, quòd ipſi talia protuliſſent, potuiſſet non intelligere. N. & tremore, & timore affectus. Cer-
113 tum eſt enim quòd timor † potuiſſet hoc operari, & experientia docet, ideo non probaretur hæc ſcientia.

Tertiò & melius,etiam ſi intellexiſſet,non tenebatur credere illis, & ſaltem potuit dubitare quòd non eſſent biroarij, ſed hoſtes, & inimici; quia ipſe non erat conſcius alieni criminis; quia ignorabat qualitatem dictæ Baptiſtellæ, quia tempus erat tempus noctis, quod eſt plenum omni ſuſpicione, & quia viderat eos proceſſiſſe, vt hoſtes vulnerando lęthaliter (prout re ipſa fuit cognitum) Baptiſtellam, quem diligentius cuſtodiendo capere potuiſſent; cum eſſent plures, & ipſe eſſet ſolus, quo in caſu non potuit non arbitrari illos eſſe hoſtes, quia biroarij non poſſunt interficere aliquem, quem capere poſſint,
114 immo † captum habeant in domo, quam circundent, Menoch qui multa allegat in tract. de arbitr.iud. in 6. cent.caſ.578. verſic. tertius eſt caſus num 6.

Tertiò, etiam ſi intellexiſſet N. illos eſſe Biroarios ſufficiebat ſibi bona conſcientia ſua, vt reſiſtere poſſet, & ſe defendere,quia
115 etiam iudici iniuſtè † exequenti reſiſtere licet. l. prohibitum. C. de iur. fiſc. libr. 10. Menoch. d. caſ. 578. verſic. ſecundus eſt caſus num. 4.

Quartò immò etiam ſi dubiam conſcientiam habuiſſet de aliquo delicto, quod ipſe commiſiſſet, adhuc tamen iuſtè capi non poterat eo modo, quia executores non poſſunt aliquem capere, niſi habeant licentiam
116 iudicis in ſcriptis, & † illam oſtendant capiendo dict. l. prohibitum. C. de iure fiſc. libr. 10. prout ſic illum tex. ſumarunt Bar. & Luc. de Penna, qui etiam per eundem tex. voluerunt, quòd quando ſatellites vadunt ad aliquem capiendum ſine tali iudicis ordine, ſeu mandato in ſcriptis iniuſtè agere dicantur, &
117 quòd ideò illis iuſtè reſiſti poſſit, † & huius ſententiæ fuit Angel.in l.item apud,in §.ſi quis virginem,numero ſecundo ff.de iniur.& Angel. ſequutus eſt Clar. in praxi. §. fi. quęſt.29. in fine primi verſic. & his omnibus ſe nouiſſimè ſubſcripſit Proſper. Farinac. de carceribus, & carcer.quæſt.32. verſ limita.ſecundò nu.31. & nu.ſeqq.

Neque eſt, cur quis dicat, amice, præfata non procedunt in caſibus, in quibus ſatellitibus licitum eſt capere aliquem ſine tali man-

mandato, inter quos reperitur caſus ille, quan-
118 do quis reperitur in flagranti † crimine, vt poſt glo. Bal. Conrad. Monticell. Clar. & Grammat. enumerantes hos caſus, voluit Farinac. in dict. quæſt. 32. verſic. ſublimita præcedentem num. 34. 35. & 36. vbi in indiuiduo exemplificat in inuento in flagranti contrauentione bannimentorum.

Nam ſi ſatellites vellent ire ad accipiendum licentiam, delinquentes fugerent, quoniam, vt inquit Philoſophus, omne viuum fugit mortem, & delicta remanerent impunita, & eſt generale, quòd recedendum ſit ab ordinarijs regulis, quando periculum eſt in mora, vt latiſ-
119 ſimis elegantiſſimiſque deciſionibus † exornans dictum docuit ordinatiſſimus Rom. in dicta l. ſi vero, in §. de viro, nume. ff. de ſolu. matrimon.

Nam reſpondetur, quòd ſubductis ruunt tecta columnis, quia non poteſt dici N. inuentum in flagranti crimine, ex quo ſatis ſuperq. oſtendimus conuerſationem, & practicam cū dict. Baptiſtella, quoad eum criminis ſpeciem aliquam non habere, quia N. ignorabat bannimenta, & ignorabat Baptiſtellam eſſe bannitum, & videbat illum toleratū ab omnibus, & per alias rationes, quas ſupra lato folio adduximus.

Neque rurſus dicatur, quòd ſatellites potuerunt iuſtè credere ſe inueniſſe N. in flagranti crimine, ſtantibus bannimentis.

Quia non fuit in poteſtate Biruariorum ſuo
120 credere facere de non delicto † delictum in præiudicium dict. N. quinimò, nec ipſe N. huic præiudicio poſſet conſentire, quia nec in
121 ipſius rei poteſtate eſt facere de non † delicto delictum, Crau. in conſ. 48. num. 7. & in conſ. 262. num. 4. vbi multis, & pulchris exemplis hoc firmat, & multa adduxit D. Menoch. in conſil. 82. num. 119. ex ea ratione, quia ne-
122 mo dominus † eſt membrorum ſuorum l. liber homo. ff. ad leg. Aquil.

Si ergo id certum eſt in reo, multo magis id firmare debemus in ipſis biroarijs, & iniquum foret ſimul, & abſurdum aliter dicere: contra omnia iura, quia innocens puniretur: quia ſine voluntate daretur delictum: quia opinio falſa, & particularis veritati anteponeretur.

Benè admitterem hanc credulitatem ad excuſandum ſatellites, vbi aliquid patraſ-
123 ſent, propter quod contra eos † procederetur, prout etiam admitterem eodem contextu N. iuſtè potuiſſe reſiſtere, & biroarios vulnerare, quia & ipſe ſciret ſecum iniuſtè agi.

Neque hoc inconueniens eſt, vt detur caſus in quo vterq. & biroarij, & reus reſiſtens
124 impune ſe ipſos vulnerent, † & inuicem certent, immò hoc eſt generale in captura iniuſta, cuius iniuſtitia non oritur, ex culpa, & facto ſatellitum, vt eſſet iſta, vt bene poſt Clar. adnotauit Proſper Farinac. d. qu. 32. ver. ſublimita. hanc limitationem num. 47.

Tertiò principaliter, aut volumus. N. teneri, quia ſe oppoſuerit Ioann. de Ottonellis, & Franciſco de Prinis, vt priuatis hominibus, & hoc abſurdiſſimum foret: quia ſi reſpicimus modum clandeſtinum, & repentinum quo vſi ſunt in ingrediendo domum dict. Baptiſtellæ, compellimur dicere quod licitè ſe opponere potuerit dict. N. iure de-
125 fenſionis: ſufficit enim terror armorum; † vt quis dicatur feciſſe ad ſui neceſſariam defenſionem, vt voluerunt Aret. Dec. Riminal. Marſil. Carer. & Clar. quos ſequitur Bertazol. in conſil. 128. ex proceſſu formato. ver. eſt prẹmittendum ſub numero quinto, volum. primo, cri-
126 min. vbi conſuluit, quòd is qui † ad alienam domum iuit cum ſocijs, ſi & lapidibus percuſſit hoſtium, & exonerauit archibuſium iuſtè potuerit occidi ab exiſtente in domo, & ita dicitur fuiſſe iudicatum; multo magis igitur licuiſſet. N. arma mouere contra hos duos, qui non ſimpliciter ad hoſtium domus venerunt, ſed armati domum ingreſſi ſunt, & ſtatim vulnerarunt dict. Baptiſtellam, & non ſolum ab vno, ſed à pluribus venerunt aſſociari: ſi enim propter terrorem
127 armorum † inſultatus dicitur in periculo conſtitutus, vt dicit Fran. Aluar. conſil. 74. numero 71. volum. primo, crimin. & ſequitur Bertazol. dicto conſil. 128. ſub eodem numero quinto, in fine, iſtius dicere compellimur, quòd N. habuerit iuſtam cauſam mouendi arma, qui non ſolùm potuit terreri armis, & ſuſpectiſſimo tempore noctis, ſed debuit perhorreſcere vulneribus illatis d. Baptiſtellæ, & illis ampliſſimis clamoribus de quibus paſſim in proceſſu clamitant teſtes curiæ. Si reſpicimus perſonas dd. Ottonelli, & Franciſci de Prinis, vt de familia pariter abſurdum foret hoc dicere N. teneri, quia ſe oppoſuerit familiæ: quia nec hi erant de familia, nec diuinare poterat N. ordinem quem ipſi dicunt habuiſſe inſectandi dict. Baptiſtellam, quia ignorabat illum bannitum: vt ſupra. Si vero reſpicimus familiam ipſam, & minus poſſumus conſiderare aliquam oppoſitionem cum fuerit captus in illo inſtanti, quando egreſſus fuit domum. Nam Patelotus de N. inquit, *Haueua vn ſpontone baſtato, qual laſciò di dietro nell'vſcir fuori di quella camera, perche alcuni delli Fanti gli andarono alla preſa*, Franciſcus R. inquit. *Quando vſcirno di quella camera doue erano, & che il Battiſtella*

fuggì

fuggi, io andai alla preſa del ſpontone del ſuo cōpagno, & in effectu iſta eſt veritas.

Sextò ego conſidero quod reſiſtentia con-
128 ſiderabilis non datur † ſine manuali actu, vt latè comprobauit Luc. de penna in ſæpius citata l. prohibitum C. de iur. fiſ. libr. 10. & ſequitur Proſper Farinac. de carceribus, & carcerat. quæſt. 32. verſic. contrarium credo numero 45. atque iſte actus non probatur; ergo nec reſiſtentia: quod non probetur inde patet, quia res reducitur ad illud momentum temporis, quo fuit captus N. quia omnes teſtes dicunt oppoſitionem factam fuiſſe in actu, quo captus fuit, & proinde omnis oppoſitio reſtringitur ad vulnus (vt dicitur) illatum Franciſco R. in illo actu, quia is fuit, qui in egreſſu domus apprehendit N. & tamen nec de vulnere, nec de vulnuſculo apparet nec etiam ex dicto aliorum biroariorum, præterquam Nicolai de Bernardeis, qui nec vidiſſe deponit.

Sed eſto citra veri præiudicium, quòd probaretur, conſiderato principio, non poſſet conſiderari tale vulnuſculum, vt actus reſiſtentiæ, ſed vt actus continuatiuus præcedentis defenſionis.

129 Primò, quia debet attendi † principium capit. conſultationi vbi glo. allegat concordantias, & ibi etiam not. Butr. num. 7. de priuil. Secundò, quia vnitas temporis vnitatem
130 inducit actus. Sic † ex pluribus verbis vnico tempore prolatis vnicum conſtituitur cōuicium l. nunquam plura. ff. de priuat. delict. Sic ex pluribus rebus ſubtractis vnico tempore vnicum conſtituitur furtum l. eum qui §. idem dicitur. ff. de fur. Sic plures blaſphemiæ vno tempore emiſſæ vnius tantum blaſphemiæ pœna puniuntur Cepol. conſil. 77. Alciat. in capit. cum non ab homine. numero 37. de iud. ſequitur Couarr. var. reſolut. capitulo decimo, ſub numero 8. vbi plura alia exempla.

Et eſt generale, tàm in ciuilibus, quam in criminalibus, quòd plures actus habentur
131 pro vno quando fiunt † vno tempore. Sic de multiplicata interpellatione atteſtatur Roman. in conſ. 407. Sic de pluribus rebus donatis probat tex. in l. ſancimus in §. ſin autem. C. de donat. Sic dicimus de pluribus ſolutionis pro pluribus annis vnico tempore factis, Io. Andr. in capit. fin. de conſuetud. & Bald. in l. prima, & ſecunda, C. de dot. promiſ. vbi infert ad varias deciſionis iuris quas breuitaris cauſa non curo reperere: non ergo hic vnus actus debet diuerſo iure cēſeri, ſed ſicut in principio licitus: ita in fine iudicari debet. Tertiò, & fortius, quia anima-
132 actus, quæ † eſt intentio l. non omnis. ff. ſi cert. pet. non poteſt diuerſificari in eodem impetu, & in primo motu, pro vt fuit ille in egreſſu domus, quia primi motus non ſunt in poteſtate noſtra. Et quòd ſi continuando actum defenſionis qualis, qualis exceſſus ſequutus fuiſſet non eſſet punibilis propter feruorem rixæ præcedentis, & adhuc imminentis, probatur ex doctrina Afflict. in conſtit. Aſperitatem num. ſeptimo, quam, & auream, & practicatam dicit Foller. in fragment. Pract. crimin. in ver. vnde vi. nume. 57.
133 dū dixit Afflict. quod † moderamen inculparæ tutelę non conſideratur ſi indeliberate, & accenſus furore inſultatus exceſſit modū in defendendo; qui propriè eſſet caſus, vbi daremus quod in aliquo exceſſiſſet N.

Veritas eſt in effectu quòd iuſtitia principij hæc omnia operatur, quia in delictis ex-
134 culandis principium † attenditur l. quod ait lex. §. quod ait. ff. de adult. & quidquid eſt licitum in termino, à quo, eſt licitum in
135 termino ad quem † continuato actu, vt inquit Bald. in d. l. quod ait lex. & quando principium eſt licitum, finis per continuationem cenſetur licitus. Alexand. in conſil. 24. num. 28. libr. ſecundo, vbi hoc pulcherrimum dictum nouem elegantiſſimis deciſionibus exornat, & cum actus de quo agitur habeat neceſſariam conſequentiam à præcedenti aggreſſione facta in domo, Abb. in c. literis num. ſecundo, ampliat præcedens dictum, etiam quando finis non habet neceſſariam conſequentiam à ſuo principio. & ibi etiā varijs, & diuerſis deciſ. ab illis Alex. exornat dictum quòd & latè proſequitur Marſil. ad multa inferens in l. vn. de rapt. virg. n. 151 & in ſing. 225. incip. in delict. & optimè adaptatur ad ſenſum, quòd non aduertit N. quòd hi poſſent eſſe biroarij, & ratio concludit, etiam ſi forte potuiſſet, & de hoc cogitari: optimè hoc modo à iuſtitia principij
136 † arguit Bertaoz. in conſil. 246. numero 14. lib. 1. crimin.

Vltimo vbi actus iſte probaretur, & mereretur nomen reſiſtentiæ, adhuc non poſſet puniri aliqua pęna perſonali proclamatum, etiam ſi res non ageretur cum forenſi.

Primò, quia verba illa proclamatis, *temerarian ente ardiſcono* non conueniunt, ideò,
137 † nec diſpoſitio l. 4 §. toties ff. de damn. infect. quod dictum poſt Butrig Bal. & Salic. eleganti deciſ. comprobauit Dec. in l. 1. num. 15. C. de eden. Non conueniunt illa verba, quia requirunt dolum, vt dixere Card. Fely. & Marſil. quos ſequitur. & refert Bertaz. in d. conſil. 125. num. 12. lib. 1. crimin. & dolus non poteſt conſiderari in hoc caſu, quia

agitur de primo motu vtſupra ex Affiict. &
138 Foller. deduximus, & quia faciens actum prima fronte † licitum, & ſi poſtea ex eo actus prohibitus reſultet, dolus in faciente non præſumitur, Caſtrenſ. conſ. 192. num. ſecundo lib. primo, Crauet. conſilio 8. numero 18. & non longe ab his terminis Burſat. conſilio 331. ſub nume. 17. verſic. quinto ſubijcio, volum. 3.

Secundò, quia ideo non etiam conuenit
139 pęna, quia ſine dolo nemo punitur † pœna corporali Bar. in l. prima, §. 1. numer primo. ff. ſi quis teſta. lib. Clar. in §. fi. quæſt. 84. in princ.

Vbi ergo aliqua pęna veniret imponenda (quod non creditur) illa extraordinaria, & admodum leuiſſima eſſe deberet; præſertim cum ille locus S. Rochi non ſit Ciuitas, nec locus inſignis.

Ex his quoad primum punctum conuerſationis, exiſtimamus N. abſoluendum, quia ignorauerit bannimenta, & cridas, & Baptiſtellam eſſe bannitum, & aſſociatio fuerit accidentalis, & cum bannito tolerato: & quò ad ſecundum idem, & multo magis, quia etiā ſi bannimenta, quo ad forenſem deberent attendi, is tamen neque confeſſus, neque conuictus reperitur: & in omnem caſum iuſtè, vel ſaltem impunè ſe opponere potuiſſet per præfata, & ita credo futurum fore votum Religioſiſſimorum, & integerrimorum DD. meorum Capitanei, & Vicarij, ac cæterorum DD. iudicum totius curiæ, & quòd ita etiam videbitur oculatiſſimæ, & vigilantiſſimę virgæ Excellentiſs. Senatus Mediolanenſis, cuius diſtrictio cum manu paternæ dulcedinis ſemper coniuncta manet.

LAVS DEO.

PETRI CANTONII I. C. ET ADVOCATI MEDIOLANENSIS ERVDITISSIMI,

Et aliorum.

De homicidijs, & alijs criminibus excuſandis, Allegationes.

SVMMARIA.

1 *Affectus non ſequuto effectu non punitur, ceſſante ſtatuto id diſponente.*

2 *Leges punientes affectum ſunt ſublatæ per conſuetudinem generalem.*

3 *Conatus non ſequuto effectu quando puniatur.*

4 *Intellectus ad nouas conſtitutiones dominij Mediolanen. in cap. quicumque, ſub tit. de pœnis.*

5 *Coniuratio quid.*

6 *Coniuratio quatenus differat à conſpiratione.*

7 *Conſtitutio Mediolani in tit. de pœnis in §. mandantes, daclaratur, & num. ſeq.*

9 *Decretum loquens de ſuſcipiente mandatum ad committendum homicidium non habet locum in ſuſcipiente mandatum ad aſſiſtendum homicidio.*

10 *Conſtitutio Mediolani, in tit. de pœnis, in cap. homicida, declaratur.*

11 *Albæ locus in conſil. 30. nume. 1. & 2. perpenditur, & exornatur, & num. 14.*

12 *Qualitates ſtatuti omnes verificari debent, vbi agitur de pœna imponenda.*

13 *Qualitas cauſæ, propter quam quis offenditur, diſtinguit perſonam offenſi, vt modo conſideretur, vt vnus, modo, vt alius.*

15 *Promiſſio generalis non inducit aſſaſſinium.*

16 *Decreti gratioſi declaratio.*

17 *Aſſaſſinium non dicitur quando modicum quid promittitur. vel datur.*

18 *Aſſaſſinium non dicitur ſi oblata promiſſio recuſatur.*

19 *Promiſſio impunitatis facta per partẽ. vel iudicem reo, vt confiteatur, quatenus illi confitenti proſit.*

20 *Pœna minuitur propter confeſſionem abſque metu tormentorum factam.*

21 *Ratio ante actæ vitæ bona operatur diminutionem pœnæ.*

22 *Pœna minuenda eſt ob diuturnam carcerationem.*

32 *Remiſſio partis offenſæ operatur ad diminutionẽ pœnæ.*

43 *Filiorum numerus valet ad minuendam pœnam.*

Pro Antonio Mutina paupere carcerato.

Indiuiduę Trinitatis, Deiparæque Virginis Auſpicijs.

Ntonius Mutina cõfeſſus ſe habuiſſe animũ aſſiſtẽdi homicidio cõmittendo in perſonam Stephani Bornagi per quendam fratrem Biſſum Cremonenſem de mãdato Franciſci Clari, & ſemel ob id vnà cum dicto Biſſo antè ædes dict. Stephani deambulaſſe, ſed ad aliquem actum non proceſſiſſe, quia viſo d. Stephano pluribus ſocijs ſtipato, ipſe, & Biſſus receſſerunt, non eſt plectendus pœna capitali, neque alia graui, ſiue attendamus diſpoſitionem iuris communis, & generalem conſuetudinem totius Italię; ſiue attendamus diſpoſitionem Nou. Conſt. huius Dominij.

Quòd enim attinet ad ius commune, non poteſt dici quòd Antonius ambulauerit cum telo, vt Stephanum occideret, vt requirit l. is, qui cum telo C. ad l. Cornel. de Sicar. quia ambulauit non animo occidendi, ſed aſſiſtendi, & ideò cùm ei non conueniant verba legis, nec eius diſpoſitio vulg. iur. Qđ
1 que de iure non puniatur affectus † non ſecuto effectu, vbi ceſſat ſtatutum id diſponens, Tiraquel. de pœn. conſ 39. num. 1. & ſeq. & vbi etiam adeſt lex. poſſit Iudex pœnam minuere. Idem in cauſ. 40 num. 2.

Quo verò ad conſuetudinem, certum eſt quòd non ſolum illa l. is qui cum telo; ſed & omnes aliæ punientes affectum, ſunt ſub-
2 latæ per conſuetudinem † generalem vt poſt alios tradit Clar. in §. Homicidium. numero 74. Tiraquell. de pœn. cauſ 38. nume. 1. & ſeq. Quod procedere etiam in atrociſſimis, dixit Grammat. in voto 8. num. 17. & ſequuntur alij relati per Bertazol. in conſ. 158. num. 7. vol. primo, crim. & Farinac. in quæſt. 17 num. 49. & quæſt. 37. num. 130. vbi latè.
3 Et in omnem caſum leges † punientes ſo-

lum conatum non ſecuto effectu, non pro-
cedunt quando non eſt deuentum ad actum
proximum maleficio, ſecundum communem
de qua teſtatur Grammat. in conſ. 36. num.
19. in crim. & Clar. in §. fin. quæſt. 92. nu-
mero 3.

Quòd denique attinet ad No. Conſt. hu-
ius Dominij, habemus tria decreta ſub tit.
de pœnis, punientia ſolum affectum non ſe-
cuto effectu; ſed neutrum conuenit huic
caſui.

4 Primum enim eſt in cap. quicunque † cu-
iuſuis ſexus: vbi coniurantes in mortem
alicuius ſiuè ſecutus fuerit effectus, ſiue
non, & quicunque huiuſcemodi coniura-
tionis, & tractatus participes, laqueo, vel
capitis amputatione plectuntur. Verum
decretum illud loquitur de coniuratione,
quæ iniquiſſimi criminis ſpecies eſt, cùm
plures iureiurando in mortem alterius pa-
5 ciſcuntur: Sic † coniurationem eſſe plu-
rium contra aliquem iureiurando factã pa-
ctiones, ſeu coitionẽ. Decian. in tract. crim.
c. 7. nu. 2. lib. 7. tom. 2. pulchrè Hier. Gigaſ.
de crim. Læſ. Maieſt. lib. 2. tit. Quom. & per
quos crim. Læſ. Maieſt. prob. quæſt. 22. nu. 2.
& 3. vbi dicit coniurationem diuerſam eſſe
6 à † conſpiratione, quia hæc fit pacto ſine
iuramento, illa verò iuramentum requirit.
Ideòq; conditores Non. Conſtit. ſolam con-
iurationem etiam non ſecuto effectu pœna
capitali puniendam cenſuerunt. Quare cum
in hoc caſu nullum iuramentum interuene-
rit, ceſſat diſpoſitio d. c. quicunque.

7 Secundum verò eſt cap. † mandantes. vbi
mandantes extra rixam homicidium, aut
aliud quoduis maleficium committi, etiam
ſi homicidium, vel aliud delictum nullo mo-
do ſequatur, nec attentetur, puniri debent
ea pœna, quæ ipſi mandatario, caſu quo de-
lictum conſumaſſet, impoſita eſſet, & in §.
8 1. habetur † eadem quoq; pena teneri man
datarios qui ſiue gratis, ſiue pretio, vel alio
quouis modo mandatum ſuſcipient extrà ri-
xam homicidium committendi, etiam ſi ho-
micidium ipſum non ſequatur, ſeu attente-
tur, qua puniri deberent, ſi homicidium per-
petraſſent.

Sed circa hoc decretum benè aduertendũ
eſt, quòd diuerſimodè loquitur in mandan-
te, & in mandatario: nam mandans ſiue man
det homicidium committi, ſiue mandet alte-
ri, vt homicidio per alium patrando aſſiſtat,
punitur etiam non ſecuto effectu, nec eo at-
tentato, propter illa verba, vel aliud delictũ,
quæ verificantur etiam in mandante alicui,
vt homicidio aſſiſtat. Sed quando loquitur
de mandatario, exprimit eum tantum, qui
mandatum ſuſcepit extrà rixam homicidium
committendi: ideoq; cum diuerſa ſint ho-
micidium committere, & committenti aſſi-
ſtere, decretum, loquens de ſuſcipiente man-
9 datum † ad committendum homicidium,
non habebit locum in ſuſcipiente mandatum
ad aſſiſtendum homicidio: Sed is compre-
hendetur in c. homicida. §. Pari modo, de
quo mox ſubijciam.

Tertium igitur eſt d. c. Homicida. §. &
tanquam. & §. ſeq. vbi tanquam homicida
10 punitur quicunque, etiam † non ſecuta mor
te tantummodò vulnerauerit, aut inſultum
cum telo euaginato fecerit, animo tamen
deliberato occidendi, etiam ſi non lædat,
vel occidat: & pari modo intelligitur qui-
cunque huiuſmodi penſato maleficio auxi-
lium dederit, conſiliumuè, quamuis etiam is
ad opus manus non extendat.

Sed & hoc decretum non obſtat Anto-
nio; quoniam duo copulatiuè requirit, vi-
delicet vulnus, aut inſultum cum telo eua-
ginato, & animum deliberatum occiden-
di: quibus duobus concurrentibus auxilia-
tor, vel aſſiſtens, etiam ſi manum ad opus
non extendat, pari pœna puniendus eſt:
quòd ſi alterum deficiat, diſpoſitioni de-
11 creti locus non eſt, vt † in terminis ſcri-
pſit. Alba in conſ. 30. num. 1. & 2. Itaque cum
Antonius non habuerit animum occiden-
di Stephanum, ſed aſſiſtendi fratri Biſſo, &
cùm neuter eorum vulnerauerit, vel inſul-
tauerit d. Stephanum, ceſſant illa requiſita,
de quibus in c. Homicida: & per conſequens
ex eo nulla pœna ipſi Antonio infligi po-
teſt: nam vbi agitur de imponenda pœna
ex aliqua ſpeciali conſtitutione, vel ſtatu-
12 to, debent omnes † qualitates verificari de
quibus in ipſa conſtitutione fit mentio.
Clar. in d. §. fin. quæſt. 85. num. 9.

Neque obſtat quòd Biſſus vulnerauerit
quondam Scauinum Genuenſem vnum ex
ſocijs Stephani.

Reſpondetur enim primò quod Scaui-
nus vulneratus fuit, quia d. Biſſum ad Mo-
13 naſterium ſuum recta tendentem † ſiſtere
volebat: & ſic offenſus fuit non vti ſocius
Stephani, ſed vti negotium faceſſens ipſi
Biſſo, qui neminem lędebat.

Reſpondetur ſecundò, quòd etiam ſi ip-
ſum offendiſſet putans offendere Stepha-
num, nihilhominus inſultus non poſſet dici
factus Stephano, tum quia perſona vnius,
non erat perſona alterius, tum verò quia
quoad ipſum Scauinum non poſſet dici in-
ſultus factus animo deliberato: vt in termi-
14 nis † concludit Alba in d. conſ. 30. num. 1.
& 2. & ità etiam decidit Clar. in d. §. homi-

cidium

cidium. num. 5. verſ. Dicunt etiam, vbi concludit quòd licet factus fuerit inſultus in aliquem animo deliberato occidendi, & alius ſuperueniat ad rixam, & occidatur, ille dicetur occiſus in rixa, & non animo deliberato. Facit Tiraquel. de pœn. cauſ. 14. numero 4.

Neque ad opprimendum hunc pauperem dicendum eſt, quòd hic agatur de qualitate aſſaſſinij, eo quòd Franciſcus Clarus dixerit Antonio, *che l'hauerebbe contentato*.

Reſpondetur enim primò quòd promiſſio generalis non inducit aſſaſſinium, vt ex-
15 preſsè trad. † Gabriel. in conſ. 170. nume. 18. volum. 1. & Burſar. in conſ. 20. nu. 4. lib. 1. Et ita etiam me aduocato, cenſuit Senatus die 23. Auguſti 1601. declarando beneficium Decreti Gratioſi competere Dominico Dauidi Cremonenſi, qui grauiter vulnerauerat Bernardinum Beuilaquam ſub promiſſione per mandantem ei facta. *Di*
16 *farli vna benedica:* quamuis † decretum expreſsè exciperet vulnus illatum aſſaſſinio mediante.

Reſpondetur ſecundò, quòd etiam quando aliquid modicum datur, vel promittitur, non tamen ob id aſſaſſinium dici poteſt: vt de eo cui donatum fuit per vnum
17 † caligarum, poſt Carrer. ſcripſit Vulpell. in conſ. 143. num. 9. Et de expenſis factis in hoſpitio. Boſſ. in d. tit. de mand. ad homic. nume. 35. Gabriel. in d. conſ. 170. nume. 21. & ſeq. vol. 1. in Honded. in conſ. 93. volum. 2. Vulpell. in d. conſil. 143. num. 8. & de eo qui occidit ſub ſpe vnius æqui, quem exiſtimabat ſibi datum iri. Alciat. in conſ. 11. num. 14. lib. 1. Tom. 1.

Reſpondetur tertiò quòd omnis difficultas ceſſat ex reſponſione data per Antonium d. Claro, videlicet, *Che non voleua niente del ſuo*: quæ verba excludunt omnem conuen-
18 tionem de pretio, † per ea quæ tradit Gabriel. in d. conſ. 170. nu. 18. ſeq.

Ceſſante igitur diſpoſitione Nou. Conſtitutionum ſuccedit generalis conſuetudo, ſecundum quam non punitur affectus, etiam in atrociſſimis, niſi ſecuto effectu, vel niſi ſaltem deuentum fuerit ad actum proximum maleficio, vt dictum eſt. Quocirca cum Biſſus, & Antonius non ſolum non deuenerint ad aliquem actum proximum maleficio, ſed imò viſo Stephano cum ſocijs appropinquante receſſerint, ne in eum inciderent; res eſt in tutò.

Quòd ſi adhuc aliqua pœna extraordinaria plectendus videretur, plura ſunt quæ Senatum Excellentiſs. ad eam minuendam mouere debent.

Primò quidem, quòd cùm nulla ſubeſſent indicia, ipſe Antonius inductus fuit ad confitendum ſub ſpe veniæ, quam Stephanus ei promiſit per hæc verba: *Io vi prometto ſe*
19 *volete dire † la verità, di perdonarui, per quel la Imagine della Madonna*; ibi enim reperiebatur tabula in qua picta erat imago Sanctiſs. Virginis: & licet talis promiſſio facta fuerit à parte, quæ non habebat facultatem ignoſcendi, itaut ſecundum aliquos imputare ſibi debeat is, qui ſub tali promiſſione confeſſus fuit, vt de promiſſione facta per Iudicem dixit. Clar. in d. §. fin. quæſt. 55. num. 8. & ſeq. Nihilominus conſiderandum eſt quod apud ignaros, qualis eſt iſte Antonius, inoleuit credulitas, vt remiſſio partis tollat, vel ſaltem notabiliter minuat quamcunque pœnam: quòd maximè operaſſe credendum eſt in eo ipſo actu, quo d. Antonius retentus fuerat propter magnam commotionem in eo cauſatam ex ijs, quæ ſecuta fuerant, propter quàm is facilius credidit ea, quę ſibi promittebantur. Et ideò dixit Clar. ibi num. 9. in fi. quòd ipſe ex tali confeſſione nunquàm condemnaret reum in pœnam ordinariam.

Secundò minuenda eſt pœna ob illam ingenuam confeſſionem, quam fecit d. Anto-
20 nius abſque † metu tormentorum, vt latè probat Tiraquel. de pœn. min. cauſſa 30. præcipuè num. 10. & Bertezol. in conſ. 356. nu. 4. & in conſil. 505. nume. 27. volum. 2. crim. Rim. Iun. in conſil. 245. num. 57. volum. 3.

Tertiò minuenda eſt pęna ex eo, quòd dictus Antonius nunquam aliàs deliquerit, vt conſtat ex atteſtatione Actuariorum ha-
21 benda enim eſt ratio ante actæ † vitæ, per tex. in l. non omnes. ff. de re milit. in princip. quem ad hoc allegat. Alex. in conſ. 121. col. 2. verſic. concurrit. lib. 7. & Tiraquel. de pœn. conſ. 51. nu. 1. & ſeq. Quib. addo Gram. in voto 20 num. 9. ad fin.

Quartò minuenda eſt propter diuturnam detentionem in carcere. Tiraquel. de pœn.
22 cauſ. 41. num. 1. & ſeq. Ceſſ. Hugo † in conſ. 62. num. 11. Bertazol. in conſil. 8. numero 61. vol. 1. & conſ. 314. num. 16. vol. 2. crim. Monald. in conſ. 41. num. 12. & in coſ. 72. num. 63. vol. primo, Et faciunt tradita per Vinc. Franc. in deciſ. 317. par. 2. & Lud. Peguer. in quæſt. 41. per totum.

Quintò minuenda eſt pęna propter pacem, & remiſſionem Stephani Bornagi que-
23 relantis; cum † mitius agatur quando ceſſat intereſſe partis, vt in ſimilibus terminis tradit Grammat. in d. voto 20. numero 9. ad fin.

Sextò mouere debent Senatum Excel-

lentiſs. miſerabiles vagitus quinque filiorum infantium d. Antonij, qui in ipſis incunabiliſs paternam calamitatem ſentiunt;
24 numerus enim filiorum eſt † iuſta cauſſa minuendi pœnam; vt pluribus comprobat Tiraquel. de pœn. cauſſa 26. num. 1. 2. & 3. Rimin. Iun. in conſilio 245. numero 55. volum. 3.

Cum igitur in hoc caſu neque ſecutum ſit homicidium, neque ad aliquem actum proximum deuentum fuerit: & diſpoſitio Nou. Conſtit. ei applicari nequeat; ac tam de iure, quàm de conſuetudine non ſit puniendus iſte affectus pro effectu; & vbi etiam hoc expreſsè caueretur, poſſit Senatus Excellentiſs. ex cauſſa pœnam diminuere; adſintque plures cauſſæ moderationem pœnæ ſuadentes, infeliciſſima vxor, & filioli mæſtiſſimi, Ampliſs. ordinem precantur, vt pro ſolita clementia cum d. Antonio benignè agere, & pauperrimæ familiæ miſereri dignetur. Mediol. Kal. Ianuarij 1608.

LAVS DEO.

IOANNIS BAPTISTAE CAVATII I. C. BONONIENSIS, PRON.

SVMMARIA.

1 *Species nulla ſine materia efficitur.*
2 *Delictum non eſt, vbi pœna non cadit.*
3 *Inquiſitio formari non poteſt ſuper delicto non punibili, & num. 6.*
4 *Circuitus inutiles euitandi ſunt.*
5 *Exceptio eadem opponi poteſt ad proceſſum, & ad merita.*
7 *Pœnam non meretur quod fit lege permittente.*
8 *Statuta permittentia bannitum impunè offendi, ſunt valida.*
9 *Bannitus poteſt offendi, etiam congregatis hominibus, & armis prohibitis.*
10 *Clericus, an impunè poſſit occidere bannitum.*
11 *Eccleſia dicitur de territorio principis.*
12 *Exceptio, quod offenſio banniti proceſſerit ex priuata cauſa, non recipitur in praxi.*
13 *Bannitus toleratus nõ poteſt impunè offendi, quod num. 14. & 15. limitatur, & numer. 47. tredecim inſtantijs confirmatur.*
16 *Credulitas iuſta cauſatur ex ſcriptura publica.*
17 *Error facti dicitur iuſtiſſimus, & num. 60.*
18 *Diuinare nemo tenetur.*
19 *Mutatio non præſumitur.*
20 *Cauſa qualibet excuſat à dolo, & num. 40.*
21 *Effectus nominis durat, durante nomine.*
22 *Rebannitio quomodo probetur.*
23 *Productionis, & reſolutionis actus eadem eſt natura.*
24 *Bannitus non dicitur qui in albo deſcriptus non reperitur.*
25 *Statutum permittens occidi bannitum latiſſimè interpretandum.*
26 *Homicidium ſine dolo, & culpa impunibile.*
27 *Ignorantia excuſat, quod latè exemplificatur.*
28 *Occidens rebannitum iuſtè credens illum bannitum excuſatur, quod latè cõprobatur, nu. ſeqq.*
29 *Bannitus poteſt impunè offendi, donec eſt deſcriptus inter bannitos.*
30 *Bannitus deſcriptus in pluribus locis, & in vno tantum deletus impunè occiditur.*
31 *Occidens rebannitum, excuſatur, etiamſi ei fuiſſet dictum, quod bannitus erat liberatus.*
32 *Occidens bannitum habentem ſaluum conductum clypeo ignorantiæ excuſatur, quod latè comprobatur, & optima diſtinctione declaratur, num. ſeq.*
34 *Occidens bannitum rebannitum non cancellatum ſcienter non excuſatur.*
35 *Salyceti traditio in l. nullus C. de Iudæis examinatur, & fœdere diſtinctionis exornatur, & nu. ſeq. & 42.*
37 *Tolerantia quatenus proſit, diſtinctè declaratur.*
38 *Tolerantia legitima quæ dicatur.*
39 *Tolerantia illegitima grauat bannitum.*
40 *Tolerantia informis iuuat ad excuſandum conuerſantem cum bannito.*
41 *Tolerantia legitima requiritur ad hoc, vt noceat tertio.*
43 *Receptator latronis præſumitur ignoraſſe.*
44 *Ignorantia facilè præſumitur ad excludendum delictum.*
45 *Ignorantia eſt actus priuatiuus, qui habet negatiuam annexam.*
46 *Cauſa propter quam bannum reddatur inefficax præſumitur ignorari.*
48 *Occidens bannitum toleratum ignorãter quidem, ſed ſubſiſtente cauſa probabili credendi illum eſſe toleratum legitimè, an excuſetur.*
49 *Tolerantia Mediolani eſt penitus ſublata, quod exemplo comprobatur.*
50 *Exemplum banniti tolerati interfecti ſingulare.*
51 *Catelliani locus perpenditur, & reprobatur.*
52 *Abundare ſuo ſenſu, cuilibet licet in opinionum varietate, quod exemplis comprobatur. num. ſequent.*
54 *Errare in ſubtilitatibus legum non eſt peccatum mortale.*
55 *Senatus auctoritas quanta.*
56 *Ordo Senatus, de quo meminit Boſſius in tit. banniti quid amittant, perpenditur.*

57 Oc-

57 *Occidens bannitũ iniuſtè, excuſatur propter bannum iniuſtum.*
58 *Error iuris dubij, & impliciti æquiparatur errori facti.*
59 *Iudex excuſatur in ſindicatu propter varietates opinionum.*
61 *Delinquere non dicitur qui facit quod publicè facere licere arbitratur.*
62 *Errare in iure non eſt dolus.*
63 *Error iuris non nocet in damno euitando.*
64 *Damni, & lucri non eſt par ratio.*
65 *Parcitur illi qui iuſtam cauſam habuit credendi in delictis.*
66 *Actus poſitiui, qui requiruntur in gratiando bannito, excludunt tacitum conſenſum principis pro iuſtificatione tolerantiæ.*
67 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione valet.*
68 *Actus poſitiui quales requirantur ad iuſtitiam tolerantiæ, quod exemplificatur num. 69. & 70.*
71 *Scientia ſpecifica delictorum tolerandi requiritur in principe ad iuſtificandam tolerantiam.*
72 *Scientia actus poſitiui & ſpecificæ ſcientiæ principis requiritur in interficiendo bannitum toleratum, vt puniri poſſit de homicidio.*
73 *Banni exceptio impedit proceſſum.*
74 *Exceptio banni opponi poteſt per procuratorem, & num. 94.*
75 *Occiſor banniti liberati tenetur ſolum de culpa quando per publicam vocem notitiam liberationis habuit.*
76 *Culpa lata non æquiparatur dolo ad imponendam pœnam corporis afflictiuam.*
77 *Culpa nõ ordinata ad caſum impunibilis eſt, quod triginta quinque formalibus deciſionibus remiſſiuè comprobatur.*
78 *Delicta omnia in occiſione banniti confunduntur.*
79 *Homicidiorum differentiæ.*
80 *Homicidij doloſi pœna.*
81 *Homicidij caſualis pęna, quæ*
82 *Pœna commenſuranda eſt delicto.*
83 *Dolus non præſumitur.*
84 *Interpretatio excluſiuam delicti capitur.*
85 *Homicidium præſumitur potius culpoſum.*
86 *Amicitia, & conſanguinitas excludunt præſumptionem voluntatis interficiendi.*
87 *Doli præſumptio ceſſat ceſſante cauſa doli.*
88 *Modus exonerandi archibuſiatas facit pręſumi homicidia caſualia, vel non.*
89 *Locus occiſi confert ad arguendam qualitatem homicidij.*
90 *Occidere volens vnum, & interficiens alium qua pœna puniatur.*
91 *Pęna ordinaria nõ imponitur ex præſumptionib.*
92 *Defenſio pro reo abſente quando ſit admittenda.*
93 *Ordo non ſeruatur in notorijs.*
95 *Inquiſitio male formata, etiam reo contumace, corigi debetur.*

ARGVMENTVM.

IS defenditur ab obiecto homicidio in perſonam patrui: quia bannitus, etiam ſi à Clerico in ſacello, ex priuata cauſa commiſſum diceretur: & latè defenditur ab exceptione tolerantiæ, vel quia tolerantia non ſit legitima, vel quia ſufficiat dictum bānitum non fuiſſe deletum de albo. Secundò defenditur ab obiecto homicidio nobilis Adoleſcentis N. vel quia contigerit caſualiter, & confundatur cum homicidio patrui, vel quia dicatur culpoſum. Tertio oſtenditur audiendos eſſe Aduocatos dicti Inquiſiti, & defenſores. Ex his concluditur, vel inquiri non poſſe, vel inquiſitionem reformandam.

Adſit Dominus ſpes mea.

INquiſitio contra Nob. D. N. N. emiſſa circumſcribi debet, quia N. N. qui dicitur interfectus erat bannitus, & in libro bannitorum deſcriptus, vſque ſub die vltimo Maij 1593. occaſione mandati dati ad occidendũ N. N. vt ex fide in authenticam formam manũ Io. Ant. Crucei Notarij apparet.
1 Nam ſine materia † nulla efficitur ſpecies, & materia inquiſitionis eſſe non poteſt homicidium commiſſum in perſonam banniti, qui poteſt impunè offendi; cum nec deli-
2 ctum ſit, vbi pœna non cadit, etiam † quòd id illicitum eſſet, vt voluerunt Bal. Alex. & alij plures, quos ſequitur nuncupatim proſper Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 18. numero. 6.
Et quòd, vbi delictum non eſt punibile,
3 inquiſitio † formari non poſſit ſuadetur.
Primò, quia circuitus inutiles ſunt euitan-
4 di l. Dominus, & † ibi Bart. ff. de cond. ind. l. cum fundus §. ſeruum tuum, & ibi Bart. ff. ſi cert. pet. cum ſimil.
Secundò, quia exceptio peremptoria, quæ poteſt opponi ad merita cauſæ poteſt, & æquius opponi ad proceſſum impediendum
5 † Lamphranc. in tract. de except. numero octauo, pulchrè Dec. in conſ. 302. num. 1. & num 4. lib. 1.
Tertiò id expreſſè probarunt Barthol. & cæteri DD. in l. vbi pactum de tranſact. cum alijs † cumulatis per eundem
6
Proſper.

Proſper Farinac. titulo de delict. & pœn. quæſtione 17. in princip. & in indiuiduo de clerico imputato de occiſione banniti, conciuis meus Hyppolit. Marſil. in conſilio 11. parum ante finem. libr. primo, & quòd homicidium, quod contigit in perſonam dict. N. non ſit punibile ſingulis enumeratis oſtendamus.

Primò igitur non eſt punibile, ſi illud ſimpliciter conſideretur; cum lex permittat bannitum impunè offendi, quia quod lege per-
7 mittente † fit, pœnam non meretur vulg. l. Gracus de adult. præſertim cum nullus dubitet de validitate ſimilis ſtatuti, vt latè poſt
8 Alex. tradit, & proſequitur Dec. in † conſilio 327. viſo caſu ſub num. 3. parum ante finem d. num.

Secundò non eſt punibile ratione modi, quia bannitus; qui impunè poteſt offendi,
9 poteſt etiam † congregatis hominibus, & armis prohibitis, & vetitis occidi Vulpel. in conſ. 34. num. 14. vbi alios allegat.

Tertiò non eſt punibile ratione dignitatis
10 clericalis, quia ſicut clericus bannitus † poteſt per laicum occidi, ita & è contra clericus debet poſſe laicum bannitum interficere, vt in indiuiduo multis alijs rationibus comprobauit conciuis meus Marſil. in dicto conſil. 11. per totum.

Quartò non eſt punibile ratione loci, eò quia occiſus eſſet in ſacello: tum quia illud eſt purum, & ſimplex oratorium non conſacratum, vt patet ex ſpeciali licentia Illuſtriſſimi Archiepiſcopi: tum quia indubitanter ille locus dicitur, etiam ſi eſſet Eccleſia conſe-
11 crata de † Territorio ditionis Mediolanenſis. Brun. in conſil. 177. volum. ſecundo, Amad. à Pont. quæſt. Laudem. 24. colum. 3. Roland. à Vall. conſilio 33. numero. 15. volum. 3. Nell. pulchrè in tract. bannit. in ſecũdo par. 2. temp. quæſt. 58. vbi concludit hac ratione bannitum poſſe impunè occidi in Eccleſia.

Quintò non eſt etiam punibile, quia offenſio proceſſerit ex † priuata cauſa, quia do-
12 ctrina Barth. in l. nulla. C. de delat. libro decimo, non recipitur in praxi, vt atteſtatur Boſſ. in titulo de bannit. quid amit. numero primo.

Sextò non etiam eſt punibile, quia dict. N. eſſet toleratus † iuxta doctrinam Salyc. in l.
13 nullus. C. de iude.

Quia adhoc, vt illa doctrina habeat locũ requiritur tolerantia legitima, per actus poſitiuos, & alijs varijs circumſtantijs † con-
14 firmata, vt pulchrè, & latè diſſerit poſt multos Ioann. Petr. Surd. in conſilio 170. per totum, & præſertim numero decimoſeptimo volum. ſecundo, & hi non concurrunt in caſu de quo agitur.

Rurſus, quia requiritur quod talis tole-
15 rantiæ ſcientiam † habeat occidens, ne excuſetur.

Primò, quia bannum ſibi præbet iuſtam
16 cauſam credulitatis auctoritate publicè † ſcripturæ. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. act. vbi id not. Iac. Buirig.

Secundò, quia error in facto conſiſtens eſt
17 iuſtus, imò † iuſtiſſimus Spec. de Aduoc. §. 3. in prin.

Tertiò, quia nullus tenetur diuinare, Soc.
18 conſ. ſexto, circa † med. par. 1. Specul. de except. §. 2. verſ. quid ſi probat.

19 Quartò, quia mutatio non † præſumitur l. præcipimus in fi. de appellat.

Quintò, quia quælibet cauſa excuſat à dolo, imò quilibet error etiam iniuſtus, vt quia
20 † in iure conſiſtat l. igitur. ff. de lib. ca. l. prima in fi. de Abige. & conſequenter multo magis error in facto conſiſtens c. ignorantia de reg. iur lib. 6.

Sextò, quia donec bannitus eſt deſcriptus inter bannitos, iſta appellatio ſemper ſibi in
21 eſt, & cum duret † nomen banniti durat etiam effectus nominis, l. tutelas. ff. de cap. dimin.

Septimò quod bannitus non probet ſe rebannitum, niſi etiam ſit facta cancellatio ban
22 ni, probatur, & deducitur † egregie ex tex. in l. final ff. de his quæ inteſt. del. vbi ſi teſtator fecit plures ſcripturas licet vnam cancellauerit, non per hoc probatur, quòd teſtamentum ſit irritum, niſi omnes ſcripturas cãcellauerit.

Octauò cum productionis, & reſolutio-
23 nis actus eadem † ſit natura l. nihil tàm naturale. ff. de reg. iur. non poteſt quis dici ritè rebannitus, vel tolerantiæ, vel gratiæ medio, niſi, & gratiæ, & tolerantiæ fides ſit deſcripta in libro, vbi ipſe reperitur bannitus, quia eodem modo dicimus, quòd ille non dicitur ritè bannitus, qui non reperi-
24 tur deſcriptus in † albo, & ita memini me eripuiſſe à furca quendam Guidonem Dreti de Samodia, dum profiterer Bononiæ, & eſſeribi legatus Illuſtriſſim. & Reuerendiſſim. Domin. Cardinalis Saluiatus, cuius præcipua cura vigebat in purgando prouinciam malis hominibus, & qui vix à principio me audire poterat, & motus fui ex doctrina Salic. & Bald. in l. ambiguitates. C. de teſta.

Nonò animaduertendum, quod ſi vt dixi defectus regiſtrationis facit, vt bannitus non dicatur ritè bannitus, multo magis debet facere, vt non dicatur ritè

reban-

rebannitus ; quia in primo caſu de apicibus iuris agi videtur, in hoc verò fortius vrget publicæ vtilitatis ratio, propter quam dicimus, quòd ſtatutum permittens occidi ban-
25 nitum latiſſimè † venit interpretandum, vt voluit Barth. in l. ſi quis in graui in §. verum verſ. venio ad ſecundum. ff. ad Sillan. cum ſimil. quę non curo cumulare.

Decimò facit, quia hic non poteſt conſiderari dolus, nec culpa per prędicta, ergo
26 non poteſt † conſiderari homicidium punibile. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn.

Vndecimò hæc poſſent infinitis deciſionibus adiuuari, quia certum eſt, quòd reducunt nos ad fundamentum ignorātiæ facti,
27 quæ regulariter † excuſat. l. ex maleficijs. §. longe. ff. de action. & oblig. Barth. in l. cuicunque. C. de ſer. fugit. vbi, quòd non punitur ille, qui vxorem alienam deſponſat, vel ignoranter detinet. Romanus in l. ſi vero in §. de viro verſ. quinquageſima principalis fallentia, num. 84. vbi dicit, quòd iura dicentia natos ex incertis nuptijs illegitimos cenſeri, non comprehendunt caſum matrimonij illegitimę, ſed ignoranter contracti, & quod ignorantia facti excuſat ab omnibus pęnis indictis pro illicito matrimonio. quod hæres ignoranter vendens fundum emphyteuticum non cadit à iure ſuo ; quod receptatores delinquentium ignorantia excuſantur. quòd inijciens manus violentas in clericum ignoranter excuſatur à pœna excommunicationis. quòd emphyteuta non ſoluens canonem eo quia ignoraret rē eſſe emphyteuticam excuſatur. quòd hęres contrauaniendo menti teſtatoris, vel non vindicans necem defuncti ignoranter excuſatur, & alia ſimilia, vt ibi per eum: & pro emphyteuta alienante ignoranter rem emphyteuticam ſine conſenſu domini eſt tex. quem ibi dicit ſing. Bald. in capitulo primo, de contr. inter dom. & emphyteut. & pro domino recipiente ſolutionem canonis, ſiue cenſus debiti, nulla facta proteſtatione, ignoranter pęnam incurſam, vt non dicatur facta remiſſio Oſalc. deciſio. 159. numero fin. Magon. deciſ. Florent. 145. & pro non ponente rem in æſtimo ignoranter, eſt doctrina Bald. in l. quamdiu. C. qui admit. & pro receptatoribus rerum furtiuarum ignoranter conſuluit Bertazzol. conſil. crimin. 66. ſi vera eſt libro primo, & pro receptatoribus bannitorū ignorant er late Menoch. de arbitr. iud. caſ. 148. & pro expendente falſam monetam ignoranter, conſuluit Crauett. conſ. 244. pro occidente non bannitum ignoranter credens iuſta credulitate illum bannitum pulchrè Menoch. in nouiſſ. cent. addita ad libr. de arbitr. iud. caſ. 575. num. primo, & alia poſſent cumulari, quæ ex induſtria omittimus, vt propius punctum attingamus, & cum his rationibus certaueri mus exemplo Caſtrenſ. in conſ. 199. vol. primo. mox allegandi, & auctoritate Petri Surdi in conſ. 270. libr. 2. qui in ſimili caſu ita fecere, perſtringamus fortius punctum.

Duodecimò loco igitur ne in re tam graui, vbi agitur de vita nobiliſſimi adoleſcentis, qui & diſcipulus fuit, & gratiſſimus, & amiciſſimus, videamur per mendicata præſidia procedere, dicimus quòd prædicta probantur communiter per omnes.

Nam Iac. Butrig. in dict. §. ex cauſa dicit, quòd excuſatur ille qui vulnerauit deſcri-
28 ptum in † libro bannitorum, cui facta fuerat quædam prouiſio, quòd haberetur pro non bannito.

Et Bald. ibidem expreſsè dicit in terminis noſtris loquens, quòd ſcriptura excuſat errantem, & quòd hæc eſt ipſa veritas.

Et idem Bal. in l. labeo in §. 1. verſ. vltimo reuoco in dubium, num. 6. & 7. ff. de pact. ex-
29 preſsè dicit, quòd bannitus † poteſt impunè offendi, donec eſt deſcriptus inter bannitos etiam ſi ſolueret pęnam banni, & quòd requiritur iſte actus cancellationis, & dicit ita tenuiſſe Cyn. in pluribus locis, & eſt notabilis eius deciſio, quia ratio quam adducit eſt generalis, & comprehendit etiam ſcientem, dum dicit, quia effectus banni durat.

Non diſſentit Ang. in d. l. fin. ff. de his quæ in teſt. del. & in l. noſtram C. de teſt. dum voluit, quòd bannitus deſcriptus in pluribus
30 locis, & † in vno tantum deletus poſſit impunè occidi.

Et Gozad. in conſ. 61. num. 9. excuſat occidentem bannitum rebannitum de banno non cancellatum, etiam ſi occiſori ab aliquo
31 relatum † fuiſſet, quòd bannitus eſſet liberatus, quia inquit non tenebatur credere, niſi ſibi exhiberetur aliqua ſcriptura in forma probanti, & ita voluit etiam Bart. in l. non ſolum in §. morte, in ſecundo articulo ſecundæ quæſt. principalis proteſtationis inhibitoriæ.

Et Bar. & Dyn. & Io. And. auctoritatibus ductus Paul. de Caſtro in conſ. 199. iſta quæſtio in 1. par. impreſſionis Lugdunenſis anni 1548. dicit, quòd bonum eſt inſiſtere in hoc articulo ſuper rationibus propter importantiam negotij, ſed quod re vera non indiget argumentis, & concludit, quòd Bartholomæus, & ſocij, quos ipſe defendebat
32 poterant † indubitanter ſe excuſare ab homicidio patrato in perſonā banniti haben-

tis

tis ſaluum conductum qui ad notitiam inqui
ſitorum non deuenerat.

Et pater veritatis Alex. in conſ. 65. atten-
ta diſpoſitione ſtatuti lib. tertio, hanc ſenten
tiam corroborat auctoritate Iacob de Bello-
uiſu Butrig. Rom. Dyn. Alberici de Roſ. Io.
And. Caſtrenſ. & aliorum plurimorum Do-
ctorum, & illam ſequitur, & latè, & ex pro-
feſſo confirmat.

Et idem Alex. eandem opin. tenuit in l. hu
ius modi in §. ſi ita, verſic. & ad idem allega-
ri poteſt. nu. tertio, ff. de leg. 1. & dicit, quòd
33 iſta opinio eſt verior, & tenenda ſaltem †
poſt factum, ideſt poſt offenſam, qui eſt ca-
ſus noſter.

Et Dec. in conſ. 327. viſo caſu propoſito,
latiſſimè proſequitur hanc partem, & illam
tuetur tanquam veriſſimam per totum illud
conſil. & numero ſexto, præciſè tangit pun-
ctum tolerantiæ, allegando in contrarium
doctrinam allegatam Salic. in d. l. nullus. C.
de iude. & poſt firmatam validitatem ſtatuti
cum multis ampliationibus. num. primo, vſ-
34 que ad num. 6. diſtinguit † inter ſcienter oc-
cidentem rebannitum non cancellatum, &
occidentem ignoranter, vt ignorans omnino
excuſetur, & verſ. vltimo non obſtat ſub dict.
num 6. dicit quod Io. And. nunquam obtine-
re potuit illud quod Salic. dicit de tolerato,
& quod probabiliter dici poteſt, quòd ante
35 † factum verum ſit dictum Salic. quia tolera-
tus in Ciuitate non debet occidi, ſed ſequu-
to homicidio, prout in caſu noſtro quod oc-
ciſor debet excuſari.

Et in effectu multi alij poſſent allegari quo
rum aliquos ſolũ ex principalioribus per in-
dicem adduxi, quia & hi eiſdem rationibus
36 † mouentur ita igitur probarunt vltra iam
citatos. Iaſ. in l. ſi creditoris, num. primo, C.
de fideicomm. Bald. in conſ. 9. num. 2. libr. 3.
Dec. in l. qui cum alio. num. 4. ff. de reg iur.
Menoch. de arbitr. iud. libr. 1. q. 90. num. 35.
& eſt cõmunis Boſſ. in tit. Bannit. quid amit.
Clar. in §. homicidium. nu. 62.

Cæterum ſi volumus punctum eximere ab
37 omnibus † difficultatibus, ſequamur veſti-
gia. I. C. in l. apud antiquos. C. de fur. & di-
ſtinguamus tres caſus.

Aut igitur quærimus, an tolerantia proſit
bannito.
Aut quærimus, an proſit tertio.
Aut, an noceat tertio.

Primò caſu tolerantia debet eſſe legitima,
38 † & præcipuè inducta per actus poſitiuos,
qui conſiſtant in agere, & ſolum conueniant
his qui non ſunt banniti, alias non ſolum nõ
prodeſt, ſed nocet, & grauat delicta. Bertaz.
conſ. 125. verſ. non obſtant ea, ſub nume. 7.
39 volum. 1. crimin. & † latius Surd. d. conſil.
270. per totum illud conſ. vol. 2.

Secundò caſu ad excuſandum, puta con-
uerſantem cum bannito ſufficit informis to-
40 lerantia, vt † quia bannitus viſus ſit incede
re per Ciuitatem, & vicos, & ſimiles actus
facere, ex quibus veriſimiliter poteſt cre-
di non bannitus, & ratio eſt, quia quælibet
cauſa excuſat à dolo, & pęna. l. igitur. §. ge-
neraliter. ff. de lib. ca. cum ſimil. vt per Tira-
quell. de pęn. cau. 43. nume. primo, & ita vo-
luerunt Ang. Aret. in conſ. 74. num. 40. & 42.
& ſequutus eſt Fraciſcus Crem. in conſ. 440.
quam quam teſtes ſub num. 3. volum. 2. inter
crimin. Bertaz. & ego ſuperioribus menſibus
conſului coram D. Capitaneo Iuſtitiæ pro
quodam N. N. qui captus fuit in ſocietate
cuiuſdam Baptiſtellæ capitaliter banniti, & à
Beroarijs interfecti.

Tertiò caſu quando quæritur, an toleran-
tia noceat tertio, qui eſt caſus noſter, & tunc
quoad tolerantiæ qualitatem omnes, nemi-
41 ne † diſcrepante, requirunt tolerantiam le-
gitimam, vt in primo caſu, & ratio eſt, quia
ſupponunt tolerantiam, ex qua reſultet ta-
cita gratia, & hoc non habet principium dif-
ficultatis.

Modò retento hoc fundamento pro clara
deciſione præſentis articuli, in hoc tertio ca-
ſu conſtituamus tria capita, & caſus noſter
remanebit exemptus ab omni penitus diffi-
cultate.

Primò igitur ſi quærimus, an tolerantia
legitima noceat occidenti bannitum, quan-
do occidens notitiam habet illius toleran-
tiæ, & hoc illi conſtat expreſsè, & clarè, &
tunc quidquid dixerit Bal. allegatus, crede-
rem probabilius dici poſſe occidentem tene-
ri pœna ordinaria, quia toleratus non inclu-
42 ditur in ſtatuto † quod bannitus poſſit im-
punè occidi ſecundum Salic. in dict. l. nullus.
C. de iude. Io. And. in cap. ſicut ex. eo. tit. de
iude. Abb. in c. quæ in Eccleſiarum verſ. quar
tus caſus. numero ſeptimo, de conſtit. & alios
quos refert Surd. d. conſ. 270. verſic. tertio fa
cit. num. 5. vol. 2.

Sed hic non eſt caſus noſter, quia hacte-
nus de aliqua tolerantia non conſtat; & ſi
qua adfuit, inquiſitus illam ignorauit, & ſu-
per hoc ipſe habet fundatam intentionem
ſuam.

Primò, quia ignorantia generaliter in cri-
minalibus præſumitur, ideò dicimus, quòd
43 receptator latronis † præſumitur ignorare
illum eſſe latronem gloſ. in l. 1. ff. de recept.

Secundò, & tanto magis ad excludendum
44 delictum † Bertaz. in conſil. 66 ſi vera ſunt
lib. 1. crimin. vbi allegat Rom. & alios.

Tertiò

Tertiò quia ignorantia eſt actus priuati-
45 uus,qui habet negatiuam † annexam. Ma-
rant. in l. is poteſt.num.226.ff.de acquir.hę-
red. & proinde onus probandi ſpectat ad al-
legantem ſcientiam. l ei,qui.ff. de probat.

Quartò ſtat. reg. quòd ignorantia præſu-
mitur eo ipſo, quod ſcientia non probatur
glo. in l. 1. in verſ. edocere. C. ad Maced.la-
tè And. Gail. in 2. lib pract. obſer. obſer.48.
num. 22.

Quintò ita in terminis firmauit pater ve-
ritatis Alex. in citato conſ 65. nu.8.in fi. vbi
extradentes inquit, quod præſumitur quis
46 ignonare † cauſam propter quam bannum
redditur inefficax.

Secundò ſi quærimus, an excuſetur occi-
dens bannitum toleratum ignorans illum
eſſe toleratum, & ſatis ſuperque oſtenſum
eſt illum aliqua pęna non puniri, & hic pro-
priè eſt caſus noſter.

Et pro confirmatione præmiſſorum nunc
accedunt tredecim inſtantiæ, quas in his ter-
47 minis † attulit Alberic.de Roſ. in iam cita-
to tract. de ſtat. par. 4. quæſt. 75. per totam
illam quæſt. vbi hac ratione concludit,prout
ſupra non poſſe formari proceſſum, nec in-
quiſitionem in tali caſu.

Tertiò ſi quærimus, an excuſetur occi-
dens bannitum toleratum ignoranter qui-
dem, ſed ſubſiſtente aliqua cauſa probabi-
48 li credendi illum † eſſe toleratum legitimè,
duæ ſunt opiniones, altera eſt, vt teneatur
pœna extraordinaria; altera eſt, vt in aliquo
non teneatur.

Quoniam igitur allegari poſſet ex aduer-
ſo, quòd inquiſitus haberet iuſtam cauſam
ſaltem cogitandi N. N. toleratum legitimè,
& quod propterea teneretur inquirere de
veritate facti videamus quibus medijs eui-
tari poſſint opiniones DD. ſi res reduceretur
ad hoc tertium caput.

Dicimus igitur quòd inquiſitus non po-
terat ſuſpicari talem tolerantiam ſubeſſe,
quia Boſſ.in tit.banniti quid amit.numero 2.
atteſtatur quòd extat ordo, qui tollit penitus
49 † tolerantiam, & ibi recenſet interfecto-
res equitis Beccariæ eiuſdem ordinis vigore
à Senatu liberatos, licet eques, vt ait Boſſ.
eſſet toleratiſſimus.

Et animaduertimus, quod Catelianus Cot
ta in Mem.ſuis in verbo bannitus, qui in Ci-
uitate, ponit caſum, in quo liberati fuerunt
interfectores cuiuſdam banniti toleratiſſimi,
50 qui † erat lector publicus in Gymnaſio Pa-
pienſi ea ratione, quia lector ille non eſſet
Cancellat. de banno in albo.

51 Et licet † Catel.improbet talem libera-
tionem, & non erubuerit inuehere, &
exclamare dicens.

Quid faciant leges vbi ſola pecunia re-
gnat?

Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt.

Tamen exiſtimamus illum toto errare
cœlo, & nimium ſibi tribuiſſe ſi huius ordi-
nis conderationem habuit, & quòd non
debuerat propriæ prudentiæ ſic inniti iux-
ta conſ. Pontificis in capit. ne innitaris, de
præſumpt.

Primò, quia in hoc puncto variæ ſunt opi-
niones, vt aduertit idem Cot. cum.n.primo
firmauerit bannitum toleratum non poſſe
impunè offendi ex doctrina Salic.Ioan.And.
& Alex. in verſ. ſed ergo addo adducit Bal.
Corn.Iaſ.& alios in contrarium,& proinde
iuſte procedi potuit ad ordinem memora-
52 tum per Boſſ.quia † in varietate opinionum
cuique licet ſuo ſenſu abundare, iuxta di-
ctum Apoſtoli ad Rom. cap. 14. & eſt theo-
rica Innoc. in c. ne innitaris, extra de præ-
53 ſumpt. vbi ponit duo exempla † famoſiſſi-
ma,& accedit Bart. in l. 2. ſub num.5.verſ. ſi
vero opinionis. C. de pœna Iudicis,qui ma-
le iudicauit, & faciunt quæ pulchrè, & ele-
ganter admodum collegit, multa adducens
Beatus Io. à Capiſtrano in Spec. conſcientiæ
in verſ. reſtat reſpondere ad principale quę-
ſitum, num. 2. 11. & ſub num. 46.

54 Secundò, quia ſententia Senatus facit ius
quo ad omnes, quia eadem eſt eius auctori-
55 tas cum auctoritate † Principis Menoch.
de arbitr.iud.caſ.68.& proinde ſicut ſenten-
tia Principis facit ius quo ad omnes.l. fin.C.
de leg. Alex. in l. ſæpe. num.23. ff.de re iud.
Afflict.deciſ.96.num. 109. in fine. Tiraquel.
in tract. res inter alios acta limit. 10. ita, &
ſententia Senatus Afflict. deciſ. 183. num. 8.
Plot. in l. ſi quando. num. 15.C. vnde vi ac-
cedit auctoritas Bal. in l. 2. poſt numerum 5.
C. quando res iud. noc. ſequitur Menoch
conſ. 390. num 39. lib 4.

Tertiò etiam ſi ordo ille pateretur aliquã
difficultatem, certè nullam pateretur diffi-
cultatem in hoc puncto,in quo quærimus, an
56 excuſer ab † omni culpa, quia quod fit per-
mittente lege pęnam non meretur.l. Graccus
de adult.cum ſimil. & ratio eſt, quia ſi hoc
fuiſſet delictum ante illum ordinem, deſijt
delictum eſſe poſt illum ordinem, & ideo
pœna non poteſt habere locum. Iaſ. in l. ſed
ſi poſt. num. 6. ff. de inoff. teſt.

Quartò ne tantiſper recedamus à termi-
nis de quibus agitur facit pro ampliatione
defenſionis deſumptæ ex allegata l. Grac-
cus, quòd occidens bannitum, qui iniuſtè
bannitus erat, excuſatur propter bannum
57 iniuſtum † Dyn. in l.pen.ff.de adult.Bart.in

l. ex

l. ex hoc reſcripto. ff. de ventr. inſpiciend. Cyn. in Auth. ſi vxor. C. de tepud. Angel. in l. quis ſit fugitiuus, in §. item apud labeonem ff. de edil. edict. Bald. in l. prima, C. de pœnis Cæpol. in conſilio 7. numero ſeptimo, inter criminalia.

Quintò facit ad ſedandas omnes difficul-
58 tates, quòd error iuris dubij, & impliciti † æquiparatur errori facti, & ob id æquè excuſat, facit doctrina Bald. in l. prima, in §. proficiſci, numero 14. ff. de offic. pro con-
59 ſul vbi quod iudex excuſatur in † Sindicatu propter varietates opinionum, & latè comprobat dictum Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. cauſa decima prima, numero ſexto, error autem facti omnino excuſat, cum & ſapientiſſimos viros fallat, vt diximus ſupra,
60 & tradunt † omnes in l. iuris ignorantia C. qui admitti, ergo omnino, & multo magis accedente auctoritate Senatus Excellentiſſ. Mediolanen. excuſari debent interfectores dicti N.N.

Sextò facit, quod non dicitur delinquere
61 qui id fecit, quod publicè facere licere † arbitrabatur. l. quis ſit fugitiuus, §. apud labeonem. ff. de ædilit. edict.

Septimo facit, quòd quis non debet decipi auctoritate legis, vel iudicis l. prima. C. de his qui ven. ætat. impetr. l. prima. ff. quod falſ. tutore.

Octauò facit, quòd non eſt in dolo, qui
62 in iure †. errauit l. ſed & ſi lege. ff. de petit. hæred. & certum eſt, quod in l. Cor. de Sicar. conſideratur dolus tantum. l. in lege. ff. de Sicar. adeo quod nec culpa lata æquiparetur dolo. vt ibi not. & in l. quo naufragium. §. non tantum. ff. de incend. ruin. nauf.

Nonò facit, quòd in damno euitando iu-
63 ris † error non nocet, vt not. in l. error ff. de iure & fact. ignor. non enim eſt par ratio
64 euitandi pœnam, & conſequendi † lucrum l. fin. §. licentiam. C. de iure deliber. l. fin. C. de codicill. propter quod Alber. de ſtat. libr. 4. quæſt. 47. dixit iuuari ſtatuto occidentem iniuſtè bannitum.

Decimò facit ratio generalis prædictorum
65 omnium, quia in delictis parcitur † illi, qui habuit iuſtam cauſam credendi. l. in ſeruitute. §. primo. ff. de bon. liber. dicta l. igitur. §. penul ff. de lib. cau.

Vndecimò facit, quòd in gratiando bannito requiruntur multi actus extrinſeci, vt omnes practicantes norunt, quorum ratio habenda eſt hoc loco, vt intelligamus etiam
66 circumſcripto ordine, tacitum illum † conſenſum principis ſecundum ordinarias reg. procedendi elici non poſſe, etiam concurrentibus aliquibus actis poſitiuis, & legitimis ſicut dicimus de locatione, quę tacitè de anno in annum non intelligitur renouata, quando vl ra conſenſum tacitum requiruntur alij actus exteriores, vt in minore, & ſimil. per iura vulg. & licet Princeps his non ita eſſet obſtrictus, ſicut contrahentes eo caſu his extrinſecis, tamen non debemus credere illum ab inueterato more recedere voluiſſe iur. vulg.

Colligamus modo vela, & dicamus quod inquiſitio formari aliquo pacto non poteſt reſpectu homicidij N. poſtquam omnibus enumeratis conſtat aliqua firmatæ
67 concluſioni † non obeſſe. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. cum ſimil.

Et quæſo bene recogitent Domini mei, & religioſiſſimi iudices, quales debeant eſſe actus poſitiui, qui ad inducendam tolerantiam requiruntur, cum enim non omnes actus conſiſtentes in agere ſufficiant, vt ſunt
68 † illi actus, qui conuenire poſſunt etiam bannitis, vt eſt creare aliquem militem, Menoch. dicto conſilio 275. verſic. ſecundus eſt
69 caſus. † numero 53. volumine tertio, ſed ſolum illi actus admittantur, qui non bannitis tantum conueniunt, vt poteſt exemplificari in officio ambaſciatoris de quo exem-
70 plo † Alber. de ſtat. dict. par. quarta, quæſt. 87. & ſimilibus, & cum his requiratur ſcientia ſpecifica Principis etiam reſpectu aliorũ delictorum, quæ patraſſet tolerandus iuxta
71 doctrinam † Alexand. in conſilio 114. libro primo, Boſſ. de remed. ex ſola clementia Principis numero 37. & cum iſta ſcientia ſecundum terminos propoſitæ dubitatio-
72 nis, ſcientia † etiam interficientis; fieri non poterit, vt remaneat aliqua dubitatio in corde ſuo, quæ impedire poſſit omnimo-
73 dam liberationem, ſeu † verius retrahere illos à reuocanda inquiſitione iuxtà doctrinam Brun. & Franchi quos refert Baiard. ad Clar. in §. homicidium. numero 192. vbi dicit bannum non ſolum impedire proceſ-
74 ſum, verum † etiam poſſe opponi per procuratorem, id quod repetit quæſtione trigeſima ſecunda, verſic. quæro modo, numero 51. & 52.

Propterea omittimus hoc loco dicere rationes Alexandri in dicto conſilio ſexageſimo quinto, numero vndecimo, vbi in quocunque caſu reducit pœnam ad pœnam extraordinariam, vt etiam adnotauit Decius in dicto conſilio 327. verſiculo poſtremo conſiderandum, vbi expreſsè inquit, quòd
75 occiſor † banniti liberari tenetur ſolum de culpa quando per publicam vocem,

& famam notitiam liberationis habuit, &
expreſsè dicitur, quòd non poteſt puniri ali-
qua pœna perſonali, quia quando agitur de
76 imponenda pœna † perſonali, lata culpa
non æquiparatur dolo, & allegat multa, vt
vbi per eum, quæ non repetimus, quia ſup-
ponimus non eſſe in caſu, vt nulla debeatur
pęna, quia tertium caput conſtitutum non be
ne poteſt verificari in caſu de quo agitur per
rationes aſſignatas.

Capiamus igitur ſecundum caput princi-
pale d. inquiſitionis, in quo agitur de homi-
cidio Nobilis adoleſcentis. N.

Et primò videamus nunquid de eo potue-
rit inquiri.

Secundò ſi potuiſſet, nunquid eo modo,
quo apparet in ipſa inquiſitione.

Quò ad primum punctum dicimus pariter
nullatenus poſſe procedi.

Primò, quia culpa non ordinata ad caſum
77 † impunibilis eſt Corn. conſil. 108. ſub nu-
mero nono, volum primo, id quod non arbi-
tror coram Perilluſt. Congregatione multis
comprobare neceſſe eſſe, quia nuperrimè in
cauſa M. R. D. Marij P. contra Barcam, de tali
concluſione principaliter egi, & triginta for-
malibus deciſionibus illam corroboraui, vt
in allegationibus impreſſis, quæ in hac parte
faciunt ad propoſitum præſentis conſulta-
tionis.

Secundo eò fortius; quia omnia delicta
78 patrata † occaſione banniti interficiendi
confunduntur, vt ſi bannitus interficiatur
in Eccleſiâ; ſi detineatur in priuato carce-
re; ſi occidatur cum fractura pacis; ſi occi-
datur proditoriè; ſi occidatur per aſſaſſi-
nium; ſi ſpolietur poſt mortem; ſi domus
alterius, in qua ipſe bannitus ſit, com-
buratur; & ſi ſimilia committantur, quæ
non curamus repetere Nel. de bannit. in
2. parte, 2. temp quæſtione 48. Stephan. de
Feder. de interpretat. iur. ſub numero 48.
Bonacoſ. quæſt. famil. in verbo bannitus in
princip.

Sed dato, citra veri pręiudicium, quòd
potuiſſet inquiri, non tamen eo modo
tanquam de homicidio doloſo inquiri po-
tuiſſet.

Nam in primis conſtat hæc tria inter ſe
79 differre: Homicidium doloſum: † Homi-
cidium culpoſum, & Homicidium caſua-
le, vt extra de Homicid. volunt, vel ca-
ſual.

Et non ſolum differunt, quòad quid no-
minis, ſed quòad effectum ligandi occiden-
tem.

80 In homicidio enim doloſo † pœna or-
dinaria, in caſuali ſi culpa caſum non præ-
cedat nulla pœna, etiam de iure canonico,
eo caſu, quo culpa caſum non præceſſit, &
adhibita fuit, quæ adhiberi potuit diligen-
tia, iuxtà diſtinctionem Carer. in pract. in
tract. de homicid. verſ. circa vero ſecundam
81 ſpeciem homicidij † caſualis numero ſe-
cundo, pag. mihi 120. in ſecunda fac. in cul-
poſo vero pęna extraordinaria pro modo cul
pæ, ita vt pœna commenſuretur delicto, iu-
82 xtà ordinarias † reg. 24 quæſt. prima, cap.
non afferamus, & habetur in l. ſancimus.
C. de pœn. & in §. oportet in auth. de iud.
& prout monet text. in l. reſpiciendum. ff. de
pœn. & in l. Pedius. ff. de incend. ruin. &
naufrag. prout expreſsè comprobauimus ſu-
pra ex Dec. & Alexand. & alijs adductis in
his pacificis terminis noſtris, & latius proſe-
quitur Carer. in dict. tract. de homicid. in
princ.

Et cum hæc ita ſint, ſimiliter conſtat reſpe
ctu ipſius. N. vel agi de homicidio caſuali
pęnitus impunibili, per ea quæ ſuperius di-
cta ſunt, & per ea quæ ponit Carer.
d. ver. circa vero ſecundam ſpeciem. num. ſe-
cundo, vel de homicidio culpoſo leuiſſima
pœna plectendo.

De impunitate ſatis dictum: quòd au-
tem hic dicatur agi quocunque caſu de
homicidio culpoſo, multis medijs com-
probari poterat, ſed paucis contenti, in
quibus veritas conſiſtat mouemur ex in-
fraſcriptis.

Primò ex reg. communi quæ habet, quòd
83 dolus † non præſumitur l. quod adhibitis
C. de his qui ſibi aſcrip. in teſtam. ibi inquã
te credo magis errore, quàm malitia iaci-
diſſe, cum ſimil.

Secundò, quia ſemper capienda eſt illa in-
84 terpretatio, vt quis non deliquiſſe, vel † mi-
nus deliquiſſe dicatur l. meritò cum ibi la-
tiſſimè not. ff. pro ſoc.

Tertiò, quia in dubio homicidium præſu-
85 mitur potius † culpoſum, quam doloſum
Alb. conſ. 56. in fin. lib. 1.

Quarto, quia quis non præſumitur velle
interficere conſanguineum, & amicum,
86 prout † erat dict. Alexand. d. inquiſito, vt
& à lachrymis, quas ex eius morte effudit, &
alijs diuerſis ſignis cuiq; notum eſſe poteſt,
cum non præſumatur dolus, ſed caſus in con-
iunctis perſonis, vt voluerunt Gloſ. Marſ. Bal.
Salyc. & Cœpol. quos refert, & ſequitur Ca-
rer. d. tit. de homicid. verſic. nono quæro in fi
ne num. 43.

Quintò, quia nulla cauſa excogita-
ri poteſt, cur dict. inquiſitus voluerit in-
terficere dict. puerum: Non lucri, quia
reſiſtit præſumptio nobilitatis iuxtà illud
Ouid.

Ouid. quia obſtabat, ſuperuiuentia alterius fratris: quia lex non patitur homicidam ſuccedere: quia minor ætas aliorum fratrum inquiſiti, quorum vnus eſt ætatis annorum ſeptem, vel circa, omnem rationem tacitæ intelligentiæ, quæ ſominiari poſſet ſubtrahit: non odij, quia nihil commiſerat puer ille odio dignum: non quia filius occiſi, quia hoc idem eueniſſet in fratre, omnibus ergo enumeratis, concludamus non ſubeſſe

87 cauſam doli, & conſequenter † ceſſare dolum.arg.d.l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.

Sextò deſcriptio loci, & eius viſio totum hoc negotium ponit in claris.

Nam argumentando ab effectu, à quo vnuſquiſque facta notanda putat, vt inquit Ouid. & è noſtris poſt alios, quos allegat

88 perſona in conſil. 28. numer. 24. apparet † fuiſſe ſuper hoſtio, in parte reſpicienti cornu altaris, ad quod Euangelium recitatur: quia cum ex archibuſiatis fuerit interemptus, omnes exoneratæ fuerunt ad illam partem, vt apparuit ex ſignis annotatis, & diligenter deſcriptis.

Et eodē medio arguendi colligimus, quòd N. erat ſuper ſcabello ligneo ipſius Altaris in illamet parte, quia ſigna archibuſiatarum omnino apparent ſuper ipſo ſcabello, nec limites ſcabelli excedunt.

89 Et pręſertim hoc colligitur † ex ſignis duarum pilarum inferioribus, quibus ſupponitur d.N. interemptum remanſiſſe.

Ex his enim ſimul cunctis facilè intelligimus duo: puerum non rectè potuiſſe videri, & illum ex eiſdem exonerationibus emiſſis contra patrem fuiſſe interemptum.

Hoc idem ſuadetur, quia ex altitudine ſignorum colligitur, quòd filius ſtabat: non enim aliter tactus remanſiſſet.

Ex hoc autem quòd ſtaret intelligimus etiam illum nimis recta linea conſtitutum, & oppoſitum pilis emiſſis in patrem, ita vt non poſſet interim pater percuti, quin, & percuteretur filius, & tamen filium videri non potuiſſe, nec diſcerni.

Hoc idem ſuadent Baleſtreriæ, ſiue foramina, quę omnia per directum reſpiciunt illam partem cornu Altaris vbi cantatur Euangelium.

Hoc idem ſuadet paruitas illius oratorij, & hoſtioli.

Et licet N. eſſet minor ſtatura patre; tamen aduertendum, quòd oratorium tendit ad ima verſus portam; quod adeſt vnus gradus lapideus, & ſupra illum alius ligneus, & quòd N. erat ſupra gradum ligneum, vt ſupra dictum eſt, & ex facto ipſo patet.

Ex his patet, quòd inquiſitio nulla formari poteſt propter bannitum N. ex quo homicidium redditur impunibile, ſiue ſimpliciter conſideretur, ſiue modus, ſiue dignitas clericalis, ſiue locus, ſiue cauſa perpendatur, ſiue N. toleratus fuerit legitimè, ſiue non.

Rurſus etiam patet, quòd homicidium ſequutum in perſonam N. vel iudicari debet penitus impunibile; quia confundatur cum homicidio patris per præfata; vel ſaltem iudicari debet culpoſum, & proinde, quòd nec non reſpectu veniat imponenda aliqua pœna perſonalis: quia homicidium præſumatur caſuale, & ſtante reſolutione primi puncti impunibile, ſecundum diſtinctionem allatam etiam de iure canonico: & cum hoc verum ſit

90 † ex adductis, etiam ſi primum homicidium eſſet punibile, vt latè examinans articulum tradidit. Carer. dict. tit. de homicid. verſic. tertio quæro præſertim. num 9. multo minus dubitare poſſumus ſtante impunitate primi.

Rurſus conſtat, quòd ſi primum homicidium veniret puniendum aliqua pœna, non veniret puniendum pœna ordinaria; ſed extraordinaria, & non perſonali ex allegatis; ex quo ſequeretur, quòd homicidium. N. quocunque caſu maiori etiam pœna veniret plectendum iuxtà Carer. in dicto loco. numero 10. & 11. indubitatiſſimum eſt. quia ſi dicamus aliquas præſumptiones facere in contrarium iuxtà. l. ſi non conuitij. C. de iniur.

91 ex præſumptionibus † non imponitur pœna ordinaria. capit. afferte, & ibi per omnes de præſumptionibus, & ex præſumptionibus numquam imponitur pœna perſonalis Carer. in eod. titu. verſ. circa ſecundam, nu. 19. Et magis in ſpecie in ver. Homicidij autem ſpecies, num. 89.

Ex his etiam conſtat exceſſum fuiſſe in modo, in pœnis, in qualitatibus, & alijs diuerſimodè, quę omnia cum à primis pendeant, de quibus actum eſt, fruſtra eſſet diutius inſiſtere.

Nec dubium aliquod vrgere debet quin

92 aduocati, & defenſores † Nob. inquiſiti audiri debeant.

Primò quia defenſio innititur notorio, etiam facti permanentis vt ſupra, quo caſu or-

93 do † iuris non ſeruatur cap. ad noſtram, de iureiur. cap. euidentia, de accuſat.

Secundò, quia ſi occidens bannitum ſic †

94 non audiretur, homines arcerentur ab hoc beneficio publico.

Tertiò, quia imò ſuadent infinita defen-

ſores audiendos, quæ non curo cumulare, ex quo ea cumulauit Roland. conſilio 47. vol. 3.

Quartò, quia obiectum petit principium, ex quo contendimus non eſſe locum pœnæ vt ſupra.

95 Quintò, quia in effectu inquiſitio male † formata, etiam contumacibus reis corrigi debet Boſſ. in tit. de delict. numero 40. 41. & 42. & in tit. de Homicid. nume. 31. 32. & 33. ità ſeruat totus mundus.

Aduertat inſuper religio DD. meorum, quòd non admittimus conſtare quòd Nob. inquiſitus aliquid mali fecerit, nec à quo interfecti fuerint DD. NN. neque ex odij cauſa proceſſum fuiſſe, ſed caſum examinauimus ſecundum præfata, vt euidentius conſtaret de veritate iuſtitiæ, & ita credimus pronunciandum ſaluo &c. vel. Claudius. ff. qui pot. in pig. hab.

Io. Bapt. Cauatius I. C. Bon. & Aduoc. Mediolanenſis, ſaluo &c.

SVMMARIA.

1 *Subtilitas nimia tendit ad pernicem.*
2 *Diſpoſitio mandans aliquid fieri non cenſetur loqui de impedito.*
3 *Verba quæ ſonant in modum actionis, quatenus differant à verbis ſonantibus in modum paſſionis vel mixtè.*
4 *Agere magis eſt quam pati.*
5 *Agit magis in prima cauſa qui agit.*
6 *Verba potius capienda ſunt in modum actionis, quam paſſionis.*
7 *Interpretatio mitior eſt tenenda.*
8 *Caſus mixtus quando non comprehendatur ſub ſimplici.*
9 *Ignorantia ſpecificè allegari, & probari debet in negatiuis.*
10 *Ignorantia præſumitur diſpoſitionis deuiantis à iure communi.*
11 *Lex non afficit probabiliter ignorantes.*
12 *Nullus inferior à principe poteſt facere, quod ignorantia probabili factum puniatur.*
13 *Poſſe ſimpliciter, & poſſe cauſatiuè quid.*
14 *Patronus quæ pacta in fundatione ſimpliciter apponere poſſit.*
15 *Patronus quæ pacta in fundatione cauſatiuè apponere poſſit.*
16 *Inſtitutio ſpectat ad eum ad quem deſtitutio.*
17 *Patronus præſumitur quòd minori vinculo voluerit alligare beneficiatum.*
18 *Superior non poteſt ſibi imponere legem à qua non liceat recedere.*
19 *Priuatio beneficiati nō ſemper expedit Eccleſiæ.*
20 *Priuatio ipſo iure non incurritur ſine dolo.*
21 *Opinio beneficiati ad excuſandum illum à priuatione magis attenditur quam veritas.*
22 *Conditiones appoſitæ ad improbum reduci non debent.*
23 *Poteſtas legis fortior, quam hominis.*
24 *Impedimentum à pari cauſa generari non poteſt.*
Cauſa impediens debet eſſe potentior ibid.
25 *Præceptis contrarijs concurrentibus, cui obtemperari debeat.*
26 *Pœnæ non ſunt imponendæ ſine cauſa.*
27 *Ob alterius factum quis iure ſuo priuari non debet.*
28 *Pœna ceſſat, quando illud quod erat delictum, ceſſat eſſe delictum.*
29 *Negligentia eſt cauſa priuationis beneficiati.*
30 *Negligentia non compatitur impoſſibilitatem, & è contra.*
31 *Poſſe id tantum dicimur, quod de iure poſſumus.*
32 *Impoſſibilium nulla obligatio.*
33 *Voluntas præſumitur iuxta limites poteſtatis.*
34 *Actus factus lege permittente pœnam non meretur.*
35 *Iuſſus iudicis excuſat.*
36 *Priuatio non fit niſi ex magno crimine.*
37 *Auctoritas ſuperioris ſemper intelligitur excepta.*
38 *Diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
39 *Abſentia culpoſa minus puniri debet, quàm doloſa.*
40 *Abſurdi euitandi ratio habenda.*
41 *Priuatio ex lapſu temporis non incurritur ſine monitione.*
42 *Iura loquentia de priuatione monitionem requirunt.*
43 *Text. in cap. qualiter de cler. non reſid. perpenditur.*
44 *Clericus licentiatus ad tempus monendus eſt ad redeundum antequam priuetur.*
45 *Dies non interpellat pro homine, quando agitur de priuando aliquem iure ſuo.*
46 *Tempus non interpellat pro homine in præiudicium probabiliter ignorantis.*
47 *Culpa non ordinata ad caſum non obligat ad caſum.*
48 *Delicta beneficiati, propter quæ aufugit, nō ſunt cauſa proxima non reſidendi, & numero 49.*
Actus aſcribi debent cauſæ proximæ non autem remotæ ibidem.
50 *Lucrum quod capitur propter mutuum, & ex mutuo quatenus differant.*
51 *Dictio inde deſignat cauſam proximam, & immediatam.*
52 *Ex contractu, vel quaſi, & propter contractū, vel quaſi contingentia differunt.*
53 *Excommunicato non currit tempus ad præſentandum.*
54 *Suſpenſo non currit tempus ad eligendum.*

55 Cle-

55 Clericus tantum deliquiſſe dicitur quando deliquit uon autem quando propter delictum non reſſedit.
56 Carceratus excuſatur à pœna caducitatis ob non petitam inueſtituram.
57 Carceratus emphyteuta excuſatur ſi non ſoluat canonem.
58 Carceratus excuſatur à contumacia.
59 Carceratus excuſatur ab expeditione, & a publicatione literarum.
60 Bannito an ſit ſuccurrendum ex cauſa abſentiæ in reſtitutione in integrum.
61 Locus Abb. in cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præb. perpenditur.
62 Cauſa quæ non eſt immediata non excuſat, & ſi alias excuſaret.
63 impedimentum debet durare per totum tempus, vt excuſet.
64 Cauſa quæ non eſt immediata non ſufficit ad excuſationem.
65 Abſens ſine iuſta cauſa excuſatur ſuperueniente iuſto impedimento non redeundi.
66 Impedimentum ſuperueniens ei, qui dedit operam rei illicitę, attenditur.
67 Carceratus, & capitali ſententia condemnatus iuſtè impeditus dicitur.
68 Paupertas cauſata propter delictum præbet iuſtum impedimentum.
69 Diſtinctio circa iuſtitiam impedimenti inter iuſtam, & iniuſtam capturam reijcitur, & numero 77.
70 Captus iniuſtè habet regreſſum contra iudicem.
71 Conditio poteſtatiua deficiens facto tertij iuſto, vel iniuſto, an habeatur pro impleta.
72 Impedimentum directum, & indirectum, quatenus differant.
73 Principaliter quod agitur inſpici debet.
74 Conditio mixta deficiens facto tertij quatenus noceat.
75 Mulier grauida, etiam ex non marito, excuſatur a contumacia.
76 Confinatus excuſatur a contumacia.
78 Carceratus, vt excuſetur a contumacia, an teneatur mittere procuratorem.
79 Cautio de non offendendo praſtanda eſt per maritum vxori, quæ timet ob adulterium interfici.
80 Cautio de non offendendo prӕſtanda eſt ei, qui timoris cauſam dedit.
81 Turpitudinem propriam allegare, quando quis poſſit, & num. 82. 83. & 84.
85 Text. in l. non omne ff. de ſtatu lib. perpenditur.
86 Culpa ad caſum non ordinata non eſt conſiderabilis, & num. 84.
87 Culpa non ordinata ad caſum non ſufficit ad priuationem.
88 Epiſcopus excommunicatus nõ priuatur iure ſuo conferendi ſi ob excommunicationem fuit impeditus.
90 Infirmus ex proprio defectu diſtributiones percipit.
91 Declaratur pręcedens dictum. & num. 93.
92 Detentus cum fideiuſſore excuſatur a reſidentia.
94 Concilium Triden. circa reſidentiam intelligitur ceſſante impedimento.
95 Lex contra non reſidentem debet intelligi contra abſentem ad malum finem.
96 Terminum ſex mẽſium uaganti clerico iura ſtatuunt ad redeundum.
97 Negligentia diſſoluta eſt non reſidere per ſex mẽſes.
98 Tex. in c. quoniam. 18. diſt. perpenditur, & 99.
100 Generalitas reſtringitur propter neceſſitatem.
101 Generalitas reſtringitur ex ſuperuenienti cauſa.
102 Generalitas reſtringitur ne diſpoſitio reddatur in valida.
103 DD. moderni certant deciſ. pręciſis.
104 Argumentum non debet deſumi a verbis. DD.

ARGVMENTVM.

EXcuſatur beneficiatus, qui vltra tempus pręfixum ſub pœna priuationis, nõ reſedit, pręcipuè, quia culpa non erat ordinata ad caſum, & ſic ſubordinantur, quę ſequuntur ad ea, in præcedenti conſ. I. C. Cauatij habentur num. 77.

CONSILIO. III

Ad ſit Dominus ſpes mea.

1 NImia ſubtilitas tendit ad † perniciem l. ſed hæc nimium. ff. de excuſ. tut. ideò non obſtantibus nimis ſubtiliter conſideratis ex aduerſo, venio in ſententiam Excellentiſſimorum virorum, qui ante me ſcripſere pro R. P.

PRIMO principaliter, quia diſpoſitio
2 fundatoris non cenſetur † loqui de impedito, nec voluntas ad hoc cenſetur applicata, vt ad ſaturitatẽ comprobat Flam. Pariſ. in tract. de reſignat. benef. lib. 11. q. 13. verſ. hinc eſt, quò impedimentum excuſet à pœna, nu. 6. 7. 8. & 9. & in terminis reſidentiæ habetur in cap. ex tuæ, ex. eo. tit. de cler. non reſid. & ſecundum has regulas intelligi debet lex fundatoris, vt in terminis voluit Gaſpar de Caldarinis inter conſ. Anchar. in conſ. 17. conceſſum eſt Scolaribus Bononienſibus, nu. 3. & 4 addo Abb. in cap. cum dilectus, num. 5. eo. tit. de cler. non reſid.

SECVNDO principaliter, quia verè di-

 ſpoſitio

ſpoſitio non loquitur de hoc caſu, quia lo-
quitur per modum actionis, non paſſionis
3 † vel mixtè, ibi ſteterit, & non poſſumus di
cere, quòd R.P. ſimpliciter ſteterit, qui coa-
ctè ſtetit.

Primò, quia agere, & pati ſunt diuerſa, &
4 magis † eſt agere, quàm pati. l. illa inſtitu-
tio. ff. de hæred. inſtit. & magis agit qui in
5 prima † cauſa agit. l. Pola. C. de his quib.
vt indig. ideò verba debent potius intelligi
6 per modum actionis, † quàm paſſionis. l. 1.
§. in perpetuum in gloſ. in verſ. Domini. ff. ſi
ager vectig. vel emphyt. petat. l. his verbis, ff.
de hæred. inſtit.

Secundò, quia cum iſta interpretatio ſit
7 mitior, non minus eſt iuſta, quàm † tuta. l.
proximæ ff. de his quæ in teſtam. de l. cum ve-
teres in fin. C. de fideicom. lib.

Tertiò, hæc non eſt ſubtilitas mea, ſed ita
in ſimili arguit poſt Bart. Alexan. Alciat.
Ruyn. Bero. & Cœph. Bertaz. in conſil. 126.
nu. 14. inter criminalia vol. 1. & Thob. Non.
in conſ. 101. ſub num. 15.

Quartò, ſi dicamus agere, & pati ſimul
concurrere, ſuccedit reg. quòd in odioſis,
& pœnalibus non comprehenditur caſus
8 † mixtus. l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff.
ad l. Iul. de adult. cum ſexcentum ſimili-
bus.

TERTIÒ principaliter, quia quando agi
tur de facto negatiuo, vt quòd R. P. non re-
ſederit, neceſſariò debet allegari, & pro-
9 bari ſcientia ſpecifica, & † indiuidua, gloſ.
eſt not. in l. maleficijs §. longè minus. ff. de
act. & oblig. & facit diſtinctio Bald. in l. 1.
verſic. ſuper ſecundo puncto. C. qui accuſ.
non poſſ. & tamen ſcientia talis legis non
probatur in P. immo ex quo conditio appo-
ſita deuiat à diſpoſitione iuris communis
10 ignorantia † præſumitur, iuxta diſtin-
ctionem de qua Mago. deciſ. Luc. 49. nu-
mero vigeſimo. Non ergò poſſumus dubi-
11 tare, quia † lex non afficit probabiliter
ignorantes. l. penul ff. de decret. ab ord. fac.
l. iubemus, C. de teſtam. capit. vt animarum,
de conſtitut. in ſex. cap. propoſuiſti. 86. di-
ſtinct. & per hęc iura in pulchro caſu Abb. in
conſil. 35. ſub numero ſecundo, libro primo,
Afflict. deciſ 290. Caſſad. deciſ. tertia, tit. de
reſeruat. nume. quarto, vbi dicit, quòd con-
trarium dicere eſſet contra omne ius, & in
hoc non oporter diſputare de volũtate fun-
datoris, quia deficit poteſtas etiam iuncto
conſenſu Archiepiſcopi, quia neque ille, ne-
12 que † legatus, neque alius inferior à Pa-
pa, ſeu Principe abſoluto poteſt facere, quòd
ignorantia probabili factum puniatur, Com-
poſt. in cap. capitulum, de reſcript. Archid.
in capit. ſi Apoſtolicæ, de præben. libro ſex-
to.

QVARTÒ principaliter, quædam poſ-
13 ſumus ſimpliciter, quędam cauſatiuè, vt †
adnotauit magiſtraliter Bart. in l. 1. ſub num.
ſexto, ff. de leg. primò, & ideò patronus po-
teſt quædam ſimpliciter per ſe, & hæc ſunt
14 omnia pacta non † concernentia ſpiritua-
litatem, quia hæc poſſunt apponi tempore
fundationis ſine conſenſu Epiſcopi, Roch. de
Curt. in tract. de iur. pat. verſ. Pro eo quod,
numero 27. & quædam poteſt cauſatiuè, ideſt
15 cum conſenſu Epiſcopi, ſeu † Archiepi-
ſcopi, & non aliter, & hæc ſunt omnia con-
cernentia ſpiritualitatem, cap. requiſitum, de
teſtam. cum ſimilibus adductis per eundem
Rochum ſub eodem, numero ſeptimo, Inter
hæc, quæ patronus poteſt. cauſatiuè cadit
conditio, ſeu hæc lex appoſita in hac funda-
tione. Quia ad illum ſpectat inſtitutio, ad
16 quem ſpectat † deſtitutio, capit. cum ex
inuicto, de hæret. cap. nullus. 15. quæſt. ſep-
tima, & eſt videre inter egregia exempla Ro-
ch. in dict. loco, & in indiuiduo conditionis
noſtræ, apud Cæſar. Lambert. in tract. de iure
pat. in 2. artic. 9. quæſt. prin. primę partis. 1.
lib. per totum illum art. Non ergò tantum
conſiderandum eſt, quòd voluerit funda-
tor, ſed etiam in quo ſenſerit Illuſtriſſ.
Archiepiſcopus, & ideò tanto magis dura
interpretatio ex aduerſo adducta contemni
debet.

Primò, quia veriſimilius eſt, quòd minus
voluerit canonum diſpoſitioni aduerſari,
quàm eſſet poſſibile, & conſequenter mino-
17 ri † vinculo capellanum colligare, quàm
fieri poſſet, capit. primo, de cap. mo. libr. 6.
vbi text. in capellanis perpetuitatem deſide-
rat.

Secundò, quia nec potuiſſet Archiepiſco-
pus ligare ſibi manus in hoc imponendo le-
18 gem à qua ſibi non liceret † recedere, iux.
Menoch. conſ. 413. num. 9.

Tertiò, quia non ſemper expedit Eccleſiæ
19 priuatio † beneficiati, Abb. in c. ex tuæ, ſub
num. 6. Butr. in cap. cum ad hoc, nu. 3. ex eo.
tit. de cler. non reſid.

QVINTO principaliter accedit, quòd
diſpoſitioni teſtatoris ſic intellectæ, prout
ex aduerſo prætenditur, aduerſantur mul-
ta.

Primò, enim priuatio incurreretur ſine
20 dolo ipſo iure, contra † not. per Fulg. &
alios in l. in actionibus, ff. de in lit. iur. & A-
ret. in l. cum quędam, §. quod dicitur, ff. de
acquir. hæred.

Secundò, ſi crediſſet P. ſe tutum præ-
cepto Iudicis, eius opinio ſibi in ali-
que

quo non prodeſſet, & tamen ad euitandam priuat, magis opinio priuandi, quàm veritas ipſa attenditur, vt † voluit ſingulariter Franc. Aret. in l. qui ſe pupillum, in fine. ff. de acquir. hæred.

22 Tertiò, conditio † ad improbum reduceretur, contra vulg. præſumptionem l. merito. ff pro ſoci. egregijs inſtantijs exornatam per Felyn. in cap. vltim. numero vndecimò, de præſumpt.

23 Quartò, cum validior ſit poteſtas legis, quàm hominis, vt † multis comprobat Peregrin. in tractat. de fideicomm. artic. 11. numero 79. præponeretur voluntas fundatoris diſpoſitioni legis, mandantis obtemperari Iudici, & læderetur ratio naturæ, quia impedimentum à pari cauſa generari non poteſt, imò cauſa impediens † debet eſſe potentior, vt docuit ſubtilis Bald. in l. cum quidam, in §. quod dicitur, numero ſecundo, ff. de acquir. hæred.

24

25 Quintò, læderetur concluſio illa, quòd concurrentibus duobus præceptis contrarijs, quis tenetur obtemperare magis † digno, vt non longè à terminis noſtris tradit Bald. in dicta l. 2. in §. ſi quis municipalis, numero primo, & Caſtren. in d. §. illud ſciendũ, num. 1. ff. ſi quis cau.

26 Sextò, imponeretur pœna ſine cauſa, contra text. † & ibi nota. in l. paterfamilias. ff. de hæred. inſtit. in l. vxorem, in §. hæres. ff. de leg. tertio.

27 Septimò, pœna iuris quæſiti ob alterius factum, ſcilicet † iudicis, imponeretur, contra text. & notata ibi in dicta l. paterfamilias. ff. de hæred. inſtitu. & elegantiſſimam diſtinctionem, & deciſionem Bald. in l. vnica, num. 10. C. de his quæ pœn. no.

28 Octauò, læderetur illa concluſio quæ habet, quòd pœna deſinit habere locum, quando illud quòd erat delictum deſijt eſſe † delictum, de qua Iaſon. in l. ſed ſi. poſt numero 6. ff. de inoffic. teſtamen. quia non reſidere non eſt delictum, quando qui non reſidet non poteſt reſidere.

29 Nonò, daretur effectus ſine cauſa, quia cauſa priuationis † eſt negligentia, cap. ſi clericus, verſ. negligenter, de præbend. in ſexto, cap. fin. de cleric. non reſidentibus, cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præben. & eſt generale in omnibus, vt latiſſimis inſtantijs comprobat Iaſon. in l. eum qui numero quarto, C. de procurator. & tamen negligentia non cadit, vbi eſt † impoſſibilitas, vt hic, l. ſed ſi mihi, & tibi, §. ſi quis ſeruos, vbi Iaſ. num. 7. ff. de leg. 1

30

Decimò, daretur obligatio ad impoſſibile, quocunque modo, ſcilicet de iure,

31 cum id tantum dicamur poſſe, quòd de † iure poſſumus. 26. quæſtio ſecundo, cap. faciat homo, & de facto, quia carceratus non poteſt eſſe alibi contra omnia iura, dicentia,

32 quòd impoſſibilium † nulla eſt obligatio l. impoſſibilium. ff. de regul iur. l. cum hæres. §. primo ff. de ſtatu lib. l. ſi ſtipulare. §. primo ff. de verb. oblig, imò etiam contra interpretatiuam, ſeu præſumptam voluntatem † diſponentis, iuxta tradita per Soci in conſil. 14. numero 6. volum. 1.

33

34 Vndecimò cùm lex mandet obtemperari iudici, iur. adductis per Excellentiſſimum D. Monaldum, daretur pœna pro actu facto permittenre, imò mandante † lege, contra vulg. l. Graccus cum ſimil. de adult.

35 Duodecimò, iuſſus iudicis nón excuſaret, contra † ea, quę habentur in l. furti, in §. qui iuſſu. ff. de infam. in l. iuſtè ff. de acq. poſſ. in l. ſi quis id quo, §. fina. verſ. dolo. ff. de iuriſdict. omnium iudic.

36 Decimotertiò, læderetur illud quod priuatio non ſit, niſi ex magno crimine, de † quo latè Flam. Pariſ. in cap at ſi clerici, de iud. vbi ipſemet ſeipſum citat in d. tractat. de reſignat. benef. lib. 1. q. 15. num. 30.

37 Decimoquartò, læderetur illud, quòd auctoritas ſuperioris † ſemper cenſetur excepta per vulg.

38 Decimoquintò, læderetur illa concluſio quæ habet, etiam † in actu iurato, omnia intelligi rebus ſic ſtantibus, cap. quemadmodum, de iureiuran.

39 Decimoſextò, eadem pœna puniretur abſentia doloſa, & abſentia culpoſa, contra illud, quòd culpa debet proportionari pœnæ, & † è contra, cap. fœlicis recordationis, vbi Io. Monach. nume. 14. de pęn. in 6. Non ergo, cum tot, & tantis abſurditatibus intelligenda eſt conditio appoſita, quia ratio euitandi abſurdi in omni, & quacunque diſpoſitione

40 locum habet, vt latè † poſt Euerar. & alios docet Mantic. de coniectu. vltim. volunt. lib. tertio titu. 7. numero primo, cum multis ſequ. & in terminis noſtris hoc modo arguit Gaſpar Calderinus dicto conſilio 17. numero quinto.

41 SEXTO principaliter, non poteſt prætendi priuatio per lapſum temporis, & abſentiam † ſine monitione.

42 Primò, quia omnia iura monitionem † requirunt, capit. qualiter, de cleric. non reſiden.

43 Secundò, quia monitio, quam iura requirunt eſt ad † redeundum, dic. cap. qualiter, quæ hic non legitur.

Tertiò, quia expreſſim Ioann. Andræ, & poſt eum Anton. de Burtio in capitu. quoniam,

niam, § porro, extra vt lit. non conteſt. ponun t prçciſam deciſionem, cum dicunt,
44 quòd † clericus eſt monendus, quando ad tempus eſt licentiatus, & ſi ſtetit vltra tempus abſque alia monitione poteſt priuari, ſi modò cum licentia adſit monitio redeundi, aliàs ſecus.

Quartò, quia hoc non eſt ſpeciale, vel ſingulare dictum in hac materia reſidentiæ, ſed generale, quia quando agitur de
45 priuando † aliquem iure ſuo, dies non interpellat pro homine, Auth. ſi quis pro redemptione, vbi not. etiam Ang. de Eccl. ſed. Aret. in l. ſi quis ex legati cauſa, ff. de verb. obligat.

Quintò, quia eadem concluſio, quòd dies interpellat pro homine, non procedit in
46 probabiliter † ignorante, vt in R. P. vt ſupra, Bartol. in conſ. 239. Iaſ. in l. vinum, ff ſi cert. pet. cum ſimil. vt per Soc. in conſ. 107. in prima parte.

Septimò principaliter, quia delicta P. non ſunt culpa ordinata ad caſum non
47 † reſidendi, ideò is non debet teneri ad caſum, cor. conſ. 108. ſub num. 9. vol. 1. vbi iura allegat.

Primò, quia delicta non fuerunt cauſa proxima areſtationis, & non reſidentiæ, ſed iuſ-
48 ſa, & ſuperiorum mandata, † & carcerationes, & actus debet aſcribi cauſæ proximæ, non autem remoræ, l. ſocium, qui cum eo, § primo, ff. pro Soc. Dec. in l. certi conditio, §. quoniam, ff. ſi cert. petat. & idem, Dec. in cap. quòd plus, ſub numero quinto, ff. de regul. iur.

49 Secundò, quia non ideò deliquit P. vt † carceraretur, vt patet ex ſe.

Tertiò, quia quando attenditur cauſa proxima, non attenditur cauſa propter quam; immo illa non habetur in conſideratione, ſicut dicimus in lucro, quod
50 capitur propter † mutuum, non ex mutuo, vt non ſit conſiderabile ad vſuram, quia verba illa, nihil inde ſperantes, deſignant
51 cauſam proximam, & † immediatam, l. eo tempore, de pecul. l. 1. §. incendio, & ibi Bartol. ff. de incend. ruin. naufr. Bart. Alexand. & Iaſ. in l. non dubium, C. de leg. & in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. Alexand. in l. diuortio, in §. ſi vir. num. 6. ff. ſolut. matrim. vt bene conſiderauit Reueren. Fr. Bernardinus Buſtus in defenſorio Montis Pietatis, tract. ſecundo, & tertio, ſub litera T, vbi latè.

Quartò, quia non deficiunt multa iura ponentia differentiam inter ea, quæ directè proueniunt ex aliquo contractu, vel
52 quaſi, & † ea quæ contingunt propter aliquem contractum, & quaſi, vel ex delicto, vel propter delictum, quæ non curo cumulare, mihi autem ſufficiat text. in l. ſi poſſeſſor, in §. ait Senatus, & in l. viui, & in l. ſeq. ff. de petit. hæred. iuncto text. in l. ſed. & ſi. in § primo ff. eo. in l. Titium, in §. altero, ff. de adminiſtr. tut. & in l. ſi patronus, C. communia vtriúſque iud. & expreſsè hanc differentiam ponit Bart. in l. Imperator, in §. non autem, in ver. Pro declaratione huius materiæ, quę ſubtilis eſt, nume. ſecundo, ff. de legat. 2.

Quintò, propius accedendo ad punctum facit, quòd ideò non currit tempus ad præ-
53 ſentandum ei, qui excommunicatione † impeditus eſt, vt voluit Roch. de Curt. in dicto tract. de iur. patron. in ver. competens, quæſt. 8. num. 23.

Sextò, facit quòd dixit Curt. in iam cita-
54 to loco, videlicet, quòd tempus † datum ad eligendum vel conferendum non currit ſuſpenſo.

Septimò, facit quia delinquens eo tunc tantum deliquiſſe dicitur, quando deliquit,
55 non autem quando non † reſſedit, ideò pœna ſolum debetur pro delicto, non autem pro non reſidentia, ſicut dicimus in eo, qui ſua culpa factus ebrius deliquit, vt alias latiſſimè in hac Curia diſſerui in cauſa Felicis de Hotto.

Octauò, facit quòd Emphyteuta carceratus excuſatur à pœna caducitatis, ob non pe-
56 † titã inueſtituram, Corbul. in tract. de iur. Emphyt. tit. de pœna priuat. ob non petitam inueſt. num. 13.

Nonò, facit ſimiliter, quòd Emphyteuta
57 carceratus excuſatur † ſi non ſoluat Canonem in tempore, Corb. in dict. tract. titu. de cau. priuat. ob Canon. non ſolut. limit. 10.

Decimò, videmus quòd carceratus excuſa-
58 tur † à contumacia, Farinac. de inquiſit. q. 11. num. 54.

Vndecimò, facit quòd aſſignatarius excuſa-
59 tur ab expeditione, & à publicatione † litterarum, Sarnien. de public quæſt 23. num. 3. etiam ſine proteſtatione quicquid de illa voluerit Sarne, vt inquit Caputaq. deciſ. 12. ver. impedimentum.

Duodecimò, facit Odd. de reſtit. in integ. quæſt. 7. art. 3. num. 3. dum arguit ex cauſa abſentiæ non eſſe ſuccurrendum bannito, &
60 ſoluit contrarium dicens, quòd non † attenditur cauſa banni, ſed abſentiæ, quę eſt cauſa proxima.

Decimotertiò, hanc diſtinct. firmat. Abb.
61 in cap. quia † diuerſitatem de conceſ. præbend. Felyn. in capit. cum inter. de except.

Roch.

Roch. dicto art. in d. verbo compet. numero
13. & 14.
Decimoquartò, ſi contrariorum eadem de-
bet eſſe diſciplina, ſicut cauſa quæ non eſt
61 immediata † non eſt ſufficiens ad excuſatio-
nem, etiam ſi aliàs ſufficiens eſſet, vt not. In-
nocen. Abbas, & alij in capit. ex tranſmiſſa,
de præſcript. vbi etiam Felyn. numero ſepti-
mo, Dec. in cap ſiſcitatus in vltimo not. de
reſcript. Boer. deciſ. 40. num. 4 Caputaq. de-
ciſio. 72. numer. 5 part. ſecunda, Dec conſilio
474 colum 2 & conſil. 552. volum. 2. Crauet.
conſilio 151. num. 22. cum dicunt oportere,
63 quòd † impedimentum duret per totum tē-
pus, alias non ſuffragaretur, quia non eſſet
cauſa immediata ad excuſationem, ità è con-
tra, & multò magis cauſa, quæ non eſt imme-
64 diata † non debet ſufficere ad accuſationē,
quia in primo caſu tractatur de fauore, in
hoc verò de odio.
Decimoquintò, caſum decidit Abb. in ca-
pit. inter numero tertio, de cleric. non
reſiden. vbi inquit Abb. quòd abſens ſi-
65 ne † iuſta cauſa non debet priuari, ſi poſtea
ſuperueniat iuſtum impedimentum non re-
deundi, etiam ſi is abſentauerit ſe ſine licen-
tia Prælati, quod eſt bene not. (inquit Abb.)
vt impedimentum ſuperueniens ei, qui dedit
66 operam rei illicitæ non ſit ei † imputan-
dum, & Abb. ſequitur nuncupatim Lancel-
lot. in §. ſi tamen, in ver. poterunt, inſtit.
eodem titu. de Cler. non reſid. & eandem
opin. tenet Butr. & Hoſt. in dict. capit. inter
quatuor.
Decimoſextò, facit, quòd voluit Pariſienſ.
in conſil. 102. volumine quarto per tot. vbi
ſuſtinet, quòd carcaratus, & capitali ſen-
67 tentia † condemnatus, deſcriptis omni-
bus eius bonis, habuerit iuſtam, & legi-
timam cauſam excuſandi ſe, & quòd ideò
ſententia lata contra eum fuerit ipſo iure
nulla.
Decimo ſeptimò, facit etiam, quòd voluit
idem Pariſ. in dict. conſ. 202. ſub numero no-
68 no, dum paupertatem cauſatam propter †
delictum, propter quod bona fuerant confi-
ſcata appellat iuſtum, & legitimum impedi-
mentum.
Decimooctauò, facit Bal. in l. ſecunda in §.
ſimili modo, ff. ſi quis caut. vbi vult non ſo-
lùm carcerationem ex iuſta cauſa præbere
iuſtum impedimentum, ſed immò oppor-
69 tere, quòd captura ſit † iuſta, ad hoc vt
excuſet, Aut (inquit Bald.) magiſtratus
detinuit iuſtè, & excuſatur aut non iu-
ſtè, & tunc non excuſatur detentus, quia
(inquit Bald.) habet regreſſum contra ma-
70 giſtratum, & pro † hac diſtinctione Bald.
pro qua ipſe pro ſua reuerentia, nihil al-
legat, facit illa celebris, & communis diſtin
ctio, quam faciunt Doct. in caſu deficien-
tis conditionis poteſtatiuæ facto tertij in-
71 iuſto, & illicito, dum volunt † ter-
tium teneri ſi ſit ſoluendo, alias conditio-
nem haberi pro impleta, ne factum il-
lius præiudicet honorato, de qua Pere-
grin. de fideicommiſſ. articulo ſextodecimo,
num. 135.
Decimononò, ad ſuadendum, & fir-
mandum illam diſtinctionem ſuperius fa-
ctam de cauſa mediata, & immediata, &
72 de † impedimento directo ad impedien-
dum ordinatum, & indirectum, accedit ra-
tio Alexand. in dicta l. 2. in §. ſimili modo,
numero ſeptimo, cum dicit, hoc ideò facien-
dum eſſe, quia inſpicitur quod principa-
73 liter † agitur, l. verum. ff. de furt. & Ale-
xand. loquitur in terminis præciſis impedi-
menti carceris, & cum hac ratione accedit
auctoritas Bartol. Bald. Decius, Iaſon. So-
cin. Caſtrenſ. Imol. Ruyn & aliorum multo-
rum quos refert Peregrin. in iam citato loco,
numero 153. qui ſimilem faciunt diſtinctio-
74 nem circa impedimentum tertij reſultans †
ad impediendam conditionem mixtam, vt
ibi per eum, His addo Crauet. in conſi. 247
num. 7. vbi pulchrè.
Vigeſimò facit, quòd Caſtr. in dict. l. 2. in
§. ſi verò propter, dum vult, quòd mu-
lier grauida, etiam ex non marito, excuſetur
75 ad comparendum † perſonaliter in iu-
dicio, negans expreſsè, quòd delictum illud
dicatur ordinatum ad contumaciam, prout
etiam idem Caſtr. in §. illud ſciendum, hanc
eandem doctrinam firmat, licet viderim il-
lum allegari pro contraria opinione, ſed
malè.
Vigeſimoprimò, facit etiam Afflict. Ruyn.
& alij quos refert Farinac. de inquiſit. quæſt.
vndecima, numero 54. verſic. tertia cauſa,
76 vbi loquitur in confinato, & † concludit,
quòd ille excuſetur ad comparendum, & li-
cèt eundem Farinac. viderim allegari ex ad-
uerſo in eadem quæſt. vndecima, ſub numero
decimoquarto, tamen malè allegatus fuit,
quia ibi nihil dicit, & in loco mox citato
hanc ſententiam noſtram tuetur acerrimè, &
in verſic. illa præterea diſtinctio, dicit, quòd
diſtinctio iuſtæ, vel iniuſtæ carcerationis ſibi
77 † non placet, quia quando ſumus in termi-
nis impoſſibilitatis, & vrgentis neceſſitatis
vincula cuiuſcunque iuris ſint diſſolui de-
bent, ſiue ex iuſta, ſiue ex iniuſta cauſa
perueniant, & dicit quòd iſta eſt com-
munis opinio, & ſeruatur, & allegat
multa.

Vi-

Vigeſimoſecundò facit, quòd ſi bene vi-
deantur Doctor. qui conſiderant differen-
tiam inter iuſtam, & iniuſtam carceratione,
illi non negant iuſtitiam impedimenti in v-
troque caſu, ſed dicunt teneri, vel non te-
78 neri carceratum, admittendum † procura-
torem, ita Iaſon. in l. 2. ff. de in ius voc. &
alij quos refert Farinac. dicto num. 54. verſic.
contrarium, quæ diſtinctio cum non proce-
dat eo caſu in quo quis non poteſt ſupplere
per alium, vel non teneatur, vt expreſſim tra
dit Farinac. eodem in loco, non adaptatur
ad caſum noſtrum, in quo requiritur perſo-
nalis reſidentia.

Vigeſimotertiò facit, quòd cautio de non
offendendo poteſt peti, & debet præſtari per
79 maritum vxori adulteræ, quæ timet ob † a-
dulterium interfici à marito, cap. de benedi-
cto 32. q. 2.

Vigeſimoquartò facit, quòd imò cautio
de non offendendo exigi poteſt indiſtin-
80 ctè ab eo, qui timoris † cauſam dedit, Bart.
& Alex. in l. qui bona, in §. ſi quis iuſſu, ff. de
damn. infect. Rip. in repert. cap. 1. de iud. Au-
fre. ad cap. Toloſ. q. 489. Anchar. conſ. 52. &
hos ſequitur Vulpel. in tract. de promiſſ. de
non offenden. q. 55.

Vigeſimoquintò, ſuppoſito, quòd omnes
exceptiones, quę veniunt ad limitationem re
gulæ, quæ habet, quòd quis non admittatur
ad allegandum propriam turpitudinem, fa-
81 ciant ad propoſitum † noſtrum, vt aduer-
tit Herculanus in tract. de caut. de non of-
fenden. ſub tub. de except. con. peten. caut.
num. 14. facit, quod eo magis impedimen-
82 tum adductum ſuffragari debet, quia P. † ex-
cipiendo procedit Natt conſ. 76. num. 12. vo-
lum. 1. Bertaz. conſ. 133. nu. 1. volum. 1. crim.
Decian. conſil. 19. num. 15. vol. 1.

Vigeſimoſextò, eodem ſuppoſito reten-
83 to, facit, quòd exceptio † includit impoſitio
nem, Felyn. in cap. lator, nu. 2. de re iud.

Vigeſimoſeptimò, eodem ſuppoſito reten
to, facit, quòd non obijcitur de turpitudine
84 cauſæ illam † allegantí, quando illa eſt de-
tecta, Surd. deciſ. 283. num. 7.

Vigeſimo octauò, facit text. rotondus in
l. non omne, ff. de ſtatu lib. dum impedimen-
85 tum † non ordinatum ad caſum libertatis,
ſed ordinatum ad pœnam hæredis non ma-
numittentis conſideratur.

Vigeſimononò, facit, quòd ſi culpa ad ca-
86 ſum non ordinata non eſt conſiderabilis †
ad commodum. c. intelleximus, ibi, ne ex ſua
malitia commodum reportet, de iudic. l. 2. §.
ſi quid tamen, ibi exceptionem prodeſſe, ff.
ſi quis caut. & eſt text. elegans in l. ſi dictum,
in §. ſi compromiſero, ff. de euict. multo mi-
87 nus debet eſſe ſufficiens ad † priuationem,
dict. cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præ-
ben. vbi Epiſcopus excommunicatus non
priuatur iure ſuo conferendi, ſi ob ex-
communicationem fuit † impeditus, quo-
niam excommunicatio non erat ordinata
ad caſum collationis, & deciſio illius text.
non eſt ſingularis, neque ſpecialis, imò ge-
neralis eſt concluſio, quòd culpa non ordi-
89 nata ad caſum conſiderabilis non eſt, † d.
capit. quia diuerſitatem, d. l. non omne, l. is
qui ff. de action. & oblig. dict. l. 2. §. vlt. ff. ſi
quis caut. Felyn. in dict. cap. inter. num. 20. de
except. Rip. in capit. primo, num. 14. de iud.
Belamer. conſ. 22. Crau. dict. conſil. 247. eru-
ditiſſimus D. meus Moneta in tract. de quoti
dianis diſtribut. in 2. par. quęſt. 5. num. 41. &
90 quęſt. 6. num. 12. vbi vult, quòd † ideò in-
firmus ex propria cauſa percipiat diſtribu-
tiones, & eius deciſio eſt approbata etiam à
ſacra Congregatione, vt dicemus in verſ. ſe-
quenti, cum illo temperamento, ſi alias infir-
91 mus erat ſolitus † intereſſe, vt ibi nume-
ro vigeſimo primo, quod eſt magis, quoniam
diſtributiones facilius, imò facillimè amit-
tuntur, iure quodam actionis, vt benè colli-
gitur ex eiuſdem Doctoris, & D. mei ſenten-
tia, & dict. quæſt. 5 num. 5. & in effectu hanc
veritatem, & generalem concluſionem affir-
mant eam Doct. allegati in allegationibus
ex aduerſo factis.

Trigeſimò facit, quòd Illuſtriſſ. Congre-
gatio circa Sacrum concilium cenſuit deten-
92 tum, cum fideiuſſore excuſari à † re-
ſidentia, & generalius dixit eum per quem
non ſtat quominus in ſuo beneficio reſideat
nullum ob non reſidentiam detrimentum
ſentire debere, & ſimiliter infirmum ex pro-
pria culpa, & peccato præcedenti occaſio-
93 ne † excuſari, imò illi ſi alias reſidere
ſolitus erat diſtributiones deberi, quod eſt
magis.

OCTAVÒ principaliter, pro huius ca-
ſus deciſione ſeruit etiam Nauarr. allegatus
in conſil. 2 de Cler. non reſid. vbi quod Con-
cilium Trident. circa reſidentiam prægnan-
94 tiſſimis verbis receptum † recipit interpre-
tationem ceſſante impedimento, ſi ita in Cō-
cilio, idem multo magis in pacto fundatoris,
quod eſt debilius vtſ.

NONÒ principaliter, illa generalitas de-
bet intelligi in abſente ad malum finem, non
95 autem † vt Iudici obediat, iuxta latè not.
per Crauet. in conſ. tertio, per totum, & non
ſolum ad malum finem, ſed priori modo, vi-
delicet per modum vagationis, quia nul-
la alia ratio poteſt aſſignari cur magis
fundator præſcripſerit terminum ſex men-

ſium

ſum, nec plus, nec minus, quam quòd ſe-
voluerit conformare cum diſpoſitione Cano
num, quæ in caſu vagantis clerici præfixere
96 talem † terminum ſex menſium, d. cap. ex
tuæ, vbi Ioan. And. Abb. & alij, & non ſolum
per modum vagationis incertæ, ſed etiam
cum dolo, quia tanta dilatio accedit ad illam
97 ſpeciem negligentiæ, quæ † diſſoluta dici-
tur, & propriè dolus, Bal. in l. quæ fortuitis,
nume. 29. C de pign. act.

Decimò, & vltimò, principaliter ſen-
tentia, quam amplexus ſum magis hęret
animo poſtea quam diligenter vidi dedu-
cta ex aduerſo, vel nihil facere, vel debilia
fundamenta eſſe, vel potius deſeruire inten-
tioni noſtræ.

Primò enim fundamentum illud, quod ſu-
per generalitate verborum factum eſt non
obſtat in aliquo.

Quoniam deſtruitur per inſtantiam de
textu in c. quoniam. 18. diſtinct. in quo repe-
98 riuntur illa verba, omni excuſatione † re-
mota, & nihilominus excepta manent legiti-
ma impedimenta pro Epiſcopo, vt in c. Epi-
99 ſcopus, & in c. placuit, † ead. diſt.

Rurſus quia generalitas reſtringitur pro-
pter neceſſitatem, vt ante me dixere Excel-
100 lentiſs. † Monaldus, & alij, quorum dictis
addo Rom. in l. ſi vero in § de viro, limit. 54.
vbi hanc reſponſionem exornat triginta
octo illationibus.

Accedit quòd generalitas reſtringitur no-
101 ua ſuperuenienti cauſa, vt per eundē † Ro.
in d. loco. limit. 50. vbi comprobat dictum
per octo deciſ. practicales.

Accedit inſuper, quòd diſpoſitio reſtrin-
gitur ne reddatur inualida, prout noſtra
102 redderetur vt † ſupra, Rom. in d. loco nu-
mero 36. vbi infert ad vndecim pulcherri-
mas deciſiones.

Secundò, fundamenta omnia quæ addu-
cuntur per regulas generales remotas viſa
fuerunt non egere reſponſione, imò non
mereri, quia noſtra ætate præciſis deciſioni-
103 bus certandum † ſit, Crau. de antiq. temp.
par. 1. numero 48. Borg. Caualc. deciſ. 44 nu-
mero 7. & 54. num. 20. par. 1. & à dictis Doct.
104 argumentari non liceat † Bero. conſ. 63. nu.
5. vol. 1. aliàs ſæpe deciperemur.

Tertiò, & vltimò, ea quæ magis pro præ-
ciſis fundamentis adducta ſunt, faciunt pro
R. P. nam Bart. in l. 2. in §. fin. ad finem. ff. ſi
quis caut. & Caſtr. ibid. nu. 2 & Proſper Far.
d. q. 11. & Odd. & Burſ. concludunt pro no-
bis; cætera in facto non ſubſiſtunt, & ita &c.

Io. Bapt. Cauatius I. C. Bon. & Aduoc.
Mediolanenſis, ſaluo &c.

SVMMARIA.

1 *Præceptum quintum de non occidendo, iniuſtam ſolum occiſionem prohibet.*
2 *Homicidium quid.*
3 *Occidere quando ſit actus meritorius.*
4 *Permiſſio legis non puniendo, & conceſſio faciendo quid differant.*
5 *Bannitus poteſt occidi à quolibet, quod declaratur num. ſeq.*
7 *Occidens bannitum abſque zelo iuſtitię, quo genere peccati pecet, & num 20.*
8 *Occidens iniuſtè bannitum, an peccet peccato homicidij.*
9 *Clerico an liceat occidere bannitum.*
10 *Clerico tam in maioribus quàm in minoribus ordinibus conſtituto prohibitum nō eſt iure naturali, neque diuino criminoſum morti a dcere, & quod probatur, num. 11. & 12.*
12 *Ius naturale quid.*
13 *Ius diuinum ſuper omnes cadit.*
14 *Clericis quatenus prohibitum ſit contaminare ſe ſanguine.*
15 *Clericus interficiens bannitum, quando peccet mortaliter, & quando venialiter, & nu. 22.*
16 *Clericus in minoribus conſtitutus ſine vlla diſpenſatione præliando in bello iuſto, venialiter peccat, & num. 17. dicitur communis.*
18 *Nauar. locus in conſ. 17. dicitur communis.*
19 *Marſil. locus in conſ. 11. num. 14. lib. 1. perpenditur. & num. 25.*
21 *Clericus bannitum occidens non obligatur pœnis homicidij, & num. ſeq.*
23 *Occidere bannitum eſt actus voluntariæ iuriſdictionis.*
24 *Vnus habetur pro pluribus quando in illum iura plurium concurrunt.*

CONSIL. IV.

PRæceptum quintum de non oc-
cidendo iniuſtam ſolum occi-
1 ſionem † prohibet, & tam
pertinet ad laicos, quàm ad cle-
ricos, vt docet Nau. lib. 1. conſil.
titul. 39. conſilio 1. num. 16. & eſt doctrina
communis omnium DD. & patet ex defini-
tione, quæ homicidij communiter affertur,
2 quòd eſt occiſio hominis † indebita, vnde
ſupra occiſionem addit iniuſtitiam, & lai-
cis autem, & clericis non licet occidere
quemquam iniuſtè, occidere autem ex iu-
ſtitia nullum peccatum eſt, imò eſt actus
iuſtitiæ meritorius ſi fiat, vt fieri debet,
3 tunc † autem fit, vt fieri debet, quando
ordine iuris ſeruato, cauſa rationabili exi-
ſtente, aliquis damnatus auctoritate pu-
blica

blica occiditur, & miniſter iuſtitiæ conſtitui
tur, vt habet S. Thom. 2. 2. quæſt. 64. artic.
tertio, Caiet. ibi Sot. quinto, de iuſt & iur.
quæſt. 1. art. 3. dub. 2. Summiſtę, ver. homici-
dium Syl. Tab. Armilla, & alij breuitatis gra
tia omiſſi. Aduertendum eſt ex Syl. ver. homi
cidium 1. §. 6. Armilla. ver. eodem nu. 8. Sot.
ſupra art. 3. Authore deciſ. aurea lib. 2. c. 62.
4 nu. 52. aliud eſſe quando lex permittit non †
puniendo, vt de occidendo adultero; aliud
quando aliquid concedit faciendo, ſcilicet
quemlibet miniſtrum iuſtitiæ, vt in cap. pro
humani. de homicid. libr. 6. quod licet pri-
mum non liceat in conſcientia, ſecus de ſe-
5 cundo, hinc ſequitur bannitum poſſe † oc-
cidi à quolibet, quia ſibi à lege committitur,
vt habet Tab. verbo homicidium. num. quar-
to, circa finem, & ver. bannitus. num. 1. Syl.
homicidium primo. nu. 5. & ver. aſſaſſinus.
num 3. Armilla. ver. homicidium. num. 8. &
ver. bannum. Sot. 5. de iuſt. & iur. q. 1. artic. 3.
dub. 2. Viuald. de irregularitate. numer. 204.
cum Panor. & grauiſſimis Theologis à ſe ci-
tatis Author. deciſ. lib. 2. capit 62. nume. 53.
6 dummodo qui occidit ex † zelo iuſtitię non
ex paſſione vindictę occidat, vt docent ſupra
dicti omnes; ſecus qui occideret, mortaliter
7 peccaret. Quod peccatum † non eſt ho-
micidij, neque iniuſtitiæ ſpecialis, ſed gene-
rali charitati repugnantis. Quali peccato
peccat carnifex malo animo occidens damna
tum à iudice, & bellans bello iuſto, occidens
malo animo: qui peccant contra legem cha-
ritatis, ſed non contra ſpecialem virtutem iu
ſtitię cui repugnat homicidium, quod fuſius
proſequitur. Nauar. conſil. libr. quinto, con-
ſil. 16. Tenent etiam Dec. in cap. dilecti de
pœnis. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt.
90. nu. 5. & 6. Baldus in l. prima C. de pœnis.
Hi vero etiam hoc extendunt ad occidentem
8 bannitum † iniuſtè tenent multi alij Theo
logi iuris Pontificij, & Cæſarei periti, &
ratio eſt quę ſuprà allata, quia ex eo quòd a-
liquis eſt bannitus cuicumque facultas con-
ceditur ab ea auctoritate publica, quæ ban-
nire potuit, vt eum occidere poſſit, &
in hoc ſicut ego nullam video difficulta-
tem, ita certiſſimum iudico debere eſſe apud
omnes.

Difficultas tantum poteſt eſſe ſi occidens
9 bannitum ſit Clericus, an liceat † illi talem
occidere, ſi non liceat, an occidendo homi-
cida ſit, & ſi non ſit homicida, quo genere
peccati peccet, &

Dico primo Clerico cuicunque tam in mi
noribus, quàm in maioribus ordinibus con-
ſtituto etiam Epiſcopo non eſſe interdictum
10 † iure naturali, neque diuino vllum crimi-
noſum morti addicere, aut interficere, & mu-
tilare; probant. Sot. 5. de iuſt. & iur. quæſt. 1.
art. 4. Nau. conſ. lib. 1. in titu. 39. à num. 9. &
ſeqq. clarè, & fusè.

Et quidem quòd non iure naturali, pa-
11 tet; illud enim ius † tantum eſt naturale,
quod eſt per ſe notum, aut in bona conſe-
quentia deducitur ex per ſe notis, vt pro-
bant Theologi: at non eſt per ſe notum,
neque deducitur in bona conſequentia ex
aliquo per ſe noto alicui Clerico non lice-
re criminoſum, & ſceleroſum interficere,
peccareque illum interficiendo, ergo tum
quia ſi hoc iure naturali prohibitum eſſet
Sacerdotibus Teſtamenti veteris nunquam
licuiſſet tales interficere, cuius contrarium
legimus in Moise, Mathatia, Samuele, &
alijs, ergo.

Quòd non diuino, probatur, quia in nul-
12 lo veteris vel noui † Teſtamenti loco inue-
niuntur ſupra dicta prohibita, vt oſtendunt
ſupra citati DD. loca ſcripturæ expenden-
tes quæ contrarium innuere videntur, er-
go, & confirmatur, quia ſi hoc prohibitum
eſſet iure diuino, aut naturali, nunquam
Papa poſſet iubere occidi, mutilari, com-
burri maleficos aliquos, neq; ſęcularibus,
neque Clericis cuius contrarium legimus.
Bannitus autem ſceleratus vir eſt, & cri-
minoſus, & propter ſcelera, & crimina ab
eo patrata morti addictus, improbus, di-
ctus hoſtis, & inimicus patrię, vt habetur in
l. 3. §. transfugas. ff. de Sic. docentque.
Marſil. lib. 1. conſil. 11. nume. 8. & Matth. ab
Afflict. lib. 3. rubr. 3. num. 14. ergo Clericus
quicumque occidens bannitum non pec-
cat contra ius naturale neq; diuinum, & Me-
noch. ſupra nu quarto refert, & ſequitur va-
rios Doctores docentes occidentes banni-
tum iure diuino non puniri; ergo, neq; Cle-
ricus bannitum occidens iure diuino pu-
13 nietur, quia ius diuinum † ſuper omnes ca-
dit, ſi non punietur iure diuino, neque pec-
cat iure diuino, pœna enim peccati eſt
comes.

Dico ſecundo, Clericis quibuſcunque
prohibitionem eſſe factam de iure poſitiuo
Eccleſiaſtico contaminare ſe ſanguine, ſiue
14 † tamquam iudicibus, ſiue tamquam mini-
ſtris iuſtitiæ; tenent ſupra citati DD. Sum-
miſtæ v. irregularitas Toledus. lib. 5. cap.
6. Habetur expreſsè cap. ſententia ne Cle-
rici vel Monachi, & in tit. de Clerico per-
cus; colligitur ex multis capitibus, & ex con-
ſequenti iure eodem prohibitum erit occi-
dere bannitos.

Dico tertio licet Clerici in maioribus or-
dinibus ſi ſe contaminant ſanguine alio-
rum,

rum, ſiue tamquam Iudices, ſiue tamquam miniſtri iuſtitiæ mortaliter peccent: non tamen in minoribus ordinibus, & ex conſequenti bannitum occidentes non peccabunt
15 pluſquam † venialiter, quia qui occidit bannitum occidit tamquam miniſter iuſtitiæ à lege ad id deputatus, vt docent DD. in primo loco citati, Hanc concluſionem tenent Sot. & Tol. ſupra, tenere etiam debent quicunque aſſerunt Clericum in minoribus conſtitutum ſine vlla diſpenſatione prælian-
16 tem † peccare pluſquam venialiter, quia qua ratione Clerico prohibitum eſt occidere aliquem iuſtè, eadem ratione prohibitum eſt in bello etiam iuſto prçliari, vbi occiſio multorum ſequi ſolet, vt docet Nauarr. ſupra numero decimoquinto, & deducitur ex ijs quæ habet Bannes. 22. quæſt. 40. artic. ſecundo, ſed Clerici in bello iuſto prçliantes ſine diſpenſatione non peccant pluſquam venialiter, bannitus autem iuſtè occiditur, cum ſententia mortis contra eum lata ſit ab auctoritate publica, & quicumque ſententiæ latæ exequutor inſtitutus ſecundum doctrinã doctorum, quos primo loco adduxi, & eſt hoſtis, & inimicus, vt in prima propoſitione aſſerui cum Marſil. Math. ab Afflict. & lege citata ſicut hoſtes, & inimici ſunt contra quos in bello iuſto prçliamur, quod autem Clerici in minoribus conſtituti non peccent pluſquam venialiter ſine diſpenſatione in bello iuſto prælìantes eſt communis ſen-
17 tentia, vt habet Lud. † Molina. tract. ſecundo de iuſt & iur. diſput. 108. primo Tomo. verſic. ſecundum dubium eſt cuius modi peccatum admittant Clerici; Bannes ſu-
18 pra, confirmatur ex ijs quæ habet † Nauarr. conſil. lib. 5. conſil. 17. ad primam quæſtionem docens Clericum in ſacris conſtitutum, qui cum alijs bannitum occidit iniuſtè inuaſiſſe præſuppoſito, quòd abſque auctoritate publica ipſe, & alij occiderint tamquam priuati, non facti executores iuſtitiæ particulariter, vel generaliter, ergo ſi occidiſſent auctoritate publica facti exequutores iuſtitiæ, vel particulariter, vel generaliter non iniuſtè inuaſiſſent, ſed occidens bannitum poſtquam eſt ſtatutum de eo occidendo occidit factus executor iuſtitiæ, ergo non inuadit iniuſtè, etiam ſi ſit Clericus, & ex conſequenti non videtur peccare, & ſi peccat non pluſquam venialiter, quare
19 Marſil. † ſupra numero quartodecimo ſimpliciter docuit Clericum ſine peccato bannitum occidere poſſe.

Ex dictis colligo duo; alterum eſt occi-
20 dentem bannitum † non peccare peccato homicidij, etiam ſi ſit Clericus, neque vt homicidam puniendum, quia probatum eſt ſupra, occidentem iuſtè aliquem, qualis eſt bannitus, non peccare contra ius naturale, neque diuinum: at homicidium, quod in quinto prçcepto continetur prohibitum eſt iure naturali, & in lege veteri, Euangelicaque; ergo ſi occidendo bannitum non peccatur contra ius naturale, ita neque contra diuinum peccatur peccato homicidij: & ſicut qui occidit bannitum non peccauit peccato homicidij etiam ſi ſit Clericus, ita non aſtrin-
21 gitur pœnis latis † contra peccatum homicidij committentes, neque obligabitur ad reſtitutionem ad quam obligantur qui homicidę ſunt.

Alterum eſt, dato, quòd Clericus bannitum occidens peccet contra Conſtit. Pontificias, & Sacros Canones id Clerico vetantes, & ſi ſit in maioribus conſtitutus, mortaliter hoc tamen peccatum, ſicut non eſt homicidij, vt conſtat clarè ex dictis, ita id di-
22 cendum non erit de † minoribus ordinibus initiato, qui aut non peccat, aut ſi peccat, venialiter tantum peccat; vt ſupra probatum eſt; ſtatus enim ille imperfectus eſt, & longe à Sanctiſſimæ Euchariſtiæ adminiſtratione remotus, & ita ſicut poſſunt prçliari, vxores ducere, & alia huiuſmodi facere ſine peccato, ſaltem mortali, ita bannitum occidere.

Bartholomæus Gallarinus Sacræ Theologiæ Doctor.

PRior ſententia, quam ego amplexus ſum in prioribus allegationibus meis, hæret, fixaque animo manet, vt ſcilicet Clericus interficiens bannitum impunè interficiat ex adductis per ſupraſcriptum eximium Sacræ Theologiæ Doctorem, & Magiſtrum, ac humaniſſimum patrem meum Spiritualem, vt volens, libenſque hic me ſubſcripſerim. Illud vnum ſolùm ſubijcio, quòd occidere bannitum eſt actus, qui debet ſubijci regu-
23 lis loquentibus de actibus † voluntariæ iuriſdictionis, in quibus procedit illa concluſio, quòd vnus poſſit, & debeat conſiderari pro pluribus, prout iura vnius, vel plurium in eum concurrunt: de iure ciuili
24 † eſt text. in l. ſi conſul, ibi apud temetipſum. ff. de adopt. vbi glo. in ver. filius familias, adducit iura concordantia: de iure Canonico

nonico eſt text. in cap. ex litteris, ibi vtraque
perſona vices duarum habet, ext. de probat.
accedit text. in c. in cauſis de elect. & in cap.
relatio 21. q. ſecundo, & quòd propterea
conſideratio Marſil. in allegato conſil. vnde-
25 cimò circa † impunitatem clerici occiden-
tis bannitum exempta ab omni penitus diffi-
cultate manet, præcipuè in hoc caſu, in quo
agitur de clerico, qui vlteriores gradus
ſcandere noluit, ſed ſimpliciter reperitur
in primis conſtitutus, & in caſu in quo
quæſtio non eſt reſpectu irregularitatis,
ſed ſolum circa impunitatem, vt ſcilicet
Clericus occidens bannitum non ſit dete-
rioris conditionis laico, qui impunè occi-
dit, vt ſupra, & ita ex prælatis ſentio, ſal-
uo, &c.

Io. Baptiſta Cauat. I.C. Bononienſis,

SVMMARIA.

1 *Homicida eſt occidendus.*
2 *Qualitas iuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.*
3 *Non videtur inquiri poſſe de homicidio à Bononienſe commiſſo in Bononienſem extra territorium.*
4 *Argumentum à combinatione duarum legum procedit.*
5 *Sententia à lege, tantum operatur, quantum lata ab homine.*
6 *Verba ipſo facto habent vim latæ ſententiæ, & num. 9.*
7 *Banniendus de proximo habetur pro bannito.*
8 *Appellatio non datur à grauamine ſtatuti.*
10 *Notorium, & ſententia equiparantur.*
11 *Bannitum poteſt vnuſquiſque perſequi, & capere.*
12 *Quilibet de populo delinquentem capere poteſt, & intra viginti horas iudici præſentare, & quid in delictis priuatis. num. 13.*
14 *Delinquens ſi non permittat ſe capi, poteſt interfici.*
15 *Percuti prius quis non debet expectare, ſed prius poteſt percutere.*
16 *Occidere licet præparantem ſe ad offenſam.*
17 *Animus delinquendi quando deficit, non eſt locus pœnæ ordinariæ.*
18 *Pœnam non meretur, quod fit lege permittente.*
19 *Columnis colapſis ruunt tecta.*
20 *Ius vindictæ ſpectat ad coniunctos.*
21 *Exceptio declarat regulam.*

Eiuſdem Cauatij. CONSIL. V.

Adſit Dominus ſpes mea.

QVOD † fecit expe-
ctet homic. l. 3. C. de
Epiſc. audien. Ioan-
nes, & Benedictus in-
terfecerunt, igitur vi-
dētur interficiēdi: ne
que vidētur iuuari ex
delicto, & homicidio
commiſſo per Ioanninum interfectum, quia
non videtur ſibi ſuffragari ſtatutum ſub Rub.
de gener. pœn. banni. in §. ſi non bannitus;
2 Nàm † qualitas illa, bannitus, vel in forma
banni deſcriptus intelligi debet ſecundum
tempus verbi, cui adijcitur l. in delictis. §. ſi
extraneus. ff. de Noxal. & qualitas huiuſmodi
nō verificatur in perſonam Ioannini interfe-
cti, ergo non videtur intrare ſtatutum, neq;
aliæ ll. permittentes offenſiones banniti; ma-
ximeque minus vrgere videntur prædicta;
Quia proceſſus formatus contra Ioanninum
interfectum, videtur nullus ex præciſa de-
ciſ. vndecimo in conſ. 174. in 1. dub. vol. ter-
tio adducto per Illuſt. & Excell. D. M. vbi in
3 term. ſtat. Bonon. loquens concludit † in-
quiri non poſſe de homic. à Bonon. in Bonon.
commiſſo extra Territ. & iuriſd. ipſius Ciui-
tatis; cuius dicta tanto magis videntur pro-
cedere, vbi pro ſe videtur habere caſum legis
municipalis, vbi enim eſt caſus l. non eſt du-
bitan. l. ancillę. C. de furt. l. illam. C. de col-
lat. quòd procedit etiam vbi eſt caſus ſtatuti.
Cor. in conſ. 109. in fin. lib. 1. & ſtat. Bonon.
Grat. in conſ. 44. nu. 5. lib. 1. Quibus non ob-
ſtan. prout verè non obſtant, puto Ioannem,
& Bened. carceratos à pœna homicidij ab-
ſoluendos eſſe.
4 Primò † arguendo à combinatione dua-
rum legum, prout licet de iure l. Gall. §. ille
caſus. ff. de lib. & poſth. cum latiſſ. congeſtis
per Euer. in loco ſuo moueor principaliter
ex ſtat. ſub Rub. 8. quando executione alicu-
ius crim. ſemel facta, &c. in §. fin. iuncta l. cū
quaſi. §. ſi plures. ff. de fideic. liber. in quātum
5 ibi dicitur, † quòd tantum operatur ſenten
tia facta à l. quantum ſententia lata ab homi-
ne, diſponitur igitur in ipſo ſtat. quod ille,
qui delictum aliquòd commiſerit in perſonā
alicuius ciuis incolæ, vel diſtrictualis Bonon.
incidat in pœnam, in quam incideret, ſi deli-
ctum commiſiſſet in Ciuitate comitatu, &
6 diſtrictu † prædicto ipſo facto, &c. quæ
verba ſunt latæ ſententiæ. Ideòque ſicut la-
7 ta ſententia ab homine † de proximo ban-
niendus habetur pro bannito, vt liberetur

ille

ille qui eum offendit, idem dicamus vbi ha-
bemus ſententiam l. contra Ioanninum inter-
fectum, qui commiſerat homicidium, de quo
in proceſſu, & venit in Territorium bono-
rum, vt in eod. Quòd autem de proximo ban-
niendus habeatur pro bannito, vt liberetur
ille, qui eum offendit, determinat poſt Paul.
de Caſtr. in l. 3. in §. ſi ſeruus . . . . ff. de ac-
qui. poſſ. Ioan. de Arnon. in ſingulari 80. vni
tradit no in actu practico. Marſil. in ſingula-
ri 106. vbi refert dudum præceptorem ſuum
latius diſſeruiſſe de hoc Iaſ. in auth. ſi qua
mulier. numero 23. C. de ſacr. ſanc. Eccl. &
in l. admonen. in prima lectura. numero 58.
ff. de iur. iuran. & in l. diuortio. in §. inter-
dum. numero 15. cum ſeq. ff. ſolut. matr. & in
conſ. 133. nume. 15. vol. 1. & regiſtratur hæc
opinio pro vera lib. 2. regularum iuris ciui-
lis, & Pontificij ſub littera B. in verbo ban-
nitus ex forma ſtatuti, &c. ampliatione 9. pa-
gina 104. col. 2. & certè iſta concluſio com-
muniter ab omnibus recipitur, ſi ſumatur
in terminis, in quibus adducitur in præſenti
conſultatione, Nàm ipſa impugnatur tantum
vnica ratione per Alex. in d. l. tertia, in d. §.
ſi ſeruus; quem aliqui reprobant, & aliqui
ſequuntur, & plures, quæ ceſſat in caſu no-
ſtro; Nàm non ſolum videtur fuiſse demen-
te eorum, quos pro hac ſententia adduxi; ſed
& cœterorum, vt de proximo banniendus
habeatur pro bannito ad finem, ne offendens
puniri poſſit, quando non eſt ſpes ad appel-
landum, vt in caſu noſtro, vt infra; quia nihil
aliud in contrarium adducit Alexan. exce-
pta ratione deſumpta ex termino ſtatuto ad
appellandum, vt eſt videre ibi, & quòd ita
ſit, & communiter non dedignetur perpen-
dere rationem Alexan. Excellentiſs. D. M.
iam autem expediti iuris eſt in caſu noſtro
8 ceſſare appellationem, † quia non appella-
tur à grauamine ſtatuti Bart. in l. ſi ſecundũ
legem. C. de iur Reipub lib. vndecimo, &
in l. omnes populi, in quinto queſt. principa-
li. ff. de iuſt. & iur. ergo concludamus (repeto)
quòd neceſſe eſt etiam ex ijs, quæ in con-
trarium adduci poſſent, dicere licuiſſe Io-
anni, & Benedicto interficere Ioanninum
de proximo banniend. per prædicta; Et
conſequentia mea non reputetur dura,
nec per ſubtilitates extorta; quia eam hic
repoſui ſecutus (altius tamen repetendo
articulum, & coadiuuando Clientulos meos)
Alber. à Roſ. in tract. de ſtat. quæſt. 94. vbi
non lege à terminis noſtris ſimilem illatio-
nem facit, & atteſtatur ibi ſe in praxi obti-
nuiſſe per dict. textum. in l. cum quaſi. §. ſi
plures; Cuius dicta adiuuari poſſunt; Quia
illa verba ipſo facto de quibus in caſu ſuo,
9 & in caſu meo † important Canonem latæ
ſententiæ; quia ex his demonſtratur, quod
non requiritur ſententia, quo caſu dicitur
latę ſententiæ Canon, vt habetur in capit.
cum eſſes, de ſtat. & in capit. relatum, de
iure patron. cum ſimil. Confirmantur præ-
dicta, quia notorium erat Ioanninum ho-
micidam eſſe conſtat in proceſſu, & de hoc
10 mihi promiſſum fuit, non ambigi; † ſed no-
torium, & ſententia æquiparantur. l. em-
ptorem. ff. de action. empt. ergo potuit im-
pune offendi æque, ac ſi lata fuiſſet ſenten-
tia; Sed quid hæc vbi nos habemus proceſ-
ſum formatum vſque ad ſeruationem ter-
mini incluſiuè? certè magnæ conſideratio-
nis eſt hoc; quia tunc dicitur lata ſenten-
tia verè, quod patet ex ſtylo Rom. Cur. in
qua Notarij Tergori ſententię latæ ſecun-
dum ſtylum, prædictam diem, non qua tra-
dita; ſed qua prolata fuit, adaptare conſue-
uerunt; vt eleganter docet Veſtr. lib. ſeptimo,
ſuæ prax. ſub titu. de calculo feren. ſenten-
tiæ numer. 13. fol. 183. in ſecunda facie; Ne-
que refragatur Bero. ex infra dicen. quę hic
non repono, quia intendo prius proſequi
fundamenta mea.
11 Secundò principaliter moueor, † quia
vnicuique licet proſequi bannitum, & ne-
dum bannitum; ſed homicidam illum cape-
re, & carceratum facere, quinimò tenemur
campanas pulſare, & alia facere, de quibus
ſanctiſſimę prouiſ. Pontificum, & maximè
Pij V. felicis, & recolendæ memoriæ, vt ex
eorum lectura nimis clarè conſtat, ex quo
præſuppoſito habili. l. qui teſt. ff. de teſtam.
ſuppono licuiſſe Benedicto, & Ioanni cape-
re Ioanninum prædictum, quod etiam de iu-
re communi firmum eſſe patet; Quia ipſe
Ioanninus iam per ſtatutum ſupra allegatum
prohibebatur venire ſuper Territorio Bo-
noniæ, & per conſequens repertus in eo à
Ioanne, & Benedicto, dicitur in fragranti
12 delicto repertus, quo † caſu quilibet e-
tiam priuatus de populo delinquentem ca-
pere poteſt, & iudici infra viginti horas prę-
ſentare l. capit. quinto, vbi gloſ. Bart. & Do-
ctor. ff. de adulter. cum multis adductis per
Ioann. Roy. in tractatu de Hæreticis parte
ſecunda, aſſertione prima. numero ſexto,
vbi numerò ſeptimo, dicit id verum eſſe, e-
13 tiam ex interuallo † non ſolum in deli-
14 ctis publicis, ſed etiam priuatis; † quan-
do autem quis non permittit ſe capi ab eis,
qui iuſtè capere poſſunt, vt in caſu iſto, ſi
propter hoc contingat ipſum interfici ho-
micidium remanet impunitum, vt do-
cuit Iacob. Butrig. in l. 1. C. de his qui la
tro. quem refert, & ſequitur Paul. de Caſt.

reuidendus in conſ 255 num.3.vol.1.vbi per totum conſilium ad propoſitum noſtrum loquitur, ſequitur prædictos Franc.Caſſon.in tract.ſuo quæſt. crimin.cap.vlt.num.13. ſed iam conſtat Curiæ, quòd ipſe Ioanninus nolebat permittere ſe capi; ſed ſe defendebat, & volebat offendere, quinimò offendit; vt in eod. proceſſu conſtat, igitur licuit ipſis Ioanni, & Benedicto illum occidere per prædicta; Quinimò quæcumq; geſta per principales meos, & ſignanter per Ioannem, & Benedictum oſtendunt eos non habuiſſe animum occidendi, ſed capiendi tantum. Quo fit, vt quicquid ab eis actum fuit exiſtimemus proceſſiſſe pro ſuę vitæ defenſione, quod quantum liceat nimis notiſs.
15 extat cognitio Excell.D.M. † Non enim debuiſſent expectare prius percuti à Ioanno, quàm ipſum percuterent. Bart. in l. ſi
16 ex plagis. §. Tabernarius. ff. ad l. Acqui. † nam licet præparantem ſe ad inſultum, & offenſam occidere Deci.in conſ.678.Clar.in §. homicidium. verſ. ſed quomodo &c. & bene Bertaz. Ferrarienſis in conſil. 223. in primo vol.crimin. vbi non longe a terminis noſtris loquitur de animo autem ipſorum carceratorum patet, quia cum haberent archibuſium, ſeu archibuſia, quibus à longe poterant interficere Ioanninum cum maximo periculo vitæ ipſum agreſſi fuere pugione, & eum percuſſerunt l.1.§ ſed ſi cum claua. ff. de ſicarijs, Caſtrenſ. egregie in d. conſ.255.addo Corn.in conſil.57.numero 8. volum.4 licet autem remanſerit occiſus, quatenus præmiſſa non ſuffragarentur, quæ ta-
17 men iuuant, † non eſſet locus pœnæ ordinariæ, & pœnæ mortis; ſed exilio; vel leuiori pœnæ; quia deficit animus. Clar. in §. homicidium in verſ. culpa, &c. cum ſequen. Quæ maximè procedunt vbi Ioanninus eſt mortuus ex archibuſiata exonerata à Nicolao iam mortuo, non autem ex percuſſionibus Ioannis, & Benedicti, vt in proceſſu.

Non obſtant ea, quæ in contrarium adducta fuere, & primò non obſtat, quòd ho-
18 micida expectet, quod facit, † quia quod lege permittente fit, pœnam non meretur l.Gracccus, de Adulterijs, Non obſtat ſecundò quòd non intret qualitas ſtatuti; quia iam ſtatutum locum habere oſtenſum eſt, quinimo, & conſtitutiones Pontificum, ac iuris communis diſpoſitionis intrare ſatis perſpicuè demonſtratum eſt, Neq; obſtat conſil. Ber. primo, quia poteſt reſponderi,
19 † quòd collapſis ruunt tecta columnis. c. qualiter, & quando, numero 2. de accuſat, & quòd nos ſumus in diuerſis terminis, quia in proceſſu habetur inſtantia vxor. &
20 filię, † ad quam ſpectat ius vendictæ, vt Iuſtitia miniſt. vt in eorum depoſitionibus in fin. Vnde etiam ſi vera eſſet deciſ. Ber. ex ea inferri non poteſt ad propoſitam quæſt. l. Papinianus exuli. ff. de Minor. Secundò reſpondetur, quòd tantum abeſt, vt Bero. habeat deciſ.l.Municipalis pro ſe vt potius contrarium expreſsè decidatur per ſtatutum bonon. vt in § & in quolibet alio caſu, ſub Rub. 11. de caſibus in quibus D. Poteſtas tenetur inquirere, Verba ſunt, & in quolibet alio caſu, in quo pœna perſonalis imponi deberet ex forma noſtrorum ſtatut. quia cõſtat, quòd homicida punitur pœna perſonali, imò capitis, & bonorum confiſcationis ſub Rub. de pœna homicidæ in princip. fol.106. & iſtam partem in terminis præciſis reperio tenuiſſe modernum gloſſatorem ſub rub. 3. infraque tempora &c. in §. declarantes.fol.15. ibi in aliquem ciuem &c. vbi dicit, quòd licet ibi dicatur de accuſat. idem tamen eſt in inquiſitione, cuius dictum non potui perpendere ob temporis breuitatem, ſed tex. in §. ſequẽs videtur ſatis declarare pręcedentem, vbi excipiendo loquitur, & nihilominus mentio-
21 nem facit de inquiſitione; † quia exceptio declarat regulam, vt de reg. iur. in princip. per omnes, & debet ita interpretari, vt ſit de reg. l. nam quod liquide. § fin. ff. de pœn. leg. & per prædicta ceſſant rationes. Ber. quia ſatis expreſſum dicitur, quòd ex verbis comprehenditur, & eius opinio non eſt ita fundata ratione; vt ſi tempus detur, non audiã aſſerere me rationes deducturum falcem ad radices ponentes.

Et ex his cum laude Dei omnipotentis iuxtà breue ſpatium vnius diei quem licuit pro tanto negotio aſſumere, hæc pauca reſpectu multorum quæ deduci poſſent, deduxiſſe ſufficiat, per quæ exiſtimo iuris eſſe, vt puniri non poſſint Ioannes, & Benedictus prædicti, iuxtà ſuperius deducta. Reliqua ſuppleat integritas Excell. D. M. cuius conſcientiæ, & ſcientiæ hæc & maiora libentiſſimè ſubijcio.

SVMMARIA.

1 *Statuti Bon. de modo procedendi contra contumaces intellectus, & num.4.*
2 *Exemplatio banni eſt de forma.*
3 *Bannitus qui propriè dicatur.*
4 *Caſus legis, & municipalis tollit omnem dubitationem.*
5 *Tex. in l.1 ff. de requ. re. perpenditur.*

AR-

ARGVMENTVM.

BVlla contra bannitos in contumaciam, & captos examinatur.

CONSIL. VI.

Adſit Dominus ſpes mea.

IN Cauſa Guidonis de Paiolis Romano more procedẽdo, iuxta mihi impoſita, breuiter dico ꝙ Bulla S. D. N. qua cauetur, ꝙ banniti in cõtumaciã, & capti nõ admittantur ad defenſiones locum non habet in caſu noſtro, in quo bannum non fuit exemplatum in libris bãnitorum iuxta diſpoſitio-
1 nem † ſtat. ſub Rub. de mo. & for. proc con. accuſ. contum. in §. & debeant dd. banna &c. cum §. ſeq. & ideo eſt nullũ, ita firmarunt Bal. Salyc. & alij in l. ambiguitates, C. de teſt. Hoc idemq; magis confirmatur per tex in §. fi. ſub ead. Rub. vbi apparet exemplationẽ huiuſmo-
2 di † eſſe de forma cum igitur per prædicta appareat, quod bannum huiuſmodi fuit, & eſt nullum, & ideo ꝙ iſte non poteſt dici bannitus, quia bannitus ille dicitur qui ritè, & rectè bannitus eſt, text. eſt in l. 4. in §. condemnatum, & ibi not. DD. ff. de re iud. cum
3 alijs † de quibus per Grammat. deciſ. 29. M. D. Gueter. nu. 1. ſequitur quòd verba conſtitutionis, & Bullæ Guidoni non cõueniant, & propterea nec diſpoſitio. l. 4. §. toties. ff. de dam. inf. cum vulg.

Et in ſpecie noſtra non videtur hæſitandum cum habeamus. l. municipalem caſum decidentem, vt patet non ſolum ex his quæ ſupra dixi, ſed etiam clarius ex §. & liceat cuilibet accuſato, &c. ſub eadem Rubr. quo loci
4 ſatis clarè † diſpoſitum, vt, ꝙ quilibet accuſatus, vel inquiſitus audiatur ante exemplationem banni quandocumque. vbi n. eſt caſus l. &c. Gloſ. in l. ancillæ in verbo quæſtio. C. de fur. Cor. in conſ. 199. viſu iniuncto themate. in fi. vbi loquitur vbi eſt caſus ſtatuti, vt in caſu de quo agitur lib. 1.

Ne tamen ipſe Guido impunis euadat à pœna contumaciæ ſuæ, quæ aliqualiter videtur punibilis, ſupplicatur humiliter Illuſtriſs. & Reuendiſs. D. Meo, quatenus ipſum in ære punitum iuxta ſuas debiliſſimas vires gratioſè dimittat, quod non longè erit ab his
5 quæ habentur † in l. 1. ff. de requir. re. & ex his, &c. ſaluo, &c.

Io. Bapt. Cauat. I. V. D. Bon.

SVMMARIA.

1 *Stupri pœnæ abolitæ ſunt.*
2 *Stupri accuſatio præſcribitur quinquennio.*
3 *Stupri pœna de iure ciuili quæ.*
4 *Nati ex illicito non punibili coitu ſuccedunt matri. fallit. nu. 13. & 15.*
5 *Mater certa.*
6 *Cognationis ius non ceſſat inter matrem, & filium natum ex illicito amplexu.*
7 *Nobilis mulier nubens ignobili denigrat ſuam nobilitatem.*
8 *Mulier quaſi famula viri.*
9 *Vxor coruſcat radijs nobilitatis mariti.*
10 *Vxor ſecundo nubens non dicitur viuere primo marito.*
11 *Vidua inhoneſtè viuens amittit omnia priuilegia conceſſa viduis, quod declaratur. nu. ſeq.*
14 *Effectus ſtatus Illuſtris qui.*
16 *Materia graduum, & dignitatum vti.*
17 *Baro quis dici poſſit.*
18 *Comites de Pepulis inter quos nobiles numerantur à Spec.*
19 *Plus non poteſt eſſe in ſecunda cauſa, quam in prima.*
20 *Diſpoſitio legis non conuenit, quando non conueniunt verba.*
21 *Intellectus l. ſi qua Illuſt. ad Orfic. nu. 23. & nume. 26.*
22 *Filij nati ex illicito coitu de iure antiquo indiſtinctè matri ſuccedebant.*
24 *Extenſio non eſt licita in correctorijs.*
25 *Pœna vnius legis an tollat pœnam impoſitam per alıam legem præcedentem.*
26 *Vidua dicitur in matrimonio viri defuncti, limitatur. nu. ſeq. & cõprobatur limitatio. nu. 29.*
28 *Fictio minoris eſt potentiæ, quàm veritas.*
30 *Fictio non trahitur ad impoſſibile.*
31 *Vidua inhoneſtè viuens non dicitur nec etiam ficto in matrimonio defuncti mariti.*
Iniuria infertur defuncto marito per ſtuprum; ſicut viuenti per adulterium, ibidem.
32 *Vidua inhoneſtè viuens amittit omnia priuilegia viduitatis.*
33 *Quod fauore inductum eſt, non debet retorqueri in odium, & 35.*
34 *Priuatio ſupponit habitum.*

ARGVMENTVM.

FIlij nati ex illicito amplexu, an, & quando ſuccedant matri Illuſtri.

Adſit Dominus ſpes mea.

EX generali conſuetudine. ex qua pœnæ ſtupri in vidua ſunt abolitæ, Boſ. de
1 coitu damnato, † & punibil. nume. 63. &

poſt Ant. Gem. in l. 80. Tau. numero 14. Iul.
clar. in lib. 5. ſentent. in §. Stuprum, ſub nu.
4. verſ. cæterum pro quibus multa ex Deciſ.
Oſaſc. 77. deduci poſſent, & ex illa quòd cri-
2 men ſtupri, & accuſatio præſcribitur † quin-
quennio. l. mariti. §. præterea, & ſeq. l. quin-
quennium. ff. de adult. Afflict. in titu. quæ
ſint regal. in verbo condemnatorum. col. ſe-
cunda, vbi loquitur de pœna quoad ſucceſſio-
nem, in præſentis facti ſpecie, non obſtante
3 quod pro ſtupro à iure ciuili ſit † impoſita
pœna. §. item lex Iulia inſt. de pub. iud. ſuc-
cedit regula quæ habet, quòd nati ex illicito,
non tamen punibili coitu ſecundum leges ci-
4 uiles, ſuccedunt † matri l. modeſtinus. l. hac
parte. l. ſi ſpurius. ff. vnde cognat. §. no-
uiſſimè inſt. ad Orfician. l. ſi, qua illuſt. C. cũ
Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. verſ. ſed
nunquid ſpurij Ant. de Butr. in cap. tanta, ex.
qui ſint leg. Card. Florent. in cap. cum habe-
ret de eo, qui dux. in matr. quam pol. per a-
dul. Mathæſil. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in
ſecundo memb. primi art. num. ſecundo, Bart.
de Salic. in auth. ex complexu C. de inceſt.
nupt. Bart. Soc. in conſ. 318. incipien. memi-
ni. col. 4. in fin.

Nã remanent firmę rationes, propter quas
tales filij admittuntur, quia negari non po-
5 teſt, quòd mater certa ſit. l. ſemper † de in
ius voc. & non poteſt dici quòd ceſſet ius
illud cognationis, ſecundum quòd hæredi-
6 tas defertur filio, † vt notat Por. in § 1.
nu. 1. inſt. ad Orficiani.

Secundum hanc regulam negari non po-
teſt quin relicta per I. de G. B. filiæ ſuæ, non
obſtante quòd dicta B. nata ſit poſt mor-
tem dicti mariti, ex illicito coitu, de-
beantur.

Solùm remanet vna difficultas, quia di-
cta I. fuit nupta L. V. viro nobili, & qui
cùm diceretur vir. illuſt. videtur quoque ef-
feciſſe eius nobilitatis radijs illuſt. dictam I.
eius vxorem, quoniam ſicut mulier nobilis
7 nubendo ignobili ſuam denigrat † nobili-
tatem, & illam perdit. l. mulieres. C. de di-
gnit. lib. 12. quia ſe facit famulam dicti viri
8 quodam † reſpectu 33. quæſt. 5. cap. hæc
imago, & c. mulierem; ita etiam mulier quam-
uis ignobilis viro nobili nubens nobilitatem
9 † acquirit Bar. & Bald. in l. fin. de verb. ſi-
gnif. l. fœminæ. ff. de Senat. vt latius tradit
Bald. Nouel. in Tract. de dot. in x. part. prin-
cip. verſ. præterea vir nihil nobilitatis &c.
num. 9. & 10.

Et prædicta non attenta conditione pri-
mi mariti, cuius nomine per tranſitum ad
10 ſecunda videre † ceſſauit, iux. ea quæ poſt
Bar. Bald. Felyn. Corn. Curt. Alex. Fulgoſ. Sa-

lic. Io. de Plat. & alios, tradit Garon. in tract.
de ſecũd. nupt. tit. de pœnis 2. nub. verſ. quar-
ta pœna, numero quarto in fin. d. numero &
eſt tex. in d. l. mulieres.

Rurſus non obſtante inhoneſtate ſuper-
uenientis vitæ, quia licet vidua inhoneſtè
viuens perdat omnia priuilegia, quæ à iure
11 conceſſa ſunt † viduis Felyn. in capit. ſigni-
ficantibus, nume. nono, de offi. deleg. Claud.
Seyſel. & poſt illum Cagnol. in l. cum quæ-
dam. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. & Iul.
Clar. in dicto §. ſtuprum, ver. pariter etiam
nume. 7. id tamen videtur verum quò ad ho-
12 nores, & commoda, non † quo ad præiudi-
cia, & incommoda, ſecundum ea quæ tradit
Bal. in l. 1. C. de liber. lib. libro 11. & in l. 1. C.
de dignit. lib. 12. & Rom. in conſ. 73. num. 4.
vbi alia ad propoſitum ponit.

Nam ob id videtur, quòd dicta Bl. non
poſſit aliquid capere de bonis dictæ ma-
tris; quia regula ſuperius citata fallit in
matre illuſtri habente filias legitimas, vt
13 habebat † ſupra dicta I. vt patet, quia le-
gata petuntur à filia eius legitima, & hære-
de, caſus eſt in d. l. ſi qua illuſtris, per quam
ita tenet gloſ. ab omnibus approbata ſecun-
dum Lud. Sard. in tract. de natur. lib. ac ſuc-
ceſſ. eo in 3. par. in §. de ſucceſſione ſuperio-
rum ſub verſ. 3. quæritur, nume. 5. vbi allegat
glo. quam dicit ſing. in l. quiſquis, in verb.
nuſorant. C. ad l. Iul. Maieſt. Math. in d. tract.
de ſucceſſ. ab inteſt. in ſecundo memb. pri-
mi art. num. 2. & not. Doct. omnes in d. §. no-
uiſſime, vbi præſertim Ang. ſub num. 5. Ia-
cob. de Negian. in repet. l. primæ ſub numero
14. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdi. vbi
inter alios effectus illuſtris dignitatis, quos
14 † enunciat, ponit hunc effectum, allegan.
text. in dic. l. ſi qua illuſtris, qui verificatur
(quicquid alij dixerint) etiam ſi vnus tan-
tum filius legitimus extet, vt mihi proba-
15 tur † per illum text. in primis verbis ibi fi-
lius, & tenet Ang. in d. § nouiſſime, nu. 5.

His tamen non obſtantibus re maturius
conſiderata, contrarium de iure verius eſſe
arbitror, quia nos non verſamur in terminis
dictę l. ſi qua illuſtris, ad quod oſtendendum
moueor potiſſimum ex infraſcriptis.

Primò enim conſidero, quod perſonã ſu-
pradicti L. non poteſt dici illuſtris, ita &
taliter, vt verba dictæ l. ſi qua illuſtris, veri-
ficarentur etiam ſi ab eius perſona argui
poſſet ad perſonam eius vxoris. Hoc fun-
damentum patet, ſi breuiter repetantur ea,
quæ circa gradus, dignitates, & circa has
16 prærogatiuas tradidere † Doctores in l. 1.
ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdic. Nam
bene inuenio in gradu iſto illuſtrium, Præfe-
ctum

ctum prætorij, Præfectum Vrbis, Quæſtorem, Conſulem, Senatorem, Principis conſiliarium, Cardinalem, ſed non inueni, nec in iure reperiri ſcriptum affirmare audeo, quòd poſſit dici Illuſtris ſecundus vir, quamuis de Nobili familia N. & ex condominis
17 N. & dici poſſet † Baro. iux. quod ſcribit Boſſ. in tit. de princip. in princip. quòd nec credo ex deciſ. Gramm. 34. num. 5. & 6. quia nequiui inuenire, quòd Baro. dicatur, Ill. & ita credo niſi oſtendatur contrarium à parte aduerſa, quæ onus probandi hanc qualitatem habet, quæ eſt fundamentum ſuæ intentionis.

Scio quòd nobiliſſimi ciues Bonon. Comites de Pepolis non minorem habuerunt, & habent dignitatem, quàm habuerit dictus L. V. & tamen ſolum inter ſpectabiles enu-
18 merantur, vt poſt Specul. & † Iacob. Rebuff. in d. l. 1. ſub nu. 18. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. tradit Iacob. de Nigr. vbi alia poſuit, & in effectu retentis terminis antiquæ vocationis, non arbitror dubitari poſſe quòd vir ille, quamuis nobilis, tamen dici non deberet Illuſtris, id quod etiam, & ex qualitate iuriſdictionis, & ex modo illam exercendi ſatis ſuperque reſultat.

Ex hoc ſequitur, quòd non poſſit prætendi modo aliquo L. Illuſt. fuiſſe, quia plus ef-
19 ſe non poteſt in ſecunda cauſa, quàm in † prima l. Polla. C. de his quibus, vt indign. & conſequenter quòd diſpoſitio dictæ legis locum non habeat, quia non verificentur ver-
20 ba, iuxta ea quæ habentur † per Iacob. Butrig. in l. mancipia. C. de ſer. fugit. quem ſequitur Bar. Salyc. & Dec. in l. 1. num. 15. C. de edend. vbi ex deficiente qualitate à lege requiſita inferunt ad excluſionem diſpoſitionis, vt ibi per eos; & hoc non habet principium difficultatis ſecundum terminos dictæ legis; ſi qua Illuſtris; quia qualitas illa ſtatus Illuſtris, illa eſt quę totum operatur; vt patet, quia ſubnectitur tamquam ef-
21 fectus ad cauſam ſuam † diſpoſitio dict. legis ſi qua Illuſtris ad ſtatutum Illuſtris dignitate, vt per Iacob. de Nigr. in d. l. 1. dicto num. 14.

Secundò principaliter dico, quòd de iure antiquo, & digeſtorum filij ex quocunque coitu nati, etiam damnato, & accuſabi-
22 li ſuccedebant † matri, ea ratione, quia illa certa eſſet; & ab ea extraherentur iura cognationis, vt ſupra dicta l. ſpurius, & l. hac parte, & ita quòd diſpoſitio dictæ l. ſi qua Illuſtris, eſt correctoria iuris antiqui,
23 atque ideò ſtrictiſſimè eſt † interpretanda, vt minus quàm fieri poteſt lædat ius antiquum, l. præcipimus de appellat. l. quod ve-
ior

ro. ff. de leg. c. ea quæ de reg. iur. in 6. ita in terminis tradit Bal. Nouel. relatus per Soc. in conſilio 148. in ver. nam præmitto. colum. ſeptima, cui addo Fab. in §. nouiſſimè. num. 2. inſt. t. eo. & eſt reg. generalis, quòd extenſio non eſt licita in correctorijs, etiam ex iden-
24 titate † rationis, vt tradit Felyn. in cap. inter cæteras de reſcrip. vbi per iſtam rationē concludit, quòd vbi iura imponunt nouas pœnas alicui delicto, non cenſentur ſe inuicem corrigere, ſed potius dare electionem
25 † iud. & pro hoc faciunt alia quę cumulauit Alciat. in tract. de præſump. reg. ſecunda præſumpt. 28. nume. 8. cum ſequent. & ex hoc dicto veriſſimo infero, quòd diſpoſitio dict. l. non procedit in caſu iſto, in quo qualitas illa ſtatus Illuſtris deducitur à perſona viri, ad perſonam vxoris per viam fictionis,
26 † ſecundum quam vidua dicitur eſſe in matrimonio viri ſui. l. ſororem. ff. de his quibus vt indig. quia in his non fit extenſio de caſu
27 vero ad caſum fictum, vt tradit † de vidua loquens Alex. in d. l. ſororem, & facit tex. in cap. odia de reg. iur. in 6. & Alciat. in d. libr. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 9. ſub num. 3. Ra-
29 tio eſt, quia minor eſt † fictio, quàm veritas gl. in l. 3. in §. hæc verba, vbi multa ad propoſitum ff. de neg. geſt.

Nam ſi hoc eſſet per veritatem, & non per modum fictionis; nunquam iſta qualitas
29 remoueri poſſet à perſona ipſius † viduæ, quia iam eſſet effecta naturalis, & remoueri non poſſet à ſuo ſubiecto l. 11. & 12. ff. de vſufruct. ear. rer. quæ vſu. conſum. l. 1. §. ſi vir. vbi Iaſ. & alij not. de acquiren. poſſeſſ. cuius tamen contrarium videmus dicta l. mulieres.

Tertiò principaliter conſidero; quòd nec fictio ipſa cadit in hoc caſu, quia ſicut fictio
30 non † trahitur ad impoſſibile. §. minorem de adop. cum ſimil. ita non debet trahi ad id quod eſt turpe, vt eſt fingere, quod
31 vidua ſit in primo matrimonio, quando † commiſit ſtuprum, quia hoc eſſet turpe ipſi viro, cui ita fit iniuria per ſtuprum, ſicut per adulterium commiſſum in vita ſecundum Bart. & DD. in d. l. ſororem ff. de his qui vt indig. vt latè proſequitur cōciuis meus Hyppolitus de Marſil. in l. vn. num. 52. ff. de rapt. virg.

Quartò principaliter conſidero, quòd vidua inhoneſtè viuens, amittit omnia priui-
32 legia † viduitatis text. eſt, & ibi not. Salyc. in l. his ſolis de reuoc. donat. cum multis cumulatis per Marſil. in d. l. vn. numero 55. vnde cum non poſſet dici Illuſtris tempore conditi teſtamenti; fruſtra contenditur an diſpoſitio dictæ legis habeat locum, quia
vbi

vbi verba legis non conueniunt, nec illius di
ſpoſitio iuribus ſuperius allegatis.

Ex his remanet firma, & probata iſta con-
cluſio, quòd non habeat locum diſpoſitio di-
ctæ legis, ſi qua Illuſtris, ſub prætextu, quòd
vxor ſplendeſcat radijs nobilitatis viri ſui,
quia talis conditio negatur, quia dicta lex nõ
poteſt procedere in caſu ficto, repugnante
etiam ratione honeſtatis viri defuncti, cuius
gratia priuilegium cuiuſcunque nobilitatis
ad vxorem porrigitur in viduali vita hone-
ſtè viuentem, quod ideò in honeſtate vitæ
33 tollitur, & etiam quia inducta † in fauo-
rem non debent retorqueri in odium, l. quod
fauore. C. de leg. c. quod ob gratiam de reg.
iur. in 6. cum ſimili.

Solum reſtat reſpondere ad obiecta in cõ-
trarium.

Non obſtat ergo, quòd dicta I. fuerit mu
lier Illuſtris, quia hoc negatur, vt in primo
fundamento, & ſi potuit dici Illuſtris, hoc
fuit per viam fictionis ad quam non extendi-
tur diſpoſitio dictæ legis, ſi qua illuſtris, &
turpitudo ſuperuenientis vitæ ſuſtulit quam
cumq; prætenſam nobilitatem, iuribus ſupra
allegatis.

Non obſtat, quòd intelligatur priuata quo
ad præiudicia, & incommoda tantum, quia
fruſtra contenditur de priuatione, & quid
operetur, ſeu quouſque trahatur circumſcri-
34 pto † habitu l. decem ff. de verbor. obligat.
Item quia priuilegium non debet retorque-
35 ri in † odium dicta l. quod fauore dicto ca-
pit. quod ob gratiam cum ſimil. quibus ad-
do Pinel. in his terminis loquentem in l. fin.
nu. 11. de bon. matern. & demum quia (da-
to, & non conceſſo) quòd totum negotium
reduceretur pro euitatione dictæ legis, ſi qua
Illuſtris, ad rationem amiſſæ nobilitatis, illa
ſufficeret, quia hic agitur de intereſſe parti-
culari, & de incommodo quod principaliter
reſpicit legitimam prolem, non autem publi-
cum intereſſe, quo in caſu forte aduerſa con-
ſideratio procederet, ſecundum Aſcan. Cle-
ment. in tract. de patr. pot. capit. vlt. numero
15. 16. & 17. vbi alios adducit, vt ibi per eũ.
Ex his, &c.

Io. Bapt. Cauatius I.C. Bon. & Aduoc.
Mediolanen. ſaluo &c.

SVMMARIA.

1 *Auctor libelli famoſi, & propalator puniuntur.*
2 *Libelli famoſi pœna ſine dolo non procedit, &
quare.*
3 *Dolus quibus caſibus requiratur, vt locum ha-
beat pœna.*
4 *Cauſa deficiens facit, vt indicia eneruentur con-
tra imputatum de famoſo libello.*
5 *Libellus famoſus potius ludi, quam doli cauſa
decantatus præſumitur.*
6 *Perſonæ qualitas diligenter conſiderari debet in
materia libelli famoſi.*
7 *Libellum famoſum plerique ex curioſitate au-
diunt.*
8 *Fama bona excludit ſuſpitionem doli eius, cui
obijcitur de libello famoſo.*
9 *Cauſa quælibet excuſat à dolo.*
10 *Verba debent intelligi principaliter, non ſecun-
dario.*
11 *Verba verificantur in prima vice.*

CONSIL. VII.

Adſit Dominus ſpes mea.

CAVSA hæc grauis eſt,
grauior propter qua-
litatem perſonarum,
de quarum fama agi-
tur in dicto Paſquino,
quia ſunt in ſacerdo-
tio conſtitutæ. l. atro-
cem. C. de iniur. gra-
uiſſima denique videtur propter confeſſio-
nem rei, contra quem prima facie videtur
omninò procedendum eſſe ad pœnas virtute
dictæ confeſſionis, quia licet aliqui dubita-
uerint an tantum author, vel etiam propala-
tor famoſi libelli puniri debeat: Tamen †
1 verior eſt illa ſententia, quæ tenet vtrumque
puniri, prout contrariam refellens trad. Bar.
Soc. in l. 1. numero ſexto. C. de famoſ.
libell. Petr. Plac. in epith. delict. capit. tertio,
nu. ſecundo, ſequitur Iul. Clar. in §. fin q. 68.
num. 25. verſic. libelli famoſi in fine. Bonif.
de Vital. in tract. de malef. ſub rub. de famoſ.
libel. num. 5. Plot. inter crimin. diuerſ. conſ.
131. num. 8. volum. 1. Curt. iun. in conſ. 238.
in primo dub. lib. 3.

Hæc licèt ita ſint; tamen re diligentius per
penſa, non ſum arbitratus hoc caſu rei con-
feſſi cauſam dimittendam eſſe, & breuibus
agendo ad oſtendendum, quòd non poſſit
puniri aliqua pœna, moueor potiſſimum in-
fraſcriptis medijs.

Primò principaliter, quia pœna libelli fa-
moſi nõ procedit ſine dolo, quia lex loqui-
2 tur † in perſonam, Bar. in l. 1. in §. non au-
tem. numer. 2. ff. ſi quis teſt. lib. eſſ. iuſ. ſu. &
pœna eſt grauiſſima tam ſecundum leges, d. l.
1. C. de fam. lib. quam ſecundum canones, 5.
quæſt. 1. cap. qui in alterius, & cap. hi qui, vt
mortis, flagellationis, excommunicationis,
vel

vel etiam depoſitionis, vt etiam refert Plac. in d.loco, & Bonif Vital.in tit.de famoſ.libel. in fin. & alibi paſſim Doct. quibus caſibus
3 præciſus dolus † requiritur, laté. Cœpol. conſ.crim.33. ferè per totum, & eſt text. in terminis in l. lex. Cornelia.in §.ſi quis librũ, in ver. doloue malo fecerit.ff. de iniur. & ita in indiuiduo tradit pract. Iacob. de Bellouiſ. tit. de iniur. nu.7. & 8. Mar. Soc. ſen. in c.1. in fin.de iniur. & in c. ſacro.nu.365. de ſent. excommunic.& tamen quod egit G. caret do lo ergo non poteſt puniri, ita arguit in terminis noſtris poſt Petr.Calefat.Plot.in dicto conſ.131.num.7.8.11.& 13. Quod autem deficiat dolus patet, quia nulla cauſa legitur in toto hoc proceſſu, propter quam moueri potuerit dictus G. ad huiuſmodi libelli famoſi doloſam editionem. Hæc ratio eſt con
4 cludens † ad excludendum, & tollendum omnem malam ſuſpitionem, vt pulchrè tra. Franc.Caſon.de malef. tract.1. cap.9. numero 2.& 3.

Secundò,legitur in proceſſu offenſiuo fol. 115. quod G. erat iuuenis lætus, & vt vulgo dicitur,allegro, vnde potius ludi,& ioci cau
5 ſa, quam doloſè id actum † fuiſſe credendum eſt arg l.meritò ff. pro ſoc. cum ſimil.de quibus latè Gabr. in concluſ.lib.7. tit.de maleſic.concluſ.2. & in terminis noſtris etiam tradit Curt. iun.dict. conſ.138. lib.4. & facit quòd in his debet attendi finis, vt per Foller. in fragmentis pract. crim.nu.142.

Tertiò, retento hoc medio qualitatis perſonæ dicti G. quæ conſiderari diligenter de-
6 bet, vt in hac materia † loquens oſtendit pract. crim. Foller. in d.fragm.num.137.conſidero, quòd hic iuuenis eſt literatus, vt paſſim legitur in proceſſu, vnde poteſt cogitari, quòd & acceperit huiuſmodi paſquinum, vt videret ingenium, & inuentionem libellantis;pariter etiam legeret,vt alij hanc eandem delectationem haberent, nec iſta eſt contemnenda coniectura, quia comprobata eſt ab experientia, quam vnuſquiſque in corde probat, & ab ipſo proceſſu in quo cõſtat & alios plures curioſiſſimè ad huiuſmodi libelli fa-
7 moſi intelligentiam anxios fuiſſe, & † in ſpecie onſtra approbatur optima pro optima per Cœph, in conſ.341.num.21.vol.3.

Quartò, conſideranda eſt bona fama vndique reſultans, etiam à proceſſu offenſiuo, vt fol.115.Hæc enim ratio excludit ſuſpicio-
8 nem doli, vt † in puncto concludit Cœph. d.conſ.341.nu.33.vol.3.

Hæc omnia confirmantur ab illa vulgari concluſione, quæ habet, quælibet cauſa ex-
9 cuſat à dolo, etiam beſtialis, & fatua, vt † latè trad. Plot. in l. ſi quando in §.6. numero 31.C. vnde vi. & in hac materia libelli famoſi pro ſimili fundamento in d.conſil.151. ſub num 6.

Secundò principaliter dico, quòd non poteſt puniri G. virtute dictæ ſuæ confeſſionis, quia iura punientia debent intelligi, de his qui primò ediderunt, & publicarunt, non autem de alijs, quia verba legum debent intel-
10 ligi principaliter, & † non ſecundario. Germin. in cap.1. de pact. in 6 Bal. in l.1 in §.1. in 2.col.ff. de iuſt. & iur. late.Bart.in l.ambitioſa. ff.de decr.ab ord. faci. & optimè ſeruit. Brun. qui multas inſtantias adducit in conſ.69. inter feu. in 2. colum. in ver.tertiò,
11 moueor, vbi pulchrè, & debent intelligi † in prima vice l. bones. ff. de verb. ſignif. cum ſimilib.de quibus Tiraq. in repet. d. l bones, ita in præciſis terminis quæſtionis noſtræ cõcludit per multa med. Cœph.dict.conſi.241. per totum. Modò cum in proceſſu appareat alias publicationes factas fuiſſe hac de re antea non video quomodo poſſit puniri, nam editio quam enunciat curia reducitur ad diẽ 26. Maij 1595. in offenſiuo. fol.3.& 5. & tamen cõſtat de publicatione, de anno 1593. ſeu 94. vt in offenſiuo fol.24.& 39. & in defenſiuo fol.6. enuntiatiuè eſt dictum,& probatum ex depoſitione R. fol. 9. & 12. Q. fol.16. S. teſtis à Curia approbati. fol.32.33. & 45. & A. fol. 40. qui optimè omnium ſeruit, dum nominat illum clericum de quo G. in off. fol.23.

Ita iuris eſſe arbitror ego Io.Baptiſta de Cauatijs.I.C.Bononienſis, & Aduocatus Mediolanenſis, ſaluo &c.

Illuſtris, & Multum Reuer.[di]

HIERONYMI SARACENII I. V. D. BONONIENSIS PROTONOTARII APOSTOLICI,

Et Illuſtr.[mi] ac Reuerend.[mi]

D. CARDINALIS BORROMÆI ARCHIEPISC. MEDIOL.

In Ciuilibus Vicarij virtute, & moribus integerrimi.

SVMMARIA.

1 *Furti actio quibus competat.*
2 *Capitale non cenſetur communicatum.*
3 *Confeſſio qualificata quando ſcindi poſſit.*
4 *Furtum non committit qui credit dominum permiſſurum.*
5 *Dominum pecuniarum numeratione trãsfertur.*
6 *Translatio dominij impedit actionem furti.*
7 *Pecunia numerata perit periculo recipientis.*
8 *Actum præſumitur potius nomine proprio quam alieno.*
9 *Interpretatio ſumitur excluſiua delicti.*

ARGVMENTVM.

N. Defenditur ab obiecto furti rerum, & pecuniarum egregijs ſubtiliſſimiſque medijs.

CONSIL. VIII.

NON poteſt N. puniri de crimine furti rerum apothecæ, & pecuniarum illi traditarum per querelantem ad finem expendendi illas in mercib. pro apotheca etiam ſi d. N. illas in proprios vſus contulerit.

Nam reſpectu rerum ſi petamus princi-
1 pia actionis furti † vel à ratione dominij. § furti autem actio inſtit. de act. vel quaſi l. creditoris. §. furti. ff. furt. vel poſſeſſionis. l. itaque. §. ſed & ſi res. ff de furt. vel demum cuſtodiæ §. item ſi fullo inſtitut. de act. ſic aperte ceſſant, vbi abſurdum omnino ſit ex vlteriori progreſſu inquirere ius accuſatori qui cum non poſſit prætendere ſe dominum vel quaſi nec poſſeſſorem capitalis & rerum ex conſuetudine particulari Ciuitatis noſtræ Bononiæ, de qua gl. in l. 1. in verſ. obtinuit. C. pro Soc. quam ſequuti ſunt ibidem. Iacob. de Aren. Cyn. ibi numero ſecundo, Bald. ſub numero quatto, & Alb. numero primo Soc. Sen. conſ. 265 nume. 1. volum. ſecundo, & Rim. Iun. conſ. 400. nu. 54. lib. 4. quibus in lo-
2 cis aperte dicitur capitale † non cenſeri cõmunicatum, non etiam poteſt cõqueri quòd res fuerint ſuæ cuſtodiæ creditæ, quia nulla fuit facta conſignatio.

Secundò etiam ſi capitale fuiſſet communicatum N. non teneretur de furto, quia iuſtè credere potuit, illud non fuiſſe communicatum, & ſic dixit & eius confeſſio non
3 poteſt ſcindi propter † præſumptionem iuris reſultantem ex conſuetudine, iuxta magiſtralem Theoricam Bart. in l. Aurelius. ff. de lib. legat.

Tertiò etiam ſi N. credidiſſet capitale communicatum, venit excuſandus, quia in eius conſtitutis per modum admirationis reſpondens dixit, *io mi marauiglio, & credeua, che coſtui nõ haueſſe hauuto à male ſe gli haueſ-*

ſe

ſe tolto del ſuo per i gran beneficij, che hà riceuuto da mio padre, & ſapendo egli molto bene, che leuai queſte robbe per pagare debiti cibarij, ſic enim res reducetur ad text. in l. inter omnes in §. rectè. ff. de furt. quo loci excuſatur
4 qui putat ſe domini † voluntate rem attingere, ſiue falsò id, ſiue verè putat: & eſt exēpta huiuſmodi reſponſio ab omnibus difficultatibus propter præſumptiones, & rationes adductas, quæ ſunt veriſſimæ.

Nunc quod attinet ad ſecundum punctum ad obiectum, ſcilicet furti pecuniarum, impoſſibile eſt ſuſtinere proceſſum, quia numeratio operata eſt dominij translationem. †
5 Bald. in l. incendium. nume. 4. C. ſi cert. pet. vbi bona apoſtilla, ſub litera G. quæ allegat Io. And. & alios. Bart. poſt gloſ. quam ſignandam dicit in l. eius, qui in prouincia ff. ſi cert. pet. & magis ad indiuiduos terminos quæſtionis noſtræ accedit Imol. in l. Caſſius. ff. de ſolut. Paul. de Caſt. in conſ. 141. in 4. dubio. volum. 1. Dec. conſ. 6. col. 2. verſ. 2. iſta concluſiò. Bald. in d. l. 1. quæſt. 10. C. pro ſoc. & Cap. Toloſ. deciſ. 168. ex quibus locis elicitur iſta conſequentia: dominium translatum
6 eſt in accipientem † pecunias; ergo ceſſat actio furti, & illa confirmatur per Bald. in d. l. incendium. ſub nume. 4. per tex. in l. pen. de condit. ob cau. & per Imol. in dict. l. Caſſius, dum conſiderat & ipſe dominij translationem: & nos rationem ſummæ æquita-
7 tis addimus; quia pecunia numerata † perit periculo recipientis, qui ſic obligatur ad reſtitutionem in genere, nō in ſpecie, ex quo genus perire non poteſt. l. ſi te bonis. C. de iur. delib. l. in natione. §. incertis. ff. ad leg. fal.

Neque ea, quæ diximus tantiſper lęduntur ratione adducta, quod ſaltem furtum dicatur commiſſum in rebus emptis, tum quia non obijcitur, res emptas ſubtractas fuiſſe: tùm quia non conſtat, illas emptas fuiſſe: tùm quia ſi emptæ fuiſſent, potuiſſent enim nomine proprio, & deberet talis interpretatio aſſumi concurrente duplici præſumptio-
8 ne iuris, quòd quid magis † proprio, quàm alieno nomine actum intelligatur l. etiam. ff. de ſol. & quòd ſemper capiatur interpretatio excluſiua delicti in actibus ſe habentibus ad
9 delictum, & non delictum. † l. merito. ff. pro ſoc. Rom. conſ. 113. numer. 1. Corn. conſ. 25. col. 4. & fi. lib. 2. Alciat. de præſupt. reg. 3. præſumpt. 1. Menoch. in comment. de præſumpt. lib. 5. pręſumpt. 2. vbi num. 2. allegat multa in terminis furti, anno 1600. die 18. Decemb.

LAVS DEO.

Ita iuris eſſe arbitror ergo Hieronymus Saracenius I. V. D. Bononienſis, & in patrio gymnaſio ordinar. ſacrorum Canonum interpres veſpertinus, ſaluo &c.

Capita principaliora, ad quæ defenſiones reorum in crimine falſi reducuntur.

Actus
Accuſatio
Aetas
Apoſtilla
Bona
Cauſa
Circunſtantia
Clauſula
Commodum
Comparatio
Confidentia
Coniectura
Conſuetudo
Conuerſatio
Dolus
Error
Facilitas
Fama
Graphiarius
Hæres
Incertitudo
Ignorantia
Inſtrumentum
Interpretatio
Inueriſimilitudo
Locus
Lucrum
Mens
Modicitas
Mulier
Multitudo
Notarius
Obliuio
Obſeruantia
Pecunia
Phiſionomia
Pluralitas
Poſſeſſio
Presbyter
Primordium
Probationes
Protocollum
Qualitas
Reſcriptum
Ruſticitas
Scriptura
Simulatio
Solemnitas
Stare
Subſtantialia
Syllaba
Tarditas
Teſtes
Veriſimilitudo
Vita.

Illuſtris, & Multum Reuer.di

D. CLAVDII VACARII
I. C. BONONIENSIS

Viri erudiriſſimi, Prothonot. Apoſtolici

ILLVSTRISS. ET REVERENDISSIMI
D. CARDINALIS BORROMÆI
ARCHIEPISC. MEDIOL.
AVDITORIS.

Epitome.

EXCVSATIONVM A CRIMINE FALSI.

SVMMARIA.

1 *DD. qui ſcripſerunt ad excuſationem falſi.*

2 *Actus qui poteſt interpretari in delictum, & nõ delictum dijudicari debet licitus.*

3 *Verba quando poſſunt trahi ad falſum, & non falſum, fit interpretatio excluſiua falſitatis.*

4 *Accuſatio falſi, quod tenderet in damnum accuſati, non eſt veriſimilis.*

5 *Aetas iuuenilis optimè excuſat in crimine falſi. & num. ſeq.*

7 *Apoſtilla poſita in matrice reſpectiuè ad raſuram tollit falſitatis ſuſpicionem, quando eſt legitime facta.*

8 *Notarius ſubſcribens ſe immediatè appoſtillæ, vel in fine faciens mentionem de apoſtilla tollit ſuſpicionem falſitatis.*

9 *Apoſtilla quando arguat falſitatem.*

10 *Bonus quilibet præſumitur exemplificatur. nu. ſeq. in crimine falſi.*

12 *Cauſa debilitat indicia.*

13 *Crimen falſi ſine cauſa cõmitti non præſumitur.*

14 *Cauſa quælibet etiã beſtialis excuſat à falſitate.*

15 *Cauſa, vel ratio cõmittendi falſum, quando adeſſe non potuit, tunc falſi ſuſpicio euitatur.*

16 *Defectus circunſtantiæ ſuadentis falſitatem multum iuuat reum delatum.*

poſſet reſultaret publicum damnum,quia ſa-
tis diceretur damnum pati Cecherius,quan-
do in hoc voluntatem ſuam explere non poſ-
ſet; ſicut enim lucrum eſt explere volunta-
12 tem, vt † dicit gloſſ. dicta l.fin. inde vſu.
& habit. & Gram.conſ.22. num.26. Tiraq.in
tract. de retract. in præfat. numero 25. &
Neuizan. in conſ.74. num.13. ita illud non
poſſe, referendum foret ad damnum, quo-
niam contrariorum eſt eadem diſciplina per
vulg. & hoc eodem medio excluditur omnis
ratio priuati damni.

Tertiò, quia Applanus, qui petijt illum
locum ad effectum cambiandi, & ad hunc
finem illum obtinuit, vt patet ex precibus,&
ordinatione perilluſt. Magiſtratus, poſuit
in eo dict. Podium, vt patet ex euentu ſubſe-
cuto, & his quæ geſta ſunt: auctoritas
enim, & facultas conceſſa dicto Podio du-
rare debet, quia ipſe nihil commiſit, cuius
cauſa amoueri debuerit à loco ſuo, & ab
officio ad certum tempus videlicet loca-
tionis illi conceſſo contra omnia iura,&
cum multa hic cumulari poſſent pro hoc
14 † fundamento verè ſol do, ſufficiant cumu-
lata per Menoch. in nouiſſ. addit. ad tract.
de

de arbitr. iud. quęſt. 55. num. 8. cum multis ſeq. vbi multa alleg. quę repetere non intendimus.

Quartò, quia locatio facta de dicta apotheca durat vſque per totum pręſentem annum, & hoc patet ex tenore inueſtituræ: hinc enim dicimus, quòd ſicut in principio locationis licuit Podio cambire, ita etiam durante, locatione & vſque ad finem continuare, quia llicitum in termino à quo eſt lici-
14 tum in termino † ad quem continuato actu Bald. in l. quòd ait lex. in §. quòd ait. ff. de adult. & quando principium eſt licitum finis per continuationem cenſetur licitus. Alexan. conſ. 24. num. 28. l. 2. etiam quando finis non habet neceſſariam conſequentiam à ſuo principio Marſil. in l. vnic. de rapt. Virgin. & in ſign. 225.

Quintò, quia nouus incantator Cechæ in caput, & damnum dictorum Applani, & Podij conduxit, vt patet ex ordinatione per Ill. Magiſtratus: hinc enim dicimus non eſſe faciendam interpretationem, vt Podius grauetur onere illius damni, quod contingere poſſet, cum ipſe fuerit ille, qui incantauerit, & onere ingentis penſionis illius apothecę,
15 & priuationis officij, quia † æquitas repugnat l. nauis onuſtæ. §. cum autem. ff. ad l. Rhod. de iact. l. Titia. §. qui inuita. ff. de leg. 3. & ratio non eſt perſuaſiua tantum, vt prima facie videtur, ſed deciſiua, & vt tali ea vſi ſunt Boer. quæſt. vndecimaſexta, numero 12. Siculus conſil. primò, col. 4. l. 1. Aluerot. in c. 1. Quæ ſint Regal. Iacob. de Santo Georg. in tract. de Homag col. 8. verſ. ſed hic cadit, Iacob. de Leonard. inter conſil. Brun. conſil. 117. num 126. Neuiz. conſ. 66. num. 5. Crau. conſ. 111. nu. 8. & conſ. 210. num. 13. & conſ. 263. num. 8. Brun. conſ. 32. col. vlt. Innoc. in cap. vlt. de decim. Bart. in l. interdum. in §. quoties. ff. de public. & in conſ. 59. Deciſ. côſ. 457. nu. 3. Parpal. in repet. l. Placet. nu. 54. C. de Sacroſ. Eccl. Alciat. reſponſ. 263. num. 7. & plerique ſcribentium l. honorem. ff. de muner. & honor. quibus in locis per iſtam rationem varias, & particulariſſimas quæſtio-
16 nes decidunt, & eò magis huic æquitati † fauendum eſt, quia quidquid contingeret grauaminis, alterius perſonæ gratia, nempè Applani, contingeret; id quod multis exornari poſſet ex Bald. in l. dotis. C. de iur. dot. Soc. ſen. in conſ. 122. col. 2. verſ. mouer l. 1. Dec. in l. vlt. numero quinto, ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. Syluis. nu. 1. C. de pact. Marſil. in ſing. 224. & 262. quas tamen breuitatis cauſa omittimus.

Sextò, quia dictus nouus Cecherius qui voluit eicere dictum Podium de dicto loco, dedit preces de hoc in Ill. Magiſtratu, & nihil deciſum fuit, & ideo licuit Podio continuare, & pendente lite, nihil innouari contra eum debuit.

Septimò magis fixa manet hæc ſententia: quia deducta, quæ audiui in contrarium benignè excitari, minimè obeſſe videntur.

Nam in primis obijciebatur de capitulo ipſius proclamatis prohibente accipi pecunias vltra annotatum pretium in ipſo proclamate.

Secundò obijciebatur expenditas fuiſſe iuſtinas diminutas: & ad vtrumque patet reſponſio.

Ad primum reſpondetur primò, quòd illa verba *ſpender ne far ſpender* ſecundum vſum communem reſpiciunt pecuniam quate-
17 nus eſt aliarum rerum æſtimatio † l. ſi ita. ff. de fidei. & eundem ſenſum habent ſequen-
18 tia, quia declarantur à præcedêtibus † per reg. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. primo cum multis ſimilibus cumulatis per Neuiz. in Sylu. nupt. l. 4. verſic. & non obſtat numero 16. & ſolum ſunt appoſita ad hoc vt diſpoſitio illa verificetur in actibus actiuis, & paſſiuis, non autem diuerſificant qualitatem actus, & ita ad actum permutationis non poſſunt referri illa verba, quia non propriè ſecundum ſermonem communem dici-
19 mus *ſpendere*, † *cambiare*, & hanc differentiam etiam conſiderauit proclama, quod, quã do voluit exprimere actum cambiandi, illum propriè expreſſit.

Secundò verba tripliciter conſiderantur
20 † vel prout ſonant in actionem, vel prout ſonant in paſſionem, vel prout continent actum mixtum actionis, & paſſionis, & diligenter attendus eſt ſonus verborum, pręſertim in pœnalibus, ita vt proclamata loquentia in actibus actiuis ſimpliciter, non verificentur in actibus paſſionis, & minus in actibus mixtis Io. Franc. Cremon. Poſt. Bart. & Boſſ. in dicto conſ. 439. numero primo. inter criminalia Bertaz. vol. 2. Bart. Alexand. Alc. Ruin. Natta Bero. & Cœphal. quos in terminis interpretationis proclamatum refert Bertaz. in conſ. 126. De pluribus delictis numero 14. volum. 1. Tob. Non. in conſil. 101. Duo ſunt de quibus, ſub nume. 15. & 16. qui ambo ad pulchras deciſiones inferunt: per-
21 mutatio autem † pecuniarum inter ſe eſt actus mixtus, ideò licet illa verba proclamatis *ſpendere, ne far ſpendere* loquantur in actibus actiuis, & illa verba *riceuer, ne far riceuer* verificentur in actiuis paſſiuis, nunquam tamen poterunt verificari in actibus permutationum, quia ſunt actus mixti, qui
22 ſub ſimplicibus non † comprehêduntur in odioſis,

odioſis, & pœnalibus. l. viro paſſim §. præſcriptione. ff. ad l. Iul. de adult. & iſta interpretatio conuenit menti principis, qui particulares prohibitiones fecit reſpectu ipſius cambiationis.

Tertiò, & vltimo omnia, quæ dicta ſunt circa ſimplicem cambiationem, veniunt ad
23 excuſandam cambiationem † cum lucro, quia dempto lucro, nulla cauſa excogitari poteſt, quare concedatur cambiatio, nec conceſſio cambiandi, quæ ſapit fauorem, debet conſiderari exempta à lucro, vt inducat miniſterium damnoſum l. quod fauore ff. de legibus.

Ad ſecundum contrarium reſpondetur, quòd vbi aliquid probaretur contra Podium de hoc, non poteſt in hoc caſu conſiderari aliqua temeritas, poſteaquàm communiter
24 huiuſmodi † pecuniæ diminutæ expenduntur, & conſequenter pœnam non meretur, quòd non mala fide fit. l. quamuis de cond. & demonſtr. Crauet. conſ. tertio, numero 24. & conſ. 3.19. numero 19. ex communi eùim etiam errore iuſta reſultat excuſatio iuxta vulgatam. l. Barbarius Philippus. ff. de off. præſid. & puniri non debet is, qui id facit, quod ſibi licere putat, Aiimo conſ. 6. numero 89. conſil. 8. in fin. & conſ. 18. nume. 12. & 16. nulla facta diſtinctione inter dolum, & culpam, quæ, etiam vbi fieri deberet, ex iuſtitia præſumptionis reſultantis à communi errore, excluderetur, & conſequenter omnis pœna Bec. in conſ. 102. nume. 30. 31. & 32. & ſufficit talia allegaſſe, vt iudices pro ſua religione vias defenſionis quærirent, pro-
25 ut tenentur, etiam † reo contumace auth. qui ſemel, ibi perquiſita veritate pronuntiet. C. quomodo, & quand. iud. lege 2. ibi ad inueſtigandam veritatis fidem. C. de edend. l. fin. ibi veritati ſemper locum fore. C. de probat. & eſt text. in l. ſi non defendatur. ff. de pœn.

Secundò reſpondetur, quòd illa verba, *ſpendere, ne far ſpendere*, non adaptantur ad ſpeciem cambiationis per prædicta, quibus, cum verſemur in odioſis, addimus vrgentem rationem, quòd cum iſta verba poſ-
26 ſint † capi in ſpecie, non poſſunt trahi ad alium intellectum reducentem nos ad intelligendum illa verba genericè vt not. DD. in l. hoc legatum. ff. de leg. & fideicommiſſo 3.

Ex his exiſtimamus nullatenus procedi poſſe contra dictum Podium, quia vbi delictum non eſt, vel etiam adeſt, & non eſt punibile formari non poteſt inquiſitio, quia
27 † inutiles vexationes amputandæ ſunt, l. Domitius, & ibi Bartol. ff. de condit. indeb. quia de hoc defectu, poteſt opponi ad proceſſum Lanfranc. de except. numero octauo quia iudicis religio ſupplere debet. Rolan. latè in conſilio 47. l. 3. & præſertim quia, quæ deducuntur notoria ſunt, in quibus non ſeruatur aliquis ordo iuris cap. ad noſtram de iur. iur. & ita in terminis expreſsè probarunt Bart. & cæteri in l. vbi Pactum de tranſ. cum alijs adductis per Farinac. tit. de delict. & pen. quæſt. 17. in princ. & omnibus enumeratis, veritas patet, quia nimis certum
28 eſt, quòd quis † non debet puniri niſi expreſſo iure caueatur gloſ. in auth. de non elig. 2. nub. §. cum igitur l. at ſi quis. §. Diuus, de relig. & ſumpt. funer. cum ſimil. vt per Bec. dicto conſilio 102. dicto numer. 31. & 32. & hoc in caſu diſpoſitio iuris communis nihil diſponit in contrarium vt ſupra; neque diſpoſitio proclamatum habet locum, quia requirit dolum, quem excludunt prædictæ rationes: nàm quælibet cauſa etiã minus colorata, immo beſtialis excuſat à dolo ẽt
29 ſi habeat admixtum † errorem iuris, maximè tractantem de damno euitando, Gab. l. 7. concluſ. titu. de criminal. concluſ. 8. numero primo, cum ſequen. latiſſimè Arius Pinell. in l. ſecunda, capitulo tertio, numero decimo ad fin. C. de bon. mat. & alia allegat Bec. conſilio 96. numero decimo ſeptimo, & ita &c.

Io. Bapt. Cauat I. V. D. Bonon. & Aduocat. Mediol. ſaluo &c.

SVMMARIA.

1 *Remiſſiones, an ſint habendæ à fiſco in caſu homicidij damnati ad remum.*
2 *Princeps non includitur ſub generalitate verborum proclamatis.*
3 *Subſtantia quaſi contractus reſultantis ex proclamate non debet pendere à voluntate principis.*
4 *Verba debent intelligi principaliter.*
5 *Obſeruantia ſubſequuta attenditur.*
6 *Sententia Senatus facit ius, quo ad omnes, & conditio paci adiecta vitiatur.*

ARGVMENTVM.

Remiſſio fiſci non eſt neceſſaria illi, qui petit gratiam virtute proclamatum, & conditio paci adiecta vitiatur.

Bb Adſit

Adſit Dominus ſpes mea.

VErba proclamatis, *in-*
tendendo ſemper in tut-
ti caſi, che quelli, che
1 *s'bauranno à † libera-*
re, habbiano l'opportu-
ne remiſſioni, non de-
bẽt intelligi, ita quòd
habendæ ſint remiſſio
nes à fiſco, nec fiſco reficienda ſint damna,
etiamſi agatur de homicidio in vnum ex Re-
migibus, quem reus è manibus curiæ eripe-
re volebat, & in rixa interficiſſe dicitur.

Primò, quoniam Princeps eſt is, qui re-
mittit; vnde is, neque illius fiſcus includitur
2 † ſub generalitate DD. verborum. l. inqui-
ſitio. C. de ſolut. cum ſimil. vt per Marſil. in
l. prima. in §. ſi ſeruus, in princip. ff.
de quæſt.

Secundò, quoniam aliàs poſſet dicere
princeps, nolo facere remiſſionem, & con-
ſequenter obſeruantiam contractus, ſeu qua-
3 ſi in eius facultatem † ponere, quòd eſt
contra ſubſtantiam ipſius contractus l. ſicut
de act. & oblig.

Tertiò facit, quia verba illa debent intel-
ligi principaliter, vt poſt Geminian. Albert.
4 † Brun. conſil. feud. *69*. viſo proceſſu ver.
tertio moueor. col. 2. & fiſcus non fuit prin-
cipaliter offenſus.

Quartò, non oportet dubitare, quia ob-
ſeruantia ſubſecuta id optimè declarauit:
quia pro ſimilibus caſibus Cęſar Gallia, Ba-
5 ptiſta Plenus, Benedictus Nebia, & alij † fue-
runt gratiati abſque remiſſione fiſci, & abſq;
refectione alicuius damni verſus fiſcum, vt
ex ſcripturis, quæ exhibentur; extenditur;
6 ſententia enim Senatus ius facit † quo ad
omnes, ſicut ſententia Principis. l. fin. C. de
leg. Alex. in l. ſæpè. num. 73. ff. de re iud. Af-
flict. deciſ. *96*. numero 190. Tiraquell. in
tract. Res inter alias acta limit. 70. & in ſpe-
cie. Afflict. deciſ. 383. nume. octauo, & Plot.
in l. ſi quando numero 1*76*. C. vnde vi, &
ita &c. ſaluo ſemper infallibili iudicio Sena-
tus Excellentiſſimus, cui me humiliter
ſubijcio.

Non etiam debet attendi conditio appo-
ſita paci per filium occiſi, quia conditio
6 †. adiecta paci vitiatur, nec vitiat Alc. reſp.
134. Tom ſecundo l. 5. vti erat appoſita con-
ditio, quòd non veniret ille, cui facta fuerat
pax intra Ticinum Vulp. de Treg. & pac.
quæſt. 55. verſ. quod ſi pax. Moron. de pac.
quæſt. 1077. & ita &c.

Io. Bapt. Cauat. I.V.D. Bonon. & Ad-
uocatus Mediolanenſis con-
ſului, vt ſupra.

S V M M A R I A.

1 *Diſpoſitio facta per verba præſentis temporis, non trahitur ad futura, & limitatur nu. ſeq. & ſublimitatur. numero 4. & num. octauo. & 19.*

3 *Antiboli locus in tractat. de immunit. par. 3. §. num. 144. perpenditur.*

5 *Pretij quantitas oſtendit quid veniat in contractu.*

6 *Qualitas muneris eius cui princeps reſcribit declarat quæ fuerit intentio principis.*

7 *Interpretatio capiẽda quæ ſenſum excludit donationis.*

8 *Interpretatio immunitatis debet fieri ne ſequatur magnum præiudicium principio, & ampliatur num. ſeq.*

9 *Ratio præiudicij ſucceſſiui, & quod contingere poteſt debet haberi in interpretanda gratia principiis.*

10 *Conceſſio datij quando ſit interpretanda in locationem.*

11 *Interpretatio ſtrictè ſit in materia locationis.*

12 *Datia futura, & ſuperindicta non veniunt in locationem.*

13 *Vendi locariuè non poteſt quod non eſt.*

14 *Verbum ex verbo adiuncto declaratur.*

15 *Conceſſio immunitatis intelligitur ab ordinarijs.*

16 *Verborum ſenſus colligitur ex qualitate eius, cũ quo loquimur.*

17 *Verba clara interpretatione non indigent.*

18 *Futurum quod contingit in eodem ſubiecto, quatenus differat ab eo, quod contingit circa idẽ ſubiectum.*

20 *Verbum, poteſt, eſt verbum extenſiuum, & limitatur. num. ſeq.*

22 *Præſcriptio contra Fiſcum Mediol. allegari non poteſt.*

ARGVMENTVM.

DIſpoſitio loquens per verba præſentis temporis, quando trahatur ad futura.

Ad

Adſit Dominus ſpes mea.

FAteor quòd regula, quæ habet quòd diſpoſitio facta per verba præſentis temporis non trahitur ad futura, ſiue diſpoſitio ſit indefinita, ſiue vniuerſalis
1 † de qua Aymo in ſolemni repetitione l.1. num.26. verſ.& vt plenius.ff de leg 1.limita-
2 tur in priuilegijs, & immunitatibus, † vt per Antibol. in tract. de immunit. in 3. par. §. 4. numer.144. poſt Alex. in conſ.193. ver. nunc attingo vol. 2. Caſtrenſ. Pariſ. & alios quos longa ſerie retulit eruditus aſſeſſor, tamen dico hoc obiectum poſſe iuridicè tolli in caſu noſtro.

Primò enim non obſtat authoritas Anti-
3 boli, imò facit pro hac † parte, vt conceſſio de qua agitur non trahatur ad datium ſemiſſis, quia reſpectu huius datij nullũ interuenit pretium, ita decidit in ſpecie Antibol. in d. loco num.146.

Secundo non obſtat authoritas Alex. & ſeq. Quia communis hæc ſententia duas patitur declarationes, quę omnino caſui noſtro conuenire mihi videntur.

Prima declaratio eſt, vt non procedat quotieſcunque aliquo modo de mente diſponentis conſtat quòd noluerit comprehendere
4 futura, iuxta ea quæ ſcribit † Crauett. in d. l.1. ſub numer. 29. verſ. tertio limitatur; ibi idem è contra, id quòd manifeſtè colligitur in hoc caſu ex pluribus, ſed maximè ex infraſcriptis.

Primò ex quantitate pretij, quod futuris datijs non conuenit, arg. eorum quæ ſcribit
5 † Barth. in l. Patronus in §. Sempronio ff. de leg.3. Alex. in conſ. 16. in fi. lib.4. Corn. conſ.116.lib.1. Bal. in l.1. C. qui teſt. fac poſſ. Soc. Iun. conſ 94. num.28. lib.3. latiſſime, & elegantiſſime omnium Fely. in cap. cauſam quæ num.17. extra de reſcript.

Secundò, quia princeps non demandauit hoc magiſtris intratarũ ſpecialiter, cum hoc
6 † tamen neceſſarium fuiſſet, iuxta ea quæ ſcribit Petr. Antibol. in d. loco num.147.

Tertiò, quod multum ſtringit, conſidero quòd Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Duces voluerunt informari ne cameræ ſuæ aliquod futurum eſſet detrimentum, quod apertè oſtendit eos noluiſſe comprehendere futura, quia
7 hoc ſaperet donationem iuxtà ea quæ ſcribit Petr. Antibol. d. nu.146.

Secunda declaratio eſt, vt non procedat vbicunque agitur de magno præiuditio, vt per Crau. in d. l.1. ſub num. 20. verſ. ſecundo
8 † aduertendum, id quod concurrit in caſu noſtro, ſi volumus nos perpendere valorem datij ſemiſſis, & penſionis librarum ſexaginta, & facere computum iuxta ſententiam Pauli in l. ideſt, ff. de dol. quem refert Menoch. de arbitr. iud. caſ. 145. in princ.

Nec dicatur hoc non fuiſſe præiudicium Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. DD. Ducum tunc re-
9 gnantium, quia præiudicium † etiã ſucceſſorum conſideratur Crau. in d. l.1. ſub nu.61.

Accedit præfatis reſponſio iudicio meo efficaciſſima, quod videlicet nos non verſamur in materia priuilegij, vel gratiæ, ſed meræ locationis.

Primò, quia verba conceſſionis ita ſonant, ibi locamus.

Secundò, quia ſi aliqua poſſet conſiderari gratia, conſideratis verbis, ex quo præponderat pecunia, & penſio debet iudicari de ta-
10 li conceſſione, vt † de locatione iux. ea quæ ſcribit Rip. in l.2. nu.37. ff. ſi cert. pet. Caſtrenſ. in l. Ariſto, in fin. ff. de donat. Dec. conſ.160. vol.1. Boer. deciſ.141. vbi alios allegat cum ſimil. in materia autem locationis ſtricta fit interpretatio, vt poſt Bal. quem al-
11 legat. dicit Caroc. † in tract. loc. & cond. par.2.c.1. ſub nu.2. ideo non venire datia futura, & ſuperindicta, vt poſt Feret. in tract.
12 de Gabell. nu.405. dicit idem Caroc. in d. loco, vbi etiã adducit Burſatum, vt ibi per eũ, cui addo Bal. conſ.370. lib.1. Ratio eſt, quia mens contrahentium non fuit circa futura, vt admonet Crauet. in d. l.1. ſub d. num.29. d. ver. tertio limitatur.

Neq; fortè hoc loco contemnenda eſt illa ratio, quod ſicut vendi non poteſt, quod non eſt l. ſi in lege ff. de contrah. empt. ita locari non potuit, quod nõ erat, Quia emptio ven-
13 ditio, & † locatio habent ſimul vicinitatem, vt dicit tex. in l.1. ff. loc. etiam per ea quæ ſcribit Petr. d. Vnzol. in pract. att. not. ſub rubrica de contract. magis innominatis in fin.

Nec dicatur fuiſſe vẽditam facultatem, vt ſubtiliter conſiderauit aſſeſſor, quia facultas refertur ad datium, & reſtringitur per reg. l. decem. ff. de verb. obl. Nam verbum ex verbo
14 † adiuncto declaratur. Soc. in l. 1. in primo no. ff. de reb. dub. Soc. Iun. conſ.3. n.31. lib.3.

Imò dico ꝙ etiã ſi datium ſemiſſis fuiſſet, tũc temporis in eſſe, quòd nihilominus illud non veniret ſub verbis conceſſionis, quia au-
15 thoritas adhuc deberet intelligi † de ordinarijs datijs iux. ea quæ ſcribit Bar. in l. ſed & ſi quis, in §. queſ. ff. ſi quis caut. Oldr. conſ. 129. & Dec. cõſ 430 nu.7. maximè conſiderata qualitate illorum quibus negotium fuit commiſſum, qui fuerunt magiſtri intratarum
16 ordinariarũ iux. ea † quæ ſcribit Fely. in d. c. cauſam, quæ ſub d. num.17. extra de reſcript.

Verba præterea ipſius conceſſionis mihi
videntur clariſſima, & ideo aliam interpreta
17 tionem † non recipere ad Bar. poſt Dyn. in
l. quidquid aſtringendæ. ff. de verbo. oblig.
& Dec. in l. in ambiguis. ff. de reg. iur.

Hæc faciunt contra ſecundam, tertiam, &
vlteriorem appoſitionem, vlterius tñ reſpe-
ctu ſecundæ oppoſitionis conſidero, aliud eſ-
ſe quod futurum contingat in eodem ſubie-
18 cto, aliud eſſe quod contingat circa idem †
ſubiectum iux. ea, quæ notabiliter ſcribit Bal.
in l. 1. C. de diuerſ. reſcript. vbi facit bonam
diſtinctionem ad propoſitum noſtrum, quæ
omnino contemnenda non eſt, cum in hac
materia procedendum ſit cum reg. de quibus
ſingulariter Crau. reuiden. in d. l. 1. ſub nume.
40. verſic. aliæ limitationes, quibus addo, quę
ſcribit Brun. in tracta. de aug. in 9. concluſ.
verſ. circa quam materiam. Ratio diſtinctio-
nis poteſt colligi ex Bal. in l. ſi ex toto, in fin.
de leg. primo, & melius ex eodem Bald.
in ſubtili artic. in l. ampliorem, ſub numro 4.
C. de appell. cuius ſenſum ſingulariter, ſed
obſcurè ſequutus eſt Franc. in c. cum tenea-
mur, ſub nu. 18. vbi non ſic è contra de appell.

Præterea principis concedentes non po-
tuerunt diuinare futuram neceſſitatem im-
pellentem ad huius datij ſemiſſis impoſi-
19 tionem, quo caſu † non procedit obiectum,
vt pulchrè poſt Bar. & Ang. declarat Crau. in
d. l. 1. numero 34.

Conſidero quoq; quod illud verbum, poſ-
ſet, nihil facit, Quia fateor quod illud verbũ
poſſet, eſt extenſiuum, quod vltra allegata co-
20 pioſè per aſſeſſorem comprobat † pluribus
Aym. in d. l. 1. num. 33. verſ. ſexto limitatur,
& verſ. octauo limitatur, ſed dico quòd hoc
eſt verum reſpectu eius ad quod refertur,
ſed in hoc caſu non refertur ad datia, ergo
nihil operatur reſpectu datiorum, ſimili re-
21 ſponſione vſus eſt Bart. reuidendus † in d.
l. ſi ita legatum ſub numer. 5. ff. de aur. & arg.
leg. vbi adducit caſum per eum hoc modo in
facti contingentia deciſum.

Ad vltimum deniq; obiectum reſpondeo,
primò non conſtare de præſcriptione, ſecun-
dò illam allegari non poſſe, vt eſt tex. in ver-
22 bis, † ſub rubr. de iur. & priuil. Fiſc. in ver.
nulla præſcriptio fol. mihi 87. à qua non re-
cedendum cenſuit S. E. vt in eius declaratio-
ne incip. in nouis de qua in ſeq. ordinibus fo.
5. ex his &c. ſaluo &c.

Io. Bapt. Cauat. I. V. D. Bon.

SVMMARIA.

1 *Indefinita non æquipollet, vniuerſali, quando po-
teſt allegari ratio diuerſitatis.*
2 *Generalitas reſtringitur ad ſpecificata.*
3 *Diuinare non poſſumus.*
4 *Locus Bar. in l. ex toto. ff. de leg. 1. declaratur.*
5 *Dictum fundatum ſuper præſumptione ceſſat ceſ-
ſante præſumptione.*
6 *Verba præſentis temporis non trahuntur ad fu-
tura.*
7 *Verba in dubio, an debeant intelligi in genere,
vel in ſpecie.*
8 *Verba in contractibus trahuntur ad ſuperueni-
entia de nouo.*
9 *Renuntiationes iurium intelliguntur ex cauſa de
præſenti.*
10 *Interpretatio eſt facienda contra ſe fundantem
in verbis, & quare datium ſemiſſis eſt datium
ſeparatum Bart. locus in l. 1. C. de diuer. reſcri
pt. declaratur.*

ARGVMENTVM.
Sequitur eadem materia.

Adſit Dominus ſpes mea.

PRior ſententia quam amplexu ſum,
magis cordi inſigitur, & ſpes victo
riæ in præſenti cauſa vireſcit, dum
per me adducta doctiſſimè oppu-
gnata, ſed non quidem artificis, qui peritiſ-
ſimus ſimulq;, & diligẽtiſſimus eſt, ſed mate-
riæ ipſius defectu nullatenus ſublata video.

Nam quod attinet ad virtutem illorum
verborum ſine alicuius datij ſolutione, ſu-
per quibus multa deducta ſunt, conſidero
differre vtrum conſiderentur datia tempo-
re conceſſionis, & data ſubſequentia; Nam
illa ordinaria, hæc extraordinaria, illa exta-
bant, hæc non, ſimulq; etiam multum refert
ſi conſideretur pretium, & illud non conue-
nire datijs de quibus agitur, ſi perpendatur
qualitas perſonarum, quibus fuit mandatum,
vt ſe informarent, an conceſſio damnoſa fo-
ret principibus concedentibus, & conſidere-
tur de quo ipſi magiſtri intratarum ordina-
riatum informari potuerunt. Nam indiſ-
1 finita † non æquipollet vniuerſali, quan-
do diuerſa poteſt aſſignari ratio Dyn. in ru-
br. de reg. iur. in 6. ideo cum diuerſæ adſint
rationes non intrat obiectum, item quia clau
ſula generalis ſequens reſtringitur ad rem,
2 & † cauſam prius ſpecificatam. c. ſedes vbi
DD. de reſcript. l. ſi de certa. de tranſact. l. fin.
§. cui dulcia. ff. de vi. ol. tr. leg. l. legatorum,
vbi Bar. & alij. ff. de leg. 2. l. iubemus, vbi Bal.
in 2. not. C. ad Velleian. cap. qui ad agendum,
de procur. in 6. ideo illa indefinita, quam
præcedit ſermo de datijs ordinarijs, debet
reſtringi ad ordinaria, & non poteſt compre-
hendere datium de quo agitur quod eſt ex- 3
traordinarium.

Præ.

Præterea bene ipſi Magiſtri intratarũ poterant ſe informare de tunc vigentibus, ſed
3 non de futuris, quia illa diuinare † non poterant c. Paulus. 22. q. 2. Greg. 25. moral. & eſt text. in c. humanę aures 22. q. 1. vnde non eſt dicendũ conceſſionem factã fuiſſe de futuris.

Alias rationes differentiæ latè proſequutus ſum in prioribus allegationibus, ideo ad illas ſufficiat remiſſio.

Secundò principaliter ad euitandũ huiuſmodi obiectum, conſidero vnũ, ad quod quęſo religio, & integritas iudicare debentis aduertat quia illud habeo pro bono fundamento, cõſidero inquã quod quæ Bar. & alij DD. in l. ex toto ff. de leg 1. ex quibus nititur oſtẽdere oculatiſſimus aduerſarius, quod illa verba, ſine alicuius datij ſolutione, cõprehendũ-
4 tur, futura datia, † procedunt ex præſumptione, Nam ideo, quod oratio, ſit prægnans præſumunt DD. quòd concedentes voluerint comprehendere futura, id quod indubitanter verum eſſe oſtendunt ipſi DD. quia cum vna præſumptio aliam pręſumptionẽ tollat. l. cum de indebito de probat. l. Diuus de in integr. reſti. talis præſumptio tollitur alia præſumptione, & conſequenter dictum ſuper
5 ipſa † præſumptione fundatũ. c. qualiter, & quando il 2. de accuſ Hunc ſpectat illa diſtinctio quam Bar. & alij in contrariũ allegati faciunt, an ſcilicet de magno præiudicio, an de modico agatur, de qua etiam meminit oppugnator partium mearum in ſuis allegationibus, & feci mentionem in priorib. allegationib. meis. Si hoc eſt verum (prout eſt veriſſimũ) vnica ratione, & præſumptione contrarium ſuadente, quanto magis ceſſare dicta DD. dicendũ eſt, vbi plures, ac plures concurrunt coniecturæ, inter quas eſt etiam illa quę in ſpecie ab ipſiſmet DD. nominatur, vt in prioribus allegationibus oſtendi.

Tertiò conſidero, quòd non eſt verum dictum in ſe, quia imò regula eſt, quòd verba
6 præſentis temporis non trahuntur † ad futura, ſiue diſpoſitio ſit definita, ſiue vniuerſalis, vt ex Crau. & alijs dixi in prioribus allegationibus in princip.

Demum aduertendũ eſt quod DD. in contrarium adducti non faciunt ad caſum noſtrum, ſed loquuntur in diuerſis terminis, & nituntur alijs verbis, & quidem vrgentioribus, & magis prægnantibus, prout videri poteſt ex illorum inſpectione.

Dictum eſt præterea hic agi de locatione, idq; probatum ex penſionis conſideratione iux. Theor. Bar. & aliorum in l. 1. in ver. vlterius quæro. ff. de ſuperfic. & quod ideo non veniunt futura, & allegatæ ſunt deciſ. in terminis: Nunc addo rationem, nam quãdo vna dictio, vt eſt illa ſine alicuius datij ſolutione,
7 poteſt capi vt genus, † vt ſpecies, ſi ſumus in materia ſtrictè intelligenda capitur, vt ſpecies, Abb. in c. Rodulphus. col. 2. verſ. dic ergo regulariter, de reſcript. & in his contractibus verba generalia non trahuntur ad ſu-
8 peruenientia † de nouo, pro hoc allegatur tex. in l. qui cum tutoribus ibi poſtea compertum. ff. de tranſact. & facit quod ſi quis renuntiat, omni iuri, quod habet, vel habere ſperat, intelligitur ex cauſa de præſenti,
9 ita † dicunt Bart. Ang. & alij in d. l. qui cum tutoribus, facit quòd quęlibet diſpoſitio, etiã iurata intelligitur rebus ſic ſtantibus c. quẽadmodum de iur. iur.

Nec eſt interpretatio facienda contra actorem, quia interpretationi locus non eſt in clariſſimis l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de verbor. obl. ita Bart. in d. l. veteribus ſub numero 3. ibi, & hoc non habet locum. ff. de pact. & vbi aliqua interpretatio venit facienda, ea fa-
10 cienda eſt contra reos qui ſe fundant † in ipſa prætenſa immunitate aduerſus intentionem actoris firmatam publicis documentis. Ratio eſt, quia cum ipſi fundent intentionem ſuam ſuper prætenſa immunitate, debent eorum intentionẽ probare de neceſſitate, & qa obſcuram, & ambiguã intentionem nõ probant merito debent in dubio ſuccumbere, ita Bart. & alij communiter in d. l. veteribus ff. de pact. id quod in terminis loquens atteſtatus eſt Iaſ. in cõſ. 145. col. 1. in fi. vol. 3. quẽ refert, & ſequitur Caroc. in tractat. loc. & cond. par. 2. cap. 2. nume. 4. & eſt veriſſimum.

Ad ea quę contra Antiboli auctoritatem dicuntur, non eſt cur aliud reſpõdeatur, quia ſi videatur in fonte, apparebit omnino Antibolum concludere pro parte quam tueor.

Ad illud quod dicitur aduertendum, quod datium ſemiſſis eſt circa eandem, rem ſatis dictum eſt, ſi videantur allegata, quę (iudicio meo) nõn fuerunt ſublata.

Adhuc etiam conſiderari poteſt, ꝙ datiũ ſemiſſis eſt datium, quod ſtat per ſe, quantum
11 † eſt reſpectu quorumcunq; aliorum datiorum, vnde quod de alijs fuit dictum, & conceſſum, de eo vr̃ omiſſum, iux. elegantem doctrinam Bal. in l. 1. C. de diuer. reſcript. & ideo tex. in l. ſeruitus de ſeruit. arb. præd. nihil facit, quia ibi in connexis in eodem ſubiecto, in quibus ideo ſecus dicendum eſt, quia in connexis quod de vno conceditur, de alio cõ-
12 ceſſum † cenſetur, vt probatur per tex. in d. l. 1. C. de diuer. reſcript. vbi Bal. hoc no. nu. 2.

Ad vltimũ in quantum dicitur hoc datiũ ſubrogatum loco datiorũ tunc extantium, dico hoc nõ cõſtare, & hæc ſufficiant ſaluo &c.

Io. Bapt. Cauat. I. V. D. Bonon.

FINIS.

TABVLA RERVM NOTABILIVM,

Quæ in Tractatu pro homicidiorum, ac aliorum criminum excuſatione, continentur.

ACtio & paſſio diuerſa ſunt, & quare maior dicatur actio, quam paſſio fol. 254
Actio, & paſſio an ſimul cõcurrunt. 254
Actus quem publicè licet facere an inducat delictum in illũ, qui actũ fecerit 245
Actus qualis dijudicari debeat, ex quo delicti, & non delicti interpretatio oritur. 275
Actus qui in principio licitus eſt, an cenſeatur etiam licitus in fine. 237
Affectus non ſecuto effectu, an per conſuetudinem generalem debeat puniri. 241
Aſſaſſinium an poſſit dici illud delictum, quod patratur leui præmio. 241
Aſſaſſinium quare non inducatur per promiſſionem generalem. 241

B

BAnnitus non cancellatus in albo, ſi interficiatur an impunè ſit interfectus. 256
Bannitus, qui adhuc in albo deſcriptus non eſt, an ritè cenſeatur bannitus. 245
Bannitus forenſis, an probabili ignorantia ſe poſſit excuſare, & quare. 228
Bannitus, an & quare poſſit impunè occidi, dum in eccleſia illius loci, à quo exulat, commoratur. 245
Bannitus abſens, ſi abſentiam probauerit, an dicatur probaſſe etiam ignorantiam banni. 228
Bannitus in contumaciam, & captus, an admittatur ad defenſionem ſui. 265
Bannitus, an poſſit occidi à tertio pecuniam, homicidij cauſa, ſuſpiciente. 227
Bannitus, an poſſit occidi à multis etiam cũ armis prohibitis ſimul congregatis. 245
Bannitum, imò & homicidiam perſequi, & in poteſtatem iudicis reducere, an vnicuique liceat. 263
Bannitum, qui in albo cãcellatus eſt, an teneatur quis credere rebannitum, etiam ſi id ab aliquo perceperit. 245
Bannum cõtra diſpoſitionem iuris communis factum, an ſatis ſit ad hoc, vt bannitus ſe excuſet ignorantia banni. 228
Bannum publicum vnius, an tollat ignorantiam alterius. 228

C

CApi, an & quando aliquis iuſtè poſſit à ſatellitibus, qui capiendi licentiam non habeant. 235
Carceratio diuturna, an minuere debeat pœnam delinquentis. 241
Carnifex occidens malo animo damnatum à iudice, an & quo peccati gerere peccet. 260
Cauſa doli ſi ceſſat, an ceſſet etiam eiuſdem doli præſumptio. 251
Cautio an & quare debeat fieri à marito vxori adulteræ. 258
Clericus, imò & Epiſcopus, an interdicatur iure naturali, ſeu diuino hominem criminoſum occidere. 260
Clericus prælians abſque diſpenſatione etiam in minoribus conſtitus, an & quo gerere peccati peccet. fol. 261
Clericus vltra tempus licentiæ abſens, an abſque alia monitione priuari debeat. 256
Clericus excommunicatus an priuari debeat, quod nõ reſederit iuxta obligationem. 256
Clericus abſens ob malum finem an & quare priuari debeat fructu reſidentiæ. 258
Clericus bannitus an poſſit occidi laico. 245
Clericus quo iure prohibeatur ſe contaminare ſanguine alterius. 260
Clericus in minoribus, ſe ſanguine alterius contaminãs nõ peccat mortaliter, ſecus ſi in maioribus. 260
Conatus offendendi, niſi deuenerit ad actum proximũ maleficio, an debeat puniri. 240
Confeſſio facta ſpe veniæ, an mereatur diminutionem pœnæ. 241
Confeſſio iuxta ſuas qualitates debet recipi, & quare.
Conuentio facta in mortem alicuius, etiam ſi effectus non ſequatur, pœnam capitis l. laquei meret. 240
Conuerſatio cum bannito pœna capitali, à qua pœna liberet conuerſantem.
Conuerſari cum bannito, quem non ſciatur, eſſe bannitum, an à pœna liberet conuerſantem.
Conuerſatio cum bannito quo iure probibita non ſit. 228.
Curia debet probare ſcientiam, & contrauentionem, ſi ſecuta fuerit. 229

D

DAmnum ſequi non debet in clericum, qui legitimis impedimẽtis nõ põt reſidere, & quare. 258
Defenſio an contra ſatellites, & ipſum etiam Iudicem alicui licita ſit. 235
Delictum cum ceſſat eſſe delictum, non admitti locum pœnæ. 255
Delinquens de proximo banniendus, an cenſeatur pro bannito. 263
Diſpoſitio fundatoris an cenſeatur loqui de impedito. 253.
Diuerſitas homicidij diuerſitatem inducit inquirendi de eodem homicidio. 250
Diuturna dilatio reſidendi quare inducat in Clericum culpam diſſolutionis. 259
Dolus non præſumitur in illo actu, qui prima fronte cenſetur licitus. 258
Dominium an, & quare dicatur tranſlatũ in accipientem

tem pecunias. 272

E

EMptio, venditio, & locatio, an inter ſe habeant vicinitatem. 287
Error iuris dubij, & impliciti an, & quare æquiparetur errori facti. 249
Error iuris an inducat malam fidem. 228
Excommunicatio an priuet Epiſcopum ſuo iure conferendi beneficia. 258
Excuſatio alicuius delicti quare requirat attentionem principij. 237

F

FAlſarius an præſumatur is, qui ſua ſpõtè vel confeſſus eſt, vel in carcerem paſſus eſt detrudi. 276
Falſitas an cenſeri debeat, vbi teſtes præmij, pretij cauſa depoſuerunt. 279
Falſitas an cenſeri debeat, cum vir ruſticus aliquod, quod falſum ſapiat, depoſuit. 281
Falſitas an præſumetur in illa ſcriptura, in qua debitæ ſolennitates adhibitæ fuerunt. 281
Falſitas an cenſeri debeat in illa ſcriptura, quam Preſbyter conſcripſerit. 280
Falſitas an & quando excludi debeat per phyſionomiam. 280
Falſitas an præſumi debeat in poſſeſſione bonorum, quæ abſque vlla controuerſia per multum temporis durauit. 280
Falſitas an & quando præſumi debeat in inſtrumento. 278
Falſitas an & quando præſumi poſſit, & quando non. 278
Falſitas an præſumetur, vbi notarij vitium non interuenit. 279
Falſitas an præſumatur, vbi plures teſtes depoſuerũt. 279
Falſum an poſſit dici id, in quo non concurrunt dolus, & veri mutatio. 276
Fama bona viri alicuius an eum excuſet ab imputatione delicti. 269
Filij etiam ex damnato, & accuſabili concubitu nati antiquitus matris hæredes conſtituebantur. 266
Furtum vnicum ſtatuitur, quod fit unico tempore, etiã ſi fit de multis, ac varijs rebus. 237

H

HAereditas matris an auferri poſſit filio, licet põ mortẽ mariti nato ex illegitimo concubitu. 268
Homicida puniri debet pœna capitis, imò etiam confiſcationis bonorum. 264
Homicidia iuxta eorum diuerſitatem, an etiam requirant diuerſitatem pœnæ. 250
Homicidium an puniri debeat, ſi ſecutum fuerit in eũ, qui cum bannitus eſſet, aut homicida, in actu capiendi occiditur. 263
Homicidium ſecutum in perſonam banniti, an excludat materiam inquiſitionis crimino ſæ. 244
Homicidium doloſum, culpoſum, & caſuale, quomodo inter ſe differant. 211

I

IGnorantia non excuſetur, qui aliquem occiderit, credens eum eſſe bannitum. 229
Ignorantia an excuſet eũ, qui recipit res furtiuas. 229
Ignorantia an excuſet hæredem contrauenientem mentí teſtatoris. 230
Ignorantia iuris quare, & quando excuſet, & è contra. 228
Ignorantia allegata contra ſcientiam an ſoleat alicui prodeſſe. 228
Ignorantia an poſſit cadere in eum, qui ſua culpa abſens eſt. 228
Ignorantia in quo potiſſimum conſiſtat. 248
Ignorantia probabilis, pœna non afficitur à lege. 228
Ignorantia an excuſet ab irregularitate ſacerdotem miniſtrantem, cum ab officio ſuſpenſus ſit. 230
Ignorantia an excuſet, qui bannitum interficiat, etiam ſi habeat ſaluum conductum. 230
Ignorantes probabiliter in aliquo delicto an à lege debeant puniri. 254
Ignorare quæ fiunt in vno loco an præſumatur is, qui in altero commoratur. 228
Impedimentum an excuſet à pœna. 253
Impetratio beneficij abſque mentione alterius iam ante collati, quare cenſeatur ſubreptitia. 230
Inijciens manus in aliquem animo deliberato occidendi capitaliter punitur etiam morte non ſecuta. 240
Inquiſitio an poſſit formari, vbi delictum non eſt punibile. 244
Inquiſitio male formata in effectu, an corrigi debeat, etiam reis contumacibus. 252
Inſtrumento falſo vtentes ignoranter, an & quatenus poſſint excuſari. 230
Iudex non habet actionem in reum confeſſum, niſi quatenus ad eum condemnandum. 127
Iuſtitiæ miniſter eſſe dicitur, qui auctoritate publica damnatum interficit. 260
Iuietus an inducat excuſationẽ falſitatis, & doli. 275

M

MAndatarius, & mandans, etiam non ſecuto effectu, an pari pœna puniantur. 240
Mandatarius ad aſſiſtendum homicidio, an pari pœna puniatur cum mandatario ad occidendum. 240
Mulier, quæ cum eſſet prægnans, ſpatio triginta dierũ poſt diuortium, non denunciauit marito, an ob ignorantiam excuſetur. 230
Mulier nobilis ſi matrimonium cõtrahat cũ uiro ignobili an, & quare ſuam nobilitatem denigret. 266
Mulier ignobilis ſi nubat viro nobili, nobilitatem acquirit. 266
Multiplex ſolutio facta vnico tempore pro pluribus annis an valida ſit. 237
Multiplicitas teſtium diuerſimodè inter ſe deponentium, an inducat falſitatem. 279
Mutatio nominis in bannito excuſat eum qui cum illo ignoranter verſatus eſt. 231

N

NAtura an ſit eadem actus productionis, quæ eſt

actus

actus reſolutionis. 145
Nobilis vir an, & quando dici poſſit illuſtris. 267

O

OCcidens bannitum toleratum, quem tamen ignorat eſſe toleratum, an excuſetur. 248
Occidens damnatum auctoritate publica non zelo iuſtitiæ, ſed paſſione vindictæ, an peccet mort. 260
Occidere aggredientes domum alicuius cum lapidibus, & alijs armis, an liceat. 236
Occidere an liceat eum, qui ſe ad alicuius inſultum, & offenſam, parat. 264
Occiſio banniti non ritè, an permitti debeat. 230
Occiſio rebanniti non cancellati ſcienter, & occiſio facta ignoranter, an parem excuſationem afferant occidenti. 247
Occiſio quæ fit ex iuſtitia, an peccatũ ſit, & an actus meritorius.

P

POena capitalis an eadem ſit dantis conſilium, cũ dante auxilio ad homicidium. 240
Pœna corporalis an imponi debeat ei, qui de dolo non eſt conuictus. 238
Pœna corporalis vbi imponitur, excludit culpæ æquiparationem dolo. 250
Pœna in quocunque caſu an reduci debeat ad pœnam extraordinariam. 249
Pœna an imponi debeat cauſa libelli famoſi, niſi in eo pateat dolus. 268
Pœnam an mereatur illud delictum, quod à lege permittitur. 245
Pœna an ſit eadem bannito, & ijs qui cum bannito ſolent verſari. 223
Percuſſio Clerici, qui vt Clericus non cognoſcatur, an percuſſorem liberet à pœna. 229
Percutere an liceat illi, qui, vt percutiatur, in periculo conſtitutus eſt. 264
Permittere aliquid non puniendo, & concedere faciendo, an & quomodo inter ſe differant. 260
Permutatio pecuniarum quis actus ſit. 284
Pluritas actuum an importet vnitatem, ſi fiat vno tempore. 237
Poſſe aliquid an ad illud tantum reducatur, quod de iure poſſumus. 255
Præcepto digniori quare teneamur obtemperare, vbi duo præcepta ſolent concurrere. 255
Præſumptio ignorantiæ an excuſet ab onere probandi. 231
Præſumptio iuris, & præſumptio ſimplex, an differãt inter ſe. 228
Priuatio beneficiati an ſequi debeat abſque patratione magni criminis. 255
Priuatio an ſequi debeat, cum clericus abſens ſine iuſta cauſa, nactus eſt poſtea iuſtum impedimentum non redeundi. 256
Priuatio beneficiati, an magis admittat opinionem priuandi, quam ipſam veritatem. 255
Priuatio beneficiati quare non ſemper expediat eccleſiæ. 254
Probatio facta à ſatellitibus an ſufficiat ad conuincendum aliquem de aliquo delicto. 235
Prohibitio an limitetur à poteſtate prohibentis. 233
Punitio an ſequi debeat affectum, etiamſi ad actum redactus non fuerit. 239

Q

QValitates bonæ, ac virtus cognita in aliquo, an & quando eum excuſent ab imputatione criminis. 269

R

REcedere ab ordinarijs regulis an liceat, quando periculum eſt in mora. 236
Reſiſtentia facta alicui an conſiderabilis ſit ſi non ſit ſecutus actus manualis. 237
Reus niſi confeſſus fuerit, aut conuictus, an, & quando poſſit condemnari. 235
Reus an dicatur ſatis defenſus, vbi contra eum non extant delicti probationes. 280

S

SAtellites quare non poſſint occidere eum, quem poſſunt capere. 235
Scientia, quæ præſumitur, an inducat neceſſariam inueſtigationem qualitatum in qualibet cauſa. 228
Scientia præſumpta banni, an inducat obligationem inueſtigandæ veritatis, & an contrariũ ſit de ignorantia. 234
Scriptura falſa, qua quis vtitur, quando inducat excuſationẽ in eũ, qui ipſa vtitur, & quando non. 277
Sententiæ latæ à lege effectus, an tantum valeat quantum lata ab homine. 261
Simplicitas in quibus perſonis potiſſimum ſit præſumenda. 228
Species nulla efficitur, vbi non adeſt materia. 244
Suſpicio falſi an tollatur, quando non adeſt cauſa, & ratio committendi falſum. 276
Suſpicio falſi inſtrumenti an, & quando tollatur per notarium. 278
Suſpicio raſuræ in aliquo inſtrumento factæ, an, & quando tolli debeat. 278

T

TOlerantia banniti conſiderata reſpectu tertij an, & quatenus excuſet conuerſantem cum eodem bannito. 235
Tolerantia informis, an ſufficiat ad excuſandum conuerſantem cum bannito. 247

V

VErba generalia, an & quatenus comprehendant ignorantes. 233
Verba generalia quare debeãt intelligi generaliter. 227
Verba quotupliciter conſiderari poſſint. 284
Vidua ſi inhoneſtè vixerit non amittit priuilegia quo ad præiudicia, ſed tantum quo ad honores. 266
Vir detinẽs ignoranter alienã vxorẽ an excuſetur. 229
Vnus an cõſiderari debeat pro pluribus, quotieſcumque in eum iura plurium concurrunt. 261
Vnitas temporis an inducat vnitatem actus. 237
Vſus pecuniæ quotuplex licitus ſit. 283

FINIS.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE